Bibliothèque numérique
medic@


Houllier, Jacques / Duret, Louis / Valet, Antoine. Auteur. **Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, lib. II. Illustrati doctißimis ejusdem authoris schollis & observationibus non antea excußis : deinde Ludovici Dureti professoris Regii in eundem adversariis : & Anthonii Valetii doctoris medici exercitationibus lucu lentis. Ejusdem Hollerii De febribus. [De] peste. De rhemediis kata topous in Galeni libros. [De] materia chirurgica. Quæ omnia Ant. Valet. medici opera auctiora & castigatiora in lucem prodeunt.**

Parisiis, apud Carolum Macæum, sub signo Pyramidis. 1577. Cum privilegio regis., 1577.
Cote : BIU Santé Pharmacie RES 11826

PARIS biu Santé

Licence ouverte. - Exemplaire numérisé: BIU Santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?pharma_res011826



HOLLER
DE MORB
INTERN
11826









0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10





Rés 11826

IACOBI

HOLLERII

STEMPANI, MEDICI


PARISIENSIS CELEberrimi, De morbis internis, Lib. II.

Illustrati doctissimis eiusdem authoris scholiis & obseruationibus non antea excussis : deinde LVDOVICI DVRETI *professoris Regij in eundem aduersariis: & Anthonij Valetij doctoris medici exercitationibus luculentis.*

EIVSDEM HOLLERII


DE { Febribus. / Peste. } DE { Rhemediis καὶ τόποις in Galeni libros. / Materia Chirurgica. }

Quæ omnia Ant. Valet. Medici opera auctiora & castigatiora in lucem prodeunt.



FACULTE DE MEDECINE DE PARIS

PARISIIS,
Apud Carolum Macæum, sub signo Pyramidis.
1577.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



Typographus candido Lectori.

CVM multi medicinæ ſtudioſi pene quotidianis precibus à me contenderent, Lector optime: vt libros Hollerij medici doctiſſimi, quos frater meus annis ſuperioribus in lucem emiſerat, rurſus typis elegantioribus excudendos curarem: id non antè mihi faciendum eſſe duxi, quam experitiſſimis medicis quid de his ſentirent, intelligerem. Nam etſi me non latebat Hollerium ſemper apud doctos viros maximè in honore extitiſſe: multos de eius ſingulari eruditione tam honorifice iudicaſſe, vt nihil ab eo proficiſci poſſe ducerent, quod non eſſet diligenter elaboratum: tamen cum antè è vita diſceſſerit, quàm his poſtremam manum imponere potuerit, exiſtimabam mihi & reipublicæ melius conſultum iri, ſi priuſ-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 10 sur 805

quam hos libros rursum in lucem ederem, clarissimorum medicorum incorruptum de his iudicium perspectum haberem. Itaque aliquot summos medicos qui doctrina & usu valerent, obnixe rogaui: vt si quid temporis à quotidiana vitæ occupatione liberi haberent, id in his libris legendis & studiose examinandis collocarent, ac quid de his sentirent ingenue mihi aperirent. Qui his accurate perlectis & examinatis, sanctissime affirmarunt: nihil ab Hollerio in his libris scriptum esse, quod veterum medicorum præceptionibus non sit consentaneum, & ad morbos depellendos accommodatissimum. Continent enim vtiles, veras, & sibi mutuo consentientes, de morborum internorum & externorum depulsione, præceptiones: quas summus medendi artifex, quotidiana experientia qua cæteros medicos superabat, verissimas esse comprobauit. Neque enim rudis ac tyro ad scribendum se contulit (quod plerique temere facere con-

ſueuerunt) ſed cum multos annos in vniuerſa medicina cum magna nominis commendatione docenda, & fæliciter ſummo ægrorum commodo exercenda, conſumpſiſſet: longo rerum vſu edoctus, animum adſcribendum appulit. Intelligebat enim vir ſapientiſſimus, his ſolis de arte medica ſine reprehenſione ſcribere licere, qui in ea & docenda, & factitanda, diu multúmque elaboraſſent: qualem optimi quique medici Hollerium fuiſſe agnoſcunt, qui generalem medendi prudentiam, cum ſingulari, quoad vixit, diligenter maxima ægrorum leuatione coniunxit, eóque nomine inter cæteros, medendi laude claruit, & gloriam immortalem ſibi comparauit. Ex quo facilè intelligitur quanta vtilitas ex his libris ad ſtudioſos medicinæ ſit peruentura, qua profecto caruiſſent, niſi vir clariſſimus Andreas Paſtoreus eius gener & ſenator ſapientiſſimus, hos libros propter immaturam authoris mortem in tenebris iacentes, in lucem

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 12 sur 805

protuliſſet : vnde merito maxima gratia clariſsimo viro habenda eſt, & cæteris doctis viris, qui hoc opus quod nondum postremam manum acceperat, emendarunt, & ſuo ſplendori reſtituerunt. In quorum numero primas partes obtinet Iacotius medicus, cuius labore & ſtudio prior editio à fratre meo ſuſcepta, auctior & caſtigatior in lucem prodiit. Neque vero minor laus debetur Ioanni Valetio doctori medico peritiſsimo, qui hos libros non ſolum à mendis quibus adhuc ſcatebant vindicauit, verumetiam doctiſsimis ſcholiis illuſtrauit, & locupletauit : cui ego me hoc nomine plurimum debere profiteor. Quidquid enim bene & fæliciter in hac tertia editione à me geſtum eſt, id eius induſtriæ & diligentiæ tribui debet. Cuius propenſam in te voluntatem ſi aliqua grati animi ſignificatione recognoueris, eum tui ſtudioſiſsimum ad reliqua eiuſdem authoris opera pari ſtudio illuſtranda inflam-

mabis, Est enim mihi in animo doctissimas eiusdem Hollerij commentationes, quas in aphorismos Hipocratis *& cocas prædictiones scripsit, propediem in lucem emittere, in quibus emendandis suam operam est mihi pollicitus si suos labores tibi non ingratos extitisse intellexerit.*

VALE.

ΑΝΤΟΝΙΟΣ Ο ΒΑΛΗΤΙΟΣ
εἰς φρονιμώτατον ὅλληρον.

Ἱπποκράτης μὲν ἄνερ σωτάγματα κρυπτὰ κατεῖπε
Γαληνὸς, βίβλοις αὐταρ ἀπειρεσίαις.
Λαμπρότερον δὲ πλέος κατέχεις Ὁλλῆρ ἐπίδημων,
Αὐτὸς ἐπαγγέλλεις, ὅσσα γραφ' ἀμφότερος.

Idem ab eodem latinitate donatum.

Mirandi Hippocratis decuit reserasse Galenum
Arcana, innumeris penè voluminibus.
Spectate Holleri, maius decus arte capessis
Qui presse quicquid scripsit utrique refers.

ΕΙΣ ΔΟΛ. ΔΟΥΡΕΤΟΝ ΤΩΝ
ἰατρῶν λαμπρότατον.

Πάνθ' ἕθεν Ἱπποκράτης ἀρρήτος λόγματ' ἐλῶκε.
Κ' ὅλεις ἐνθλήλως μήνυκεν ὀπιγόνοις.
Τόσσα λὴ (ὡς ἀσαφῆ) τὸ πάρος μυκήρια κεῖθ
Εἴ τε μεταξὺ βροτοὶ σώματα ἀσθενέες.
Δουρετος ἀμφὶ ἔτυχ' ὐσωέθς καὶ λίος ἰητὴρ,
Δόγματα Ἱπποκράτης λῆλά τ' ἄλυλα πόρων.
Οἴωνεν ἀίδιον παρὰ πᾶσι πορίζεθ λόξαν.
Οὐ πέλετ' Ἱπποκράτης, νῆς πέλετ' Ἱπποκράτης.

Iacob. Basilius Labrousquius.

ODE DE LOYS DE HVGVES,

SEIGNEVR DV MONESTIER de Gap.en Daulphiné, à Ant. Valet, Docteur en Medecine.

SI Phebus Roy de la lyre
M'echauffoit de ſa fureur,
En daignant faire reluire.
ſon feu diuin ſur mon cœur:
Et ſi ſes ſœurs immortelles
De leurs petites mammelles
Tirans les bouts precieux,
Auoyent ma leure enſucreé
De ceſte liqueur ſacrée
Qui met l'homme au rang des dieux:
Iuſques au Ciel plain de gloire
Valet i'enuoyroy ton nom,
Et ſemeroy ta memoire
Depuis le dernier ſablon
Du riuage de l'Eſpaigne,
Où le ſoleil au ſoir baigne
Ses moreaux, las du chemin,
Iuſques à la mer perleuſe
De l'Indie plantureuſe
D'où il ſe leue au matin.
Apres ie viendroy à bruire
Sur les filet & abbatus
Deſſus le fuſt de ma lyre,
Tes plus louables vertus:
Comme le ciel t'a faict naiſtre
Icy bas pour vn iour eſtre

Des Medecins vne fleur.
Et le ſolas de tant d'hommes
Qui en ce ſiecle, où nous ſommes,
Viuent preſſez de douleur.
Comme Apollon t'empoinçonne
De ſon eguillon iumeau,
Et d'vne double coronne
Ceint le tour de ton cerueau:
Pour la recompenſe digne
D'accoupler la Medecine
Au nombre inegal des vers,
Qui en mille & mille ſortes
Portent ſur leurs ailes fortes
Ton renom par l'vniuers.
Ie diroy encores comme
Meſpriſant les courtiſans,
Tu as choiſy vn pauure homme
De l'orde des Mandians,
Pour le ſecours de ta peine,
Ton ſolas, & ton Mecene,
Eſperant plus mille fois
De ſa petite largeſſe,
Que de toute la richeſſe
De tous noz Princes François.
Et que de ceſte eſperance
Tu n'es trouué deceu,
Puis qu'ainſi comme ie penſe,
Tu t'es ia bien aperceu.
Comme ſa main ſecourable,
Sa main douce & charitable,
Sçait aider aux bonseſpris,
Qui peuuent maugré l'enuie,

Aux mors redonner la vie
A l'aide de leurs escris.
Et comme en vn champ fertile
Le laboureur haletant,
D'vne main prompte & subtile
Va deçà de là iettant
La graine de sa semence,
Qui venant en accroissance
Großit en espais tuyaux:
Puis vsurant à sa peine,
Voit apres sa grange pleine
De gerbes de bleds nouueaux:
Ainsi ce Pere honorable,
Mon oncle & ton Mecenas,
T'eslargissant secourable
Ses faueurs, dont tu fais cas,
A semé en terre bonne,
Qui vsurant or luy donne
De ses fruicts trop plus qu'assez:
Desquels luy, & moy encores,
Nous nous en resentons ores
Plus que bien recompensez.
Mais, Valet, puisque la Muse,
Qui n'eut onc de moy soucy,
Ceste faueur me refuse,
Il faut demeurer icy,
Et tout prendre en patience:
Car si ma foible puissance
Ne peut attaindre si haut,
Ma volonté tant honeste,
Et mon audace modeste
Supleront a ce defaut.

EIVSDEM
IN IACOBI HOLLERII MEdici Clariſſimi interitum

Αὐτοσχέδιος Υ' ποτύποσις

Faucibus ex Erebi dum languida corpora ſummus
Hollerius reuocat, moribundis tradere vitam
Inſtituit reducem, fatorum lege ſoluta
Mortis de imperio genij candore triumphat:
Ecce repentè ſtruit querimonia perfida diras
Inſidias, Stygijs quas liuor ducit ab antris.
Priſtina fatales vbi nánque labaſcere iura
Senſerunt Parcæ, querula pia numina voce
(Plantibus vt fictis fuit vltio tetra gerenda)
Conuenere ſimul, verbis propè talibus orſæ.
Dij maris & terræ, cæli mundíque Toparchæ,
Qui ſecli rerúmque vices ſtatuiſtis ab omni
Tempore perpetuo firmatas ordine, nulla
Ætate occiduas, noſtris aſſiſtite votis:
Nec ſinite vt iuris ſit quæ pars irrita noſtri.
Nos hominum vitæ ſortíque præeſſe caducæ
Quis vetet? Hollerium mandatum frangere veſtrum
An deceat? licet hic pertractet grauiter artes,
Quas ſibi adoptiuo legauit munere Apollo?
Vos meminiſſe iuuet (Superi) quæ fœdere fixo
Sanxiſtis: quæ non tempeſtas turbida quæuis,
Quæ non heroës, quæ non valuêre Gigantes
Rumpere terrificis conatibus, impete vaſto.
Tum Iouelis agitur ſub iudice: Iuppiter alta
Quas Parcæ lachrymas fuderunt, mente recondit.
Aſt tribus è Parcis Lacheſis crudelior vna

Acriùs inſtabat, donec moderator olympi
Imperat Hollerium accerſi, æthereámque, vocatæ
Conſulat vt cauſæ, confeſtim accedere ad aulam,
Hinc pius Hollerius ſacroſancta capeſſere diûum
Iuſſa ſibi fas eſſe putat, nec cedere terris
Huic graue, ſed nobis funeſtum (proh dolor) iſtud,
In cœlum rapitur, ſtat ſupplex ante tribunal
Ille Panumphæi Iouis: & plaudentibus aſtris
Excipitur. Mox cenſor adeſt æquiſsimus vltrò
Iupiter: ancipitem qui ſic componere litem
Aggreditur. Quid [ait] moliris liuida Parca?
Iuris habere putes ſi quicquam in mente decorum
Hollerium noſtrum, demens te cura remordet.
Mortali eſt fato maior, qui rite merendo
Deuinxit cunctos: quem clara trophæa ſequuntur,
Præmia quandoquidem virtutis neſcia lethi.
Tu procul hinc abeas ſcelerata, adſitq́ue ſuperſtes
Hollerius, volo quem vita meliore potiri.
Tandem ſyderei videt vt ſplendoris honore
Se fulgere, putat ſatius ſpectare ſuperna,
Humanis iterùm quàm ſe ſubmittere rebus.

AD IACOBVM HOLLERIVM MEDICVM CLARISSIMVM HENRICI Monantholij Rhemi Camen.

IVpiter æternum terris infensus habebat,
(Nescio quid, si quid mouerit ante Iouem)
Δεῖνα φέρον, vasto quod nos tremefecit hiatu,
Nostra tot impendens vas super ora dies.
Hinc febres, hinc pestifero condita veneno,
Hinc Acherontigenis mens agitata deis:
Hinc ἡμιτριταῖο hinc nigro carbunculus igne,
Hinc veneris cultæ plena madore lues:
Hinc polypi, hinc Elephas, atque hinc Apoplexia, longis
Hinc crescens pedibus rumina Cancer edit:
Hinc vertigo, Caros, Catoche, Paralypsis, & omne,
Quod tam homines torsit tempora longa, malum.
Quis tantum in superos potuit committere crimen?
In miseros homines sic stimulare Iouem?
Hic, quisquis fuit, ignotus sine nomine pendit,
Quas merito pœnas Rex Acherontis habet.
Sed torquendo homini totus non sufficit orcus,
Tormina tam dirum nulla piare scelus:
Ille licet pœnas referat quas Tantalus, aut quas
Sisiphus, aut Tityi tempus in omne iecur
Propter quem meruere homines totadire ruinas,
Tortáque tot iactis membra videre malis,

paterentur adhuc, passuri plura, nisi quis
Doctus Apollonia sorte tulisset opem.
îc miseros tandem (seu quis sis ipse deorum,
Siue Holleri hominum nunc miseratus ades)
oribus electis, cocta radice, suaui
Exhibito potu subtrahis omne malum.
as Iouis exhauris totum: vel si qua profundo
Im mittantur adhuc, irrita tela facis.
rgo tuum vt nomen iam sæcula nulla latebit
(Si Deus æqualis fásque nefásque videt)
ic tibi non quicquid cœlos extra eminet omnes,
Sufficiet meritis reddere iusta tuis.

AD ILLVSTRISSIMVM NOBILISSIMVMQVE VIRVM D. Ioannem Faietanum, D. d'Autefeuille, Christophorus Burgensis.

Te tua nobilitas generis, patriúmque tuorum
Iamiam nobilitant stemmata clara satis.
Ad summos effert præstantia mentis honores,
Et tua te virtus inclyta, ad astra vehit.
Hinc tibi me dedam quæ sit mihi causa requiris?
Si virtus animos imperiosa rapit?

AD DESIDERIVM IACOTIVM MEDICVM clarissimum, Gabriel Deuagneus Medicus.

Quem duo suscipiunt concordi marte laborem
Mutua seruata perficit arte manus.
Burgensi tua dum coniungis scripta, Iacoti,
Clarior à docto prodit vtroque labor.
Sic fera quod nunquam valeat delere vetustas
Vnica seruabit nomen vtrunque dies.
Quòd quoque tam iunctis, Iacoti proficis orbi
Scriptis, se iactet nunc Arelata tuis.

ANTO. VALETIVS
LECTORI.



VM ea munera, quibus Deus Optimus Maximus humanum genus ampliſſimè auctum, & cohoneſtatum liberaliſſimè voluit, mecum ipſe conſidero, Candide Lector, eam in ſententiam facilè adducor, vt maius nullum, nullúmue honorificentius reperiri poſſe exiſtimem, quàm præclariſſimam artiũ omnium Medicinam, quæ publicæ ſalutis temonem dirigit, & communi mortalium vitæ ad ſummum ſplendorem conſectandum viam munit. Quod prudens imprimis antiquitas optimè edocta, meliora ſemper ingenia ad eam artem ab exiguis & rudibus profectam initiis, mirificis doctrinæ atque experientiæ incrementis locu-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 24 sur 805

pletandam tam auſpicatè tranſtulit ac excitauit, vt admirationis materiã magis, quam imitationis ſpem, poſteris viſa ſit reliquiſſe. Primis nanque temporibus cùm abdita illa Deorum doctrina (ſiue ex adſcriptis templo Æſculapij monumentis petita eſſet, ſeu ab hominum ægrotantes vicatim exportatos inuiſentium congreſſibus accepta atque tradita) ſola obſeruatione conſtaret, & collectis tantùm affectuum ſimilitudine remediis inniteretur, proximum ſanè fuerat, vt nocte denſiſſima ingruente, in qua iam adúſque Peloponeſiacum Græciæ bellum trecenteſimo Romanæ Vrbis anno geſtum, miſerè ac infeliciter delituerat, penitus interempta iaceret, ni diuiniſſimus ex Æſculapidum familia Hippocrates eam è tenebris in lucem reuocaſſet, & veluti nouo quodam partu genuiſſet, per omnia membra aluiſſet, eduxiſſet, omni denique ornatu inſignem & plauſibilem reddidiſſet. Ab Hippocrate quanquam fama & ætate ſecundi fuerunt quamplurimi, Diocles Caryſtius, Praxagoras Cous, Chryſippus, Herophilus, Eraſiſtratus Chius, Serapion Alexandrinus, Apollonius, Glaucias, Heraclides, Acron, Aſclepiades, Themiſon, Dioſcorides, Antonius Muſa, Artorius, Euphorbius, Valgius, Caſſius

Felix, Cornelius Celſus, qui pari ſtudio inflammati Medicas artes propagare, exornaréque enixiſſimè contenderint, tandem tamen vnus emerſit ac emicuit Galenus, qui ſuperiores Medicos vt & ingenij magnitudine, & doctrina, & diligentia infinitis propemodum paraſangis ſuperauit, ita ſalutaris illius boni inſtaurator ac illuſtrator peculiari nomine meruerit appellari. Ea fermè tempeſtate, aut certè continuò pòſt, alios atque alios extulit Græcia, qui grata mente & Viri tanti opera vterentur, & lætos vberéſque fructus ad publicos vſus redundaturos multa ſcriptorum editione premerent: quam de præſtanti conſilio ſuo ſpem & expectationem fauſto & proſpero ſucceſſu confirmarunt. Græcos æmulaturi mox prodierunt Arabes, qui Graiam concinnitatem & elegantiam quo ſtylo potuerunt, horrido nimirùm & inculto, in ſuam linguam transfuderunt: indéque factum, vt Barbaris illis ſexagenariis, qui primitùs in quibúſque diſciplinis, tanquam in latifundiis prædiíſque ſuis, regnabant non impudenter minùs, quàm ſupercilioſè, Medicinæ ſermone ſuo, rudi quamuis & incompto, euulgandæ cupiditas inceſſerit admiranda. Verumenimuerò inſtaurata plurima

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 26 sur 805

poſt ſecula Latina linguâ, & viſi ſunt olim è noſtris non pauci ingenium ſuum ad priſcæ normam vetuſtatis rectè, præclaréque exigere, & eandem etiam perbellè interpolare: & hoc noſtro tempore cultiorum diſciplinarum feraci non deſunt, qui cum antiquis certent: vt effœta non vſqueadeò natura hac conſpicitur ætate, quin paria illis ingenia proferat, quæ æquè fortaſſe ſint de poſteris promeritura. Quod vt verum & expreſſum, non item adumbratum, quiuis intelligat, ſpectet, quæſo, quot quantáque Medicinæ numina hac vna è noſtra Pariſienſi Academia omnium longè florentiſſima, celebratiſſimáque, exierint, quæ ſuo iampridem fulgore Orbi innotuerunt vniuerſo: protinus meherculè viderit ſecundos nobis illuxiſſe Hippocrates, Dioſcorides, Galenos, ſummos medendi magiſtros. Etenim vt Rüellium, Syluium, Fernelium, omnium ſuæ tempeſtatis Medicorum Principes, omittam, vnus mihi Hollerius, velut Οὔλιος alter, id eſt ſalutifer & pæanicus Apollo, omnium inſtar fuerit, qui nota de meliore toti veniat poſteritati commendandus. Hunc ſiquidem, ſi quem vnquam alium, nodoſum illum baculum, quem Æſculapij ſimulachro ad artis ſi-

gnandam difficultatem Veteres appoſuerunt, explicitum habuiſſe,& ſubiectum Draconem peruigilis ac oculatæ mentis aciei in Medico maximè deſiderandæ hieroglyphicum, cùm multiiuga illa ſuperiorum rerum ac inferiorũ cognitio,quâ ſeſe cunctis ad miraculum ſuſpiciendum exhibuit,tum verò expedita in Medicina factitanda dexteritas, quæ de vulgari, ſupináque oſcitãtia ſatis ſupérque triumphauit,eſt cumulatiſſimè teſtata. Nam cùm Medicam facultatem doctrinarum omnium conſortio ac circulo perfectã eſſe didiciſſet, quantum licuit per admirabiles ingenij ſui dotes, orbem illum multiplicem, quem ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, adæquauit: nec deſtitit priùs, quam ſummum in Virum euaſerit, & (quod eſt in Medicina laudatiſſimum) omnia nôrit quæ in Proteo,& quidem magna illa & honorifica, Poëta laudauit,

Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Vt autem ad primorum Medicorum conſuetudinem laudabilem ſe totum primarius ille Medicus componeret ac compararet, quicquid à praxi ſupererat ocij, id ſtudio captus indefatigabili modò ſcriptionibus, modò prælectionibus committebat: vnde ſibi laudis tãtum quæreret, vt quo donatus quondam fuit

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 28 sur 805

Hippocrates elogio, eo meritò debuerit vbiuis gentium celebrari.

Ὅλλεριος φάος ἔθνεσι μερόπων, καὶ σώετο λαοὶ
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν ἀπάνευθε κὰι ἀΐδη.

Id est, vt ego verto,

Lex hominum Hollerius populos tutatus, in Orco
Fecit vt vmbrarum copia rara foret.

Huic rei fidem faciunt locupletissimam tum hæ de medendis morbis eruditissimæ elucubrationes, tum quæ nondum in publicum venerunt paraphrastica in Aphorismos Hippocratis, Prognostica, Epidemia & Coacas prænotiones Commentaria, quibus nihil quicquam esse in eo genere perfectius deierare ausim: imò non dubitem quin quod de Pericle scriptum est, aculeos in doctissimorum hominum animis, vel leuiter gustata relictura sint. Atque vtinam Hollerij exemplo moniti primi ordinis Doctores iisdem vestigiis insisterent, & quantum ab ea arte, quam ad fastum & gloriam profitentur multi, luminis & decôris mutuantur, tantum in eandem conferre ornamenti studerent, vel saltem studiosorum conatus, ex quorum infectatione peruersè nomen aucupantur, æquiùs consulerent, ac interpretarentur. Meliùs meo iudicio, optimi quique Medici audirent, nec ita passim

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 29 sur 805

apud multos contemptui haberentur : nec ſtulta quadam animorum cæcitate boni & mali, docti & indocti, eadem ſorte cenſerentur. Verùm, proh Deûm atque hominum fidem, iniquos videas hoc tempore permultos, quorum impiis technis ars pulcherrima, ſaluberrima, & ſacratiſſima mirum in modum proſcinditur & conculcatur. Alij probis viris inſultant, quò ſuas nugas liberiùs inſinuent & iactent: alij iuniores medicos, tanquam inexpertos, craſſæ imperitiæ apud vulgus criminantur, quòd abſolutos (vti aiunt) conſummatóſque ac perfectos Medicos non niſi ætate confectos eſſe oporteat. Quinetiam quod ægriùs ferendum, & mihi, meíſque coætaneis magis ominoſum videtur, inſuper dictitant boni illi Patres ſeſe in reſarciendis pragmateiæ noſtræ vitiis frequentiùs occupari, ſi fortè ad conſilium adhibiti, in ægri, aut aſſidentium aures quicquam potuerint inſuſurrare, quod palam dicere ſalua pace nequeant. At certè quotidie videre eſt Medicos, quibus & intonſa ſit velut Æſculapio barba, quibúſque retorto.

Pæonium in morem ſenior ſit forma capillo,

communes iſtos in errores prolabi, & iuuenum plerunque ſolertia dexteriore leuari.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 30 sur 805

Hinc intereà accidit, vt & imperitam plebeculam iamiam nocentiſſima inuaſerit opinio & occaſio ſuſpicandi nullam artem eſſe Medicinam, quæ tam diſſidentes, & velut in trãſuerſum actos, ſui ferat profeſſores. Hac quoque data porta in tanta rei medicæ luce irruũt in communem mortalium omnium perniciem, internecionémque impoſtores Empirici, & artem optimam malè ementiti, poſthabitis Academicis legibus, abrogatis Facultatum priuilegiis, neglectis optimorum Principum decretis, de humano corio miſerabiliter ludunt. Sícque magno applauſu ac concurſu ſuas quiſque ineptias promouet: alius editis vernacula lingua centonibus & experimentis quibúſuis etiam aniculis demẽtatis & idiotis probatis: alius antimonio præparato: alius neſcio qua theriaca noua ex intimis magni cuiuſdam Medici ſecretis eruta: alius denique Alchymiſticis fumis, quos magno ſtudio venditat. Hinc fallaces mille vagatores experimenta, tanquam certa auxilia, ſub pignore capitis proclamant, vel pro roſtris etiam in vulgum edicunt: vitam pollicentes, mortem vendentes: ídque, quod apud Chriſtianos maximè dolendum, inultè. Noſtrorum ſanè permagni, intereſſet Medicorum iſtas circunfora-

neorum peſtes artem nobiliſſimam turpiter prophanantium longiſſimè arcere, non mutuas altercationes & odia, quæ viros ἀμώμους & irreprehenſibiles (quales vbique Medicos Homerus appellauit)exercere. Sed de hiſce viderit Magiſtratus, ne longiùs iſta peruagetur calamitas nimiùm ac nimiùm in viros doctos iniurioſa. Quod ad meum attinet inſtitutum, Candidiſſime Lector, tanti apud me eſt rem Medicam iuuandi ſtudium, vt cenſoriam quamuis ſubeam animaduerſionem, ſi modò quippiam tibi vſui & commodo futurum moliri valeam ac meditari. Et quanquam in me nullam agnoſco induſtriam, quæ immenſam iudiciorum varietatem atque intemperantiam expleat, tamen & vtile aliquid aggredi præclarum ſemper, & honeſtum eſſe iudico, nihil hominum maleuolentia ſuffuſorum iniquiſſimum iudicium, occæcatam opinionem, elatam ac ſuperbam deſpicientiam moratus. Itaque cùm quatuor abhinc annis Hollerij Medici clariſſimi praxim ſecundò in lucem dediſſem, eámque plagiariis & furtiuis è manibus Caſpari Vvolphij Germani tempeſtiuè ſatis extorſiſſem, de tertia editione cogitare cœpi, & quod antè non licuerat mihi, ex fine manuſcripti exemplaris cuius copiam

ANDRAEAS PASTOREVS Hollerij dignissimus gener, & Regius in curia Parisiensi Senator, pro ea, qua literatos viros vir ipse omnium literatissimus & doctissimus complectitur, humanitate, mihi fecerat, omnia emendare. Et vt meæ tandem apud omnes constaret diligẽtiæ fides, quæ excusationis errorum viam faciliùs inueniret & exoraret, in Chironiis aliquot & Telephiis vlceribus detergendis, quæ pro deploratis habueram, nisi Autor ipse, medicus arte summus, præsentissima præsidia suggessisset, aliquãtum operæ posui. Næuos verò omnes si minùs, vti debui, castigaui, optima spes est fore, vt boni omnes excusent, nec tamen ob id impensum laborem sibi sinant ingratum esse. Neque enim occupatissimo homini, & asperiore cum fato perpetuam luctam agenti vacat aliquid omnibus numeris ac partibus absolutum excogitare. Accuratissima autem, elaboratissima, & Hippocratis supellectile refertissima priorem in librum Scholia, quæ Desiderij Iacotij Vandoperani Medici Arelatensis nomine hactenus sunt circunlata, quia αὐτογραφικῶς in Hollerij codicibus enotata reperi, nefas putaui non ea legitimo Autori suo restituere. Nihil tamen Iacotij sedulitati detractum velim, qui aliena qui-

dem, ſed non ſua, communi bono gratulaturus publicârit. Ludouici Dureti Regij Medici & Profeſſoris celeberrimi Aduerſaria, è penitiſsimis Iatricæ artis myſteriis, quæ de communi Medicorum Deo Apolline plus quàm alius hauſit, deprompta, denuò adiicere libuit, quæ Zoilis etiam extremis vnguiculis perprutientibus plauſibiliter accepta, illum impellere debent ad proferēdas in publicum, quas domi tam longum tempus continet, in Hippocratem Commentationes antiquis & poſteris palmam facilè prærepturas. Ego verò qui in alieno elaboro, nec vllius laudis particeps fio, nec fieri quidem cupio : nam hæc ferè talis eſt apud plurimos opera, vt omnem quem pro laboribus meretur, laudis fructum intercipiat: quaſi ei, qui derelictum cuiuſpiam ac ſentibus occupatum agrum ſuo labore expurgârit, coluerítque, enatarum inde frugum pars nulla debeatur. Quò propterea libentiùs hac ſum deinceps opera & curioſitate ſuperſeſſurus. Interim verò tantulas noſtras Exercitationes raptim ſcriptas & exaratas damus : non quæ ſint eiuſmodi, vt Hollerij ſcripta venuſtiora, vel locupletiora faciant, ſed quæ tamen ad accommodatam profligandis morbis reme-

diorum ſyluam comparandam quippiam ad-
iumenti ſint allaturæ. Obtendat quaſcúnque
voluerit voculas maleuolus: nihil eſſe nouum
dicat : nihil allatum quod non ſit ſcriptum
priùs: denique & mediocris eſſe hominis hinc
illinc excerptis cõmunibus locis libros quan-
tumuis exiguos ampliare : huic etſi quid reſ-
pondeam in promptu ſit, tamen cùm planè
ridiculum ducam ocioſo cum homine verba
commutare, hoc eum rogarim vnum, me ſci-
licet exiſtimet non ſibi placere ſtuduiſſe, ſed
vnius aut alterius Roſcij (id eſt Medicinæ ſtu-
dioſi, qui conatus meos ſit æquanimiter acce-
pturus) quàm theatri totius, plauſum referre
maluiſſe. Vale.

AD CLARISSIMVM VIRVM,
ANDRAEAM PASTOVREAV
Regium in Curia Parisiensi Senatorem,
IO. AVRATI POETÆ REGII
EPIGRAMMA.

QVI solitus medius animas de faucibus Orci
Eripere, & triplicem detinuisse colum,
Ille idem Hollerius medio reuocatur ab Orco:
Et sua produci stamina secta videt.
Si non arte sua, qua non habet ille secundum,
Pastorei certè sedulitate sui.
Qui gener vt soceri genus haud sinit esse caducum,
Hollerij genitos stirpe per Holleridas,
Sic quoque ne soceri pereat cum nomine fama,
Scripta palam vulgans Holleriana, vetat.
Quæ ferus intercepta Lupus cum nuper abactam
Ceu stabulis teneram dilaniaret ouem,
Sedulus vt Pastor prædam de dente Lupino
Excutit, & nomen re probat ipse suum.
Felix Hollerius, viuo cui fauit Apollo,
Esset Apollinea ne quis in arte prior.
Felix Hollerius, cui Pastoralis Apollo
Pastoreum, sibi qui seruet ouile, dedit.
Quilibet vt veniat notus feritate Lycaon,
Hollerij frustra dente lacesset oues.
Quilibet vt veniat fallax Germanus Iason,
Aurata vacuus pelle redibit iners.

EIVSDEM AVRATI
In Vvolphij furtum à Valetio deprehensum.

Vvolphius, ánne lupus patriæ qui nomine linguæ
Dicitur, & nomen moribus ipse probat,
Viribus, insidiísque valens in furta lupinis,
Hollerij libros finxerat esse suos?
Hollerij, Medica cui cedat in arte Machaon
Viuo, nunc vulgus scripta superstes habet.
Illos qui potuit manifesto lædere furto
Phœbigenæ manes, Phœbigenæque rogum,
Non hunc posse putes turbare Nouendia sacra,
Libáque semicremo deripuisse rogo?
Non impunè sed ille nefas immane patrauit
Deprensa furti calliditate lupus.
Nam lupicida vetus Phœbus, Liciúsque Lycoreúsque
Hinc dictus, rabidum perdidit ipse lupum.
Et quia Diis hominum mos est sibi sumere vultus,
Sic & ab iniustis sumere supplicium
In tua transformans se Cynthius ora, Valeti,
Furta ministeriis arguit arcta tuis.
Sícque dedit meritas pœnas Phœbóque, suóque
Phœbigenæ Hollerio, Vvolphius ille rapax.

NICOLAI ELLAIN, DOCTORIS MEDICI Parisiensis, ad Casparum Vuolphium Phisicum & Medicũ Tigurinum, Hendecasyllabi.

DIC Vvolphi precor, ore cur lupino,
Quod Germania sonare lingua fertur,
Et clamore lacessis anserino,
Dictisque insequeris calumniosis,
Vrgesque immeritum meum sodalem,
Politum nitidum, Virum probatum,
Doctum candidum & integrum Valetum,
Clarum multiplici eruditione,
Cultum tempora Phœbi vtráque lauru,
Insignem Medicum optimum Poetam,
Æquè Diis superis amatum & imis,
Æque principibus Viris amatum, &
Plebi, nec minùs exteris amatum,
Quàm suis, patriæ decûsque gentis?
An nescis homines vt eruditos
Nemini esse decere contumaces,
Molestos neque contumeliosos,
Sed comes potiùs venustulosque,
Benignos, faciles, modestiáque
Insignes, lepidos & elegantes.
Sic vestras quoque disputationes
Non debere grauem hanc & insolentem
Rixam admittere, sed modestiorem?
Ergo si sapis impotentis æstus
Mentis comprimito, & graues furores.
Iam iam mitte meo molestus esse
Sodali, moneo, precórque amicè.
Iam-iam mitte meum insequi sodalem.
Politum nitidum Virum probatum
Doctum candidum & integrum Valetum,
Clarum multiplici eruditione,
Cultum tempora Phœbi vtráque lauru,
Insignem Medicum optimum Poetam.
Æque Diis superis amatum & imis,
Æque Principibus Viris amatum, &

Plebi, nec minùs, exteris amatum,
Quàm ſuis patriæ decúſque genti.
Quod ſi conſilium & preces amicas
Negligis, neque contumelioſæ
Modum ponis adhuc loquacitati,
Pergiſque immeritum meum ſodalem,
Politum nitidum, virum probatum,
Doctum candidum & integrum Valetum,
Clarum multiplici eruditione,
Cinctum tempora Phœbi vtráque lauru,
Inſignem Medicum, optimum Poetam,
Æquè diis ſuperis amatum & imis,
Æque Principibus Viris amatum, &
Plebi, nec minùs exteris amatum,
Quam ſuus, patriæ decúſque gentis,
Exercere ferus, iocante Muſa
Iam non Hendecaſyllabos venuſtos,
Sed multo potiùs furente Muſa
Verſus Archilochi ſeueriores
Expectato Lycambico furore
Famoſos, laqueóque Bupalino.

ADRIANVS TARTERIVS MEDICUS Trecenſis, ad Candidatum Medicinæ.

Iam dudum manibus tuis teruntur
Perdocti Hollerij graues labores,
Lector, nec recipis manu ſat ampla
Fructus Hollerij labore dignos.
Nil miror deerat ſuo Valetus
Doctori Hollerio: ſed ambo iuncti
Iam-iam perficiunt viam medendi.

IACOBI

HOLLERII

STEMPANI, MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI, DE MORB. internis Liber I.

Antonij Valetij opera iam nunc multò quàm antehàc auctior & emaculatior factus, necnon luculentis exercitationibus illustratus.

De dolore capitis CAP. I.

DOLET CAPVT, 1 intemperie, aut solutione continui. Intemperies simplex, composita: sine materia, cum materia: illáque vel in toto cerebro, vel in venis, arteriis, membranis, neruosísque corporibus. 2 Solutio continui fit acri humore erodente, putri, bilioso, salso, vulnere, càsu concussione, punctura, maligna qualitate, vt in lue venerea, carie, distentione. Distentio ferè à copia 3 humorum, vel flatuum: humorum, quidem, vel omnium, vel aliquorum, vel alicuius. Fit quoque ob-

1 *Quæ est tẽperamẽti nimietas, aut paucitas.*

2 *Hæc est altera doloris causa, cum in parte similari, tum in organica. Soluunt solutionẽ cõtinuitatu similarium, quæ rumpũtur, incidũtur, distendũtur, vel hemẽter calfaciunt, aut refrigerant.*

3 *Hi vel aliũde affluunt vel in capite nascuntur.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 40 sur 805

ſtructione,quũ videlicet anguſtias meatuum capitis intercipit humor craſſus & viſcidus,aut ſpiritus vehemẽter vaporoſus,in ſuturis,oſſibus palati colatoriis,& quę ad nares,aures,oculos & ſpinã pertinent.

Dignoſcitur ex varietate cauſarum efficientium, ex partium laborantium natura, ex loco, ex qualitate propria. Cauſæ efficientes, externæ, internæ. Externæ,æſtus,perfrictio, ebrietas(à vini enim potu multo caput quaſi ſpiritu diſtẽditur)caſus, ictus, victus,vapor aliquis,vt fumus,grauis odor, aut naturæ ægri repugnãs. Quinetiam adſtrictis arctiore veſte & iugularibus, & inferioribus venis, ſurſum ſanguis regurgitat,venas capitis diſtendens. Internæ, intemperies naturalis, aut contracta morbo, quantitas,qualitas materiæ humorum, vel vaporum,mala conformatio,obſtructio. A partium natura,neruoſorum corporum, magis punctorius:arteriarum, pulſatoriùs: ſtupidior in venis,& cerebri ſubſtantia. In perioſtio ſuperficialis:altus in meningibus. Intra caluariam ad radices oculorum extenſus. In plenitudine,grauis: in acri humore & vapore, rodens: ſed vapor diſtendit magis,humor magis mordicat. Vbi diſtentio citrà roſionem, ſpiritus flatuoſi vel humoris non rodentis copiam indicat. Diſtentio cum pulſu, membranarũ inflammationem ſequitur: cum grauitate, copiam membranis conceptam & inhærentem: ſine grauitate & pulſatione,copiã crudi flatus. A ſanguine ferè in frontem: à pituita in occiput: à bile, in dextrum latus: à melancholia,in ſiniſtrum decumbit. Sunt quibus arteriarum intẽperies ſanguinem ſpirituoſum multum colligit, vnde dolor pulſatorius & vehemens

excitatur. Quibuſdã vermes generantur in cerebro. Id rarum eſſe ſcripſit Auicennas, quod tamen memoria noſtra viſum eſt. Et cuidã Italo ex frequenti odoratu baſilicæ herbæ natus ſcorpio in cerebro, vehementes dolores & lõgos, mortem denique attulit. Humor autem & vapor vel in cerebro gignitur, vel aliundè aſcendit, ab extremo police, & plãta pedis à venenato vulnere clauſo, vtero, hepate, liene, ventriculo, pulmone & aliis. Cæterum de cauſis dolorum capitis mulierum ab vtero abundè Galenus differit cõmentario in illã ſententiam lib. 6. Epidem. Quibuſcũnque ex fœtu abortiuo, atque vteri tumoribus, ad capitis grauitatẽ cõuerſio fit &c. Sed iis adiunges pericranij & capillorum ſordes, capitis vincula, & ſimilia à recentioribus obſeruata.

Curatio.

Curatio in his eſt: in phlebotomia, arteriotomia ſanguiſugis, cucurbitulis, purgatione, potionibus & medicamentis materiam præparantibus, topicis repellentibus, concoquentibus, mitigantibus, alterantibus, digerentibus, roborantibus, phœnigmis, ſinapiſmis, cauteriis, paracenteſi. Hæc omnia remedia ſunt dolorum capitis.

Phlebotomia 4 imperatur, ſi 5 plenitudo & ſanguinis copia, ſi vehemens 6 obſtructio eſt, ſi vulnus, caſus, concuſſio, febris, inflãmatio atque adeò, vbi intolerabilis 7 dolor eſt.

Si à reliquo 8 corpore vitiũ eſt, 9 primùm axillarem, deinde 10 cephalicã, aut ſemel mediã diuidito.

Si à ſuppreſſis mẽſibus, aut hæmorrhoidibus, ve-

4 *Ad reuulſionẽ materiæ antecedentis.*
5 *Vniuerſalis & ſingularis.*
6 *Contumax illa obſtructio grauitatẽ doloris percipitur.*
7 *Cuius leniẽdi cauſa ad lipothymiam mittitur ſanguis.*
8 *Vt à plethora vniuerſali, aut trãſlatione ſymptomatica.*
9 *Axillaris ſeu interna vena, baſilica vulgò dicta, primum pertunditur, ſi doloris cauſa & fons perẽnis ſit in hepate, liene, & toto genere venoſo: idque fit ad declinationem cauſæ antecedentis, & ad generationem*

10 *Ad auerſionem materiæ propinquæ, & amotionem cauſæ coniunctæ.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 42 sur 805

nas malleoli incidito : 11 perſeuerante malo, 12 venam frontis,temporum,quæque poſt aures ſita eſt, aperito. Eam tamen eligito, in cuius regione dolor incumbit magis.

Arteriotomia probatur in iis,qui ob intemperiem arteriarum capite dolent, ac vertigine : atque vbi ſanguis calidus & vaporoſus dolorem facit. Eligẽda in fronte,temporibus, aut poſt aures,quæ micat, magis calet & rubet, & vbi dolor acerbior eſt. Ex libr.6.de ſanitat.tuend.lib.13.Metho.libro de ſang. miſſione.

Vacuato iam corpore & contumaci 13 malo, 14 ſanguiſugæ extremo naſo affiguntur, poſt aures, & venis, quæ in caluaria eminent. Aliquando iis, qui ita 15 aſſueti ſunt,& multi ſunt ſanguinis, poſt maiora remedia ſanguinem è naribus 16 irritamus.

Cucurbitulæ primùm leues occipitio,vel ceruicis initio,deinde cum ſcarificatione affiguntur.

Poſt phlebotomiam & ante phlebotomiam imperatur 17 purgatio,aliquando etiam ſine phlebotomia purgamus.

Ante phlebotomiam leui pharmaco,cuius vis hepar non ſuperet, ſed tantùm venter, meſenterium, ſima hepatis,& inteſtina repurgẽtur:quale hoc erit. ℔.caſſiæ,aut cathol.ʒ.i.aut caſſiæ ʒ.ß.quadrante 18 horæ ante paſtum.

Purgationis vices clyſter perſæpè ſupplet:qui in doloribus capitis tãti eſt momenti,vt deorſum materiam reuellendo plerunque repetitiones ipſas fieri prohibeat. Vnde periodicis in doloribus,inſtante etiam acceſſione, commodè iniicitur, totáque mentum natura veriatur.

11 *Ab obſtructione contumaci, cauſæ coniũctæ magnitudine.*

12 *In dolore enim fixo partis propinquioris vena ſecanda, per apho.68.li.5*

13 *Diffuſo humore inter pericranium, & os.*

14 *Præparabuntur hyrudines ex præſcripto Galeni lib. de cucurbitulis, hirud. ſcarif.*

15 *Quib⁹ humores ſunt ἀνάῤῥοποι.*

16 *Vt mille folio naribus impoſito.*

17 *Quæ leui pharmaco perficietur, ad primæ regionis cruditatẽ excludendam ne in venas cũ ſanguine rapiatur.*

18 *Ne in cibum & ali-*

morbi hiſtoria repetitur. Clyſteris communis hæc erit formula

℞.decoct. comm.clyſteris ℔.1.diſſolue caſſiæ & cathol.ana ʒ.ß. mell.roſ.ſacch. rub.ana ʒ.1.vel ʒ.x. olei violacei quart.1.f.clyſter.

Dein poſt phlebotomiam, ſi quis humor vitioſus relictus eſt, & ſi quidem recens dolor eſt, materia ſequax, & ſubtilis, & tenuis, nulla quoque obſtructio eſt, leui pharmaco vteris, vt Caſſia, Rhabarb. 19 Manna, mollioribus atque diuitibus: electario de ſucco roſarum,diapruno,hieræ puluere, Catholico in aliis. Quales ſunt hæ formulæ.

19 *Manna picrocholis nõ exhibeatur, vt nec cæteraſ,quorum eſt facilis in bilem commutatio.*

℞.decoct.prunorum,tamarindorum,paſſularum,trium florum,cardiacorum, quantum ſufficit ad diſſolutionem ʒ.1.mannæ.

℞. Caſſiæ fiſtulæ ʒ.ß.mannæ ʒ.1.diſſolue in ſuprà dicta decoctione,vel ſero lactis,vel aqua hordei,ptiſana.

Pauperibus,loco mannæ, penidia imperabis,vel cathol.drach. 6. caſſiæ fiſtulæ vnc. ß. aut cathol. vel caſſiæ drach.6. diapruni ʒ. 2. Ex his omnibus cum ſaccharo fiat bolus: aut, vt ſuprà dictum eſt, diſſoluantur.Rhabarbarum aliquando per ſe, aliquando cum caſſia imperabitur. Pueris ϑ. 2. rhab. infundũtur in aqua endiuiæ,cum modico cinamomi:mulieribus,à ʒ.1. ad ʒ. 1. & ſemiſſem: viris, ad drach.3. Mollioribus, & quibus aluus facilè commouetur, ʒ.3.caſſiæ, & ϑ.2. rhab.ſatis eſſe poſſunt. Ex his fit bolus cum ſaccharo. Aliis caſſiæ fiſtulæ ʒ.6.addimus ϑ. 4. aut circiter rhab. Puluere hieræ picræ ſic vtendum erit.

20 *Simplicis Galeni ſine agarico & croco.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 44 sur 805

℥. pul. hieræ 20 picræ recentis drach. 2. excipiantur modica conſerua violarum, *ad tollendum amarorem*. Aut hæ pilulæ fortiores erunt.

℥. pul. aloës ʒ. 1. maſtic. cinamo. ana ϑ. ß. dacridij gr. 4. (*ad eradicationem*) cum ſucco citri fiant pilulæ. In craſſis & viſcidis humoribus, magnis quoque obſtructionibus, grauior ferè atque contumacior morbus eſt. In quibus & 21 phlebotomia, ſi cætera conſentiunt, neceſſaria eſt, & potiones, quæ materiam incidant & attenuent, à quibus purgationes per 22 interualla, validíque clyſteres. Topica ex iis, quæ incidunt & attenuant. Errhina, Apophlegmatiſmi, Suffumigia, Gargariſmata, Frictiones, Vincula, Cucurbitulæ, Sinapiſmi, Setones, Ferrum, Ignis.

21 *Doloris enim pertinacia phlebotome indiget.*

22 *Quia vt ſunt varij coctionis gradus, ita & purgationis, ac excluſionis*

Phlebotomia, vt priùs, inſtituenda ſatis 23 amplo vulnere. 24 oxymelite, aut aliis deſcriptis, materia præparabitur, aut hac potione.

23 *Ad craſſæ materiæ euacuationem.*

24 *Niſi vlla leienteriæ, hiſtericæ affectionis, aut melancholiæ hypochõdriacæ adferri poſſit excuſatio.*

℥. ſtœchad. citrin. vnc. 2 fiat decoctio in aqua puriſſima ad quart. 3. In expreſſione colata diſſolue mellis communis, aut mellis albi, vel ſacchari albiſſima ℔. ß. plus minúſve. Fiat ſyrupus, vtatur ieiunus, duabus horis ante cœnam, doſi trium vnciarum. Hæc potio putredinem arcet, extenuat, deterget, roborat non ſolùm cerebrum, ſed viſcera omnia, & corpus, laudata Græcis & Arabibus. A qua, vſus eſſe poteſt ſyrupi de ſtœchade incompleti, id eſt, ſine aromatibus, *detracto croco*. Atque hinc ſyrupi completi, id eſt, cum ſpeciebus. Eodem modo ex acoro, (*omnibus morbis à defluxione confert, quia adſtringit*) & fœniculi radice, oxymel parari poteſt, atque hinc hydromel.

Calidiores ſyrupi ſuſpecti ſunt, vbi plethora, febris, cruditas in primis venis. Hinc enim augentur febres, liquefacta cruditas trahitur in corpus, fuſa plenitudo apoplexias, febres, tabes, & alia mala inuehit. *Hic quoque conſiderandum anni tempus, regio, agri temperatura & ætas.* Purgationes 25 fiunt ex hiera diacolocynthidos, agarico, & aliis, qualis hæc eſt.

℞. 26 pul. hieræ diacolo. ʒ. ß. agarici tro. ϑ. 2. maſtich. bdellij ana ϑ. ß. nucis moſchatæ Gr. viij. cum 27 ſucco abſynthij formentur pilulæ. Delicatioribus naturis poterunt excipi pulueres in modico cõſeruæ anthos. Solent autem parare ſyrupos, quibus interuallis vtendum ſit, quos ita conficies, vt in decocto deſcribantur quæ attenuent, concoquant, aperiant, roborent, 28 & conuenienter purgent, qualis hic eſt.

℞. rad. 29 graminis, petroſelini, aſparagi, ana ℥. ß. ſe. 30 aniſi, & fœniculi ana ʒ. 1. 31 betonicæ, ſtœchados an. P. 2. florum 32 cardiacorum ana P. 1. paſſul. mundatarum (*earum caro relaxat*) ℥. ß. liquiritiæ ʒ. 2. polypodij querni ℥. ß. aga. trochiſc. ℥. 1. ß. foliorum ſennæ (*orientalis noſtra nullius fere eſt momenti.*) mundatorum, & in fine decoctionis poſitorum ℥. 2. fiat decoctio in aqua puriſſima ad ℔. 1. In col. diſſol. ſacch. albiſſimi q. ſ. Fiat ſyrupus mediocriter coctus, vtatur ſingulis hebdomadibus ℥. 1. ß. cum ℥. 2. hydromelitis, aut ptiſanæ. Erit autem calidior cum hydromelite, frigidior verò cum ptiſana. Fortior.

℞. polypodij querni, rad. acori, ireos, ſem. carthami ana ℥. 1. ß. ſem. aniſi, fœniculi, cuſcutæ ana drach. 2. ſebeſten N. 12. Cetherac, ſcolopendrij, betonicæ, ſummitatum lupuli, agrimoniæ ana P. 1. ſtœchad.

25 *Quæ humores ex toto corpore ducunt.*

26 *Dantur hæ pilulæ horis 6 ante cibum: aut hor. totidem poſt cibum. Pilulæ.*

27 *Ne ventriculi vim labefactent.*

28 *Ventriculũ & caput.*

29 *Ad liberãda obſtructa.*

30 *Ad diſcutiẽdos flatus.*

31 *Hæ herbæ ſunt cephalicæ, & cerebro gratæ.*

32 *Violarũ borrag. & bugloſſ.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 46 sur 805

arabic.& citrin.ana P.ß. foliorum ſennæ mundatorum,& in fine decoctionis poſitorum ʒ.4. agar. recenter troc.ʒ.1.ß.tupethi gummoſi ʒ.1.33 fiat decoctio ad ℔.1.In col.diſſol.ſacch. albiſſ. & mellis albi bene deſpumati ana ℔.ß.Fiat ſyrupus coctus ſecundum artem. Accipiat ʒ. 1.cum hydromelit. 34 aut ptiſanæ ʒ.2.ſemel in 12.diebus.

33 *Adles ſtœcad adyãth. an.ʒ. 2. glycirrhizæ, ʒ. 2. vt attrahatur humor viſcidus & lentus ab omnib⁹ partib⁹.*

Pilulæ.

35 ♃.agar.recens troc.ʒ.2.turpeth.ʒ.1.ß.ſalis gemmæ, & zinziberis (*ad correctionem. Secus enim materiam ſubtilem vacuaret, relicta craſſa*) ana ϑ.1.Infunde omnia in vino albo, fiat leuis feruor ſuper calidos cineres, deinde fortis expreſſio.Expreſſæ materiæ adde pul. hieræ diacol.drach.3.pul.hieræ picræ ϑ.4. malaxentur cum vino 36 expreſſionis,fiat maſſa,capiat drach.1.in ſingulas doſeis.

34 *Adhibito delectu peculiaris ægri natura, aut temporis.*

35 *Hæ pilulæ ſunt cephalicæ, quibus præparata materia radicitùs extirpanda.*

Poſt purgationes imperari ſolent, quæ confirmant ventriculum & viſcera,quale hoc eſt.

36 *In quo priùs infuſa ſint ſuprà dicta.*

♃. mythridatij veteris, conſeruæ bugloſſi & acori ana drach.1.Capiat manè diei ſequentis.

♃. ſpecierum electarij diambræ ʒ. 1. pleres archonticæ,& aromatici roſati ana ʒ.ß.excipiantur in modico conſeruę anthos, vel cum ſyrupo de corticibus citri,aut de ſtœchade,fiat trochiſcus.

37 *Remedia partibus propria, quæ ſumuntur ex indicatione partis.*

Topica.

38 *Topica nõ ſemper adhibentur præmiſſa totius corporis vacuatione, vt in abſceſſibus critictis.*

Repellentibus 38 ſtatim initio vtendum eſt. Sed in dolore calido,magis refrigerantibus,vt & in corporibus durioribus,æſtate,regione calidiore,iuuentute. Contrà verò temperanda res eſt in contraria conditione, quale hoc eſt, quod vehementer repellit & refrigerat.

℔. 39 olei roſati recentis ℥.2.aceti albi ʒ.3.aquæ roſarũ(*in potu nocet ob odorẽ, niſi ſumatur aqua peculi roſ.*) drach.2.agitantur diu,& refrigerentur in aqua frigidiſſima putei,aut niue,pro frontali.Aliud. 39 *Loti ſæpè in aqua roſarum.*

℔.olei viol.& roſ.ana ℥.1. aceti albi, ſucci agreſtæ ana drach.2.Diuitibus adde caphurę gra.4.Linteolum inſuccatur poſtea frigidâ, vel in ſuccis ſemperuiui,centinodiæ,plantag. polygon. granatorum acidiorum,vmbilici vener.portulacę,lactucæ,pſilij, roſarum,malorum granatorum,capreolorum vitis, omphacis,meſpili, cucurbitulæ, cucumeris. Ex his ſimplicibus nonnulla interdum tandiu teruntur affuſa roſacea, donec fiat craſſitudo aliqua: & populeo,oleíſque & ſuccis cõuenientibus additis, fronti & temporibus adhibẹntur. Flores roſ.violar.nymphęæ,papaueris,per ſe,vel cum aliis tutò quoq; applicantur: conſeruæ recentes roſarum & violarum: nodulus è roſis aceto madefactus, & naribus inditus inſtar caputpurgij. Si nimiùm dolor & vigiliæ vrgeant,lac muliebre cum tantillo caphuræ & opij proderit. Faſciæ & anacollemata è goſſipio carpto circumligantur capiti,à fronte ad occipitisverticem ductis capitibus, & his imbuuntur medicamentis. Videndum tamen ne quid in os & oculos defluat. Parabilia remedia ſunt:oportet autem hæc ſubinde renouari,quia ſtatim incaleſcunt.

Secundus ordo.

℔.Cerati 40 Gal. diu ſubacti cum ſucco portulacæ,aut ſimili ℥.2.illinatur fronti, & ſuperponantur folia ſalicis. 40 *Quo vtebatur Gal. ad fracturas.*

℔.mucag.ſem.pſilij, 41 mucag.ſem.althææ, & cydoniorũ ana drach.6.agitẽtur cum modico aceti. 41 *Extractæ in aqua plãtaginis, aut ſimili.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 48 sur 805

℔.olei roſati & cham.ana ʒ.1,aceti drach.3. hyeme pueris,eunuchis,& mulieribus conuenit:in quibus nimia refrigeratio periculoſa eſt. Iam progreſſo morbo,olei cham. anethini, liliacei aliquid adiiciendum.

Ad frigidam cephalalgiam.

℔. dialthææ ʒ. 1. agitetur in mortario, primùm quidem cum oleo roſaceo,deinde,vt procedit morbus cum ol. de maſtiche, de cydoniis, de ſpica. Et diuitibus addi poſſunt 42 Gr.2.moſchi.Olea conueniunt cham.aneth.(*in declinatione,quia odoratum*) de lilio,laurinum, maſtichinum, de ſpica, de coſto : in quibus ſerpillum,mentha, thymum, orig. roſmarinus,maiorana,calendula, pulegium, ben, nux moſchata,caryophyllum,cinamomum coxerint.

42 *Niſi cerebro ſint ingrata.*

℔.ſerpilli M.1.coquatur in qr.3.olei cham.& ℔. ß.vini rubri. Fiat decoctio ad conſumptionem vini in vaſe duplici:deinde fortis expreſſio : ſeruetur 43 oleum ad vſum.

43 *Hoc oleo inungatur totum caput deraſum, ad naturæ vim excitandam.*

℔. caryophyl. nucis moſchatæ ana ʒ. ß.fiat decoctio in qr. 3. olei cham. & vini rubri drach. 4. ad conſumptionem vini in vaſe duplici, vt priùs, lento igne,ac ſine fumo.

℔. terebinth. ℔. 1. maſtich. cin. nucis moſchatæ ana ʒ.1.caryophyl.galangæ,zedoariæ,ladani an.ʒ.1. ß.ſucci ebuli, ſucci cucumeris aſinini ana ʒ. 1. Pulueriſatis pulueriſandis, in alembico diſtilletur oleum ſecundum artem.

Laudant & oleum ſambucinum,iaſminum.Nec omittendum eſt remedium mulieris apud 44 Paulum,quo in hemicranicis vſa,mirandum in modum inclaruit.

44 *Paulus Æg. lib.3. cap.5.*

Radices itaque cucumeris asinini concides in taleolas, & cum absynthij coma hydrelæo incoques. Fouebis partem hydrelæo, materiam verò modo emplastri impones.

Adhæc rarò fit frigidæ materiæ ad caput raptus, sed illîc paulatim colligi consueuit.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Partium capitis affectarum distinctio.

Medico ad ægrum accedenti primùm pars affecta inuestiganda, deinde affectus: postremò ex vtrisque ineunda curatio. Partes affectæ in capitis doloribus ita distinguuntur. Si digito pressa cute doloris sensus acerbior, pili erecti, & oculorum radices, vel partes internæ molestiam non sentiunt, cutis, vel pericranium laborat: sed pericranium à frigore frequentiùs ob similitudinem cutis, ab æstu, sordibus, multis capitis integumentis, vt in mulieribus & similibus: dolórque in pericranio ad oculi palpebras vsque tantùm peruenit. Intra cranium dolor obtusus, arteriarum, venarum & substantiæ cerebri affectionem indicat, quòd sensu sint imbecilliore: punctorius meningum & neruorum. Sed in neruis communicatur parti, cui inseruntur: in arteriis pulsus percipitur contundens, & profundus in membranis ossium hæret. Sic deprehensa parte affecta ad affectus distinctionem & curationem primò videndum, an cum febre, an sine febre. Si cum febre inceperit & permaneat, internam partem affici significat, & futurum delirium portendit. In acutis post tertium aut quartum diem superueniens, sanguinis fluxus indicium est, modò cætera consentiant, atque hic nullo modo curandus, ne crisis impediatur. In ea tamen, quæ per vomitum futura est, admoueri medicamenta possunt ad dolorem leniendũ, nullo naturæ impedimẽto. Quòd si sine febre sequiat, vel in parte est, dextra, sinistra, superiore, inferiore: vel in toto. Dolor sæpiùs recurrens, statísq; temporibus & alterutram partem occupans ad suturã vsq;, hemicrania est: in anteriore parte cephalalgia: post multũ tempus, cephalæa. Siccitas vehementem dolorem

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 50 sur 805

non infert, quia non fit confertim: nec proinde melancholia, nisi à bile flaua adusta, vel bile mixta, vel spiritu distendente. Neque humiditas, nisi ob copiam, vt pituitæ frigidæ, quæ noctu potissimùm infestat, faciléque propriis signis pituitam significantibus discernitur. Distentio cum grauitate & pulsu, sanguinis copiam: sine grauitate, bilem demonstrat, cæteris tamen perpensis, vt victu præcedente, temperamento, regione, ætate, anni constitutione. A calore vehementissimi sunt dolores, sed breuiores: à frigore minus subiti & diuturniores: ab ossis carie, vermibus, scorpione, subiecto pure, angusto loco comprehenduntur. Postrema consideratio, an per consensum fiat. Cuius hæc sunt signa vniuersa. Si nulla euidens causa antegressa fuerit: si frequenter repetat: si cum alterius partis affectu inualescat & eo sublato leuetur: denique si vel totius corporis plenitudo & cacochymia sit, vel partis alicuius vitium præcesserit. Modus autem huius communicationis, siue consensus duplex. Nam partes inferiores vel ad caput aliquid transmittunt, vt vaporem aut humorem: vel sola connexione, & quasi contagione quadam cerebrum afficiunt. Ex ventriculi tunicis externis ac sinu, fumi efferuntur ad caput per neruorum rectitudinem, & per œsophagum. Huius signa sunt, cruditas antecedens, ebrietas, cibi corruptela, dolor, nausea, oris amaritudo. Ab vtero fit post mensium retentionem, aut seminis putrescentis, aut si qua sit illîc humorum perturbatio. Tunc dolor in occipite percipitur, vel illic incipit, præsertim nulla materiæ translatione facta, propter consensum vteri cum cerebro per spinalem medullam, cui robustis vinculis connectitur. A iecore magis per venam cauam: à liene per arteriam magnam fit materiæ ad caput translatio. Sed an à bile in dextrum latus, à melancholia in sinistrum dolor decumbat, controuersum est: cùm & vena caua & arteria magna à iugulo in vtrumque latus traducant ramos, vt nulla ratio adferri queat, præter rectitudinem, cur in hanc potiùs, quàm in alteram partem dolor inuadat, cùm tamen rectitudo parum momenti habeat in iis, quæ per vias communes transferũtur. Sed dolor frequentiùs synciput prehendit multis de causis. Nam illic panniculorum partes futuris interseruntur, & vasa, arteria præsertim, ac materia omnis seu vapor

Gal. libr. 2. de cõpos. medicam. κατὰ τόπους.


Capitis dolores à calore vehemẽtissimi: à frigore diuturniores.

Doloris capitis per cõsensum signa vniuersa.

Doloris capitis per consensum modus duplex.

Dolor capitis cur frequentiùs synciput occupet.

eò peruenit, ſuturæ raræ, cranium tenuiſſimum, & fiſtuloſum, tenuium vaſorum copia. Vnde fit, vt ſemper ferè illic incipiat ſudor. Atque hæc in vniuerſum dicta ſint de cauſis & ſignis doloris capitis.



Vt bene procedat curatio, imprimis vitandus animi motus & corporis, à polychymis alimentis abſtinendum, declinandus quoque mandibularum & capitis motus, necnon clamor ſtrepitus, tum à ſe magis, tum ab aliis. Non dura madenda.

In omnibus capitis doloribus commune eſt, vt in principio parti repellentia admoueantur: in decremento, digerentia: in fine declinationis, roborantia.

Vbi intolerabilis dolor eſt] Cornelius Celſus tantum in dolore intolerabili venam aperit. Sed citra hunc, in propoſitis conditionibus etiam ſecanda eſt. A quacunque autem cauſa dolor excitetur, ſi vehementia vrgeat, duabus de cauſis vena tunditur: vna, quòd vix dolor tantus eſſe queat ſine materia calida: altera, quia metus eſt inflammationis & reſolutionis ſpirituum. In dolore quoque à bile mittitur ſanguis, non ad vacuationem, ſed ventilationem. In quo ſi phrenitidis metus ſit, venæ ſub lingua aperiantur: vel cucurbitulæ ad humeros, aut collum applicentur cum ſcarificatione: vel fiant ligaturæ & frictiones in extremis partibus, potiſſimùm carpo & pedio. In vaporibus denique diſcutiendis ligatio colli, & ducta manus ſurſum, vt vis ſpiritus, caloris & ſanguinis cogatur in caput, & ita vapor tenuetur, & diſcutiatur. Vbi cum febre dolor inuadit, liberior phlebotomia.

Corn. Celſus c. 2. lib. 3. de Medic.

Ea tamen eligatio, &c.] In diuerſione non eſt eligenda vena partis dolentis, ſed vena frontis ſecanda, potiſſimùm ſi poſterior pars capitis doleat. Sin anterior, & exigua ſit quantitas materiæ, ſecatur, quæ eſt inter ſpatulas.

Ex apho. 68 lib. 5.

Arteriotomia.] Arteriæ ſectio remedium eſt ſingulare in omni dolore pulſatili, vt Rhazes docet: ſed periculoſum, quia Chirurgis minùs vſitatum. Debet autem arteria ſcindi è directo partis affectæ, & in principio ad maximam ſanguinis copiam. In quo videndum, num per maiores & internas arterias vapor efferatur. Sic enim nihil conferet, vt ex capit. 8. libro 3. de locis affectis perſpicuum eſt. Huius loco applicatur cauterium actuale in media parte capitis propè ſuturas. Si ignem refugiant, applicetur potentiale, Sinapiſmi, Dropaces, Capitella ex aluta, inducta emplaſtris conuenientibus.

Arteria quî ſecetur in dolore capitis pulſante.

Sanguinis è naribus irritandi ratio.

Sanguinem è naribus irritamus.] Hoc fit nares frequenter

ſcalpendo, ſetis quoque, & folio arundinis, aut feſtuca, aut herbis quibuſdam aculeatis, aut aſperis, venas narium irritando ad hæmorrhagiam, aut ſanguiſugæ pinnis narium affiguntur. Sin neque his prodeat, cucurbitulæ cum ſcarificatione admoueantur, vt præcepimus.

Cucurbitulæ. Cauendum, ne æger facilè paralyſi capiatur iis partibus, quæ neruos accipiunt à loco, vbi debent cucurbitulæ applicari. *Cucurbitulæ vt rectè applicentur, quid vitandum.*

Ante Phlebotomiam leui phar. Hoc fit, ne eductione ſanguinis excremẽta ventriculi & inteſtinorum in venas rapiãtur. Sed horum loco, clyſteribus (& tutiùs, propter caſſiam quę cerebrum fumis replet) ante ſanguinis miſſionem vti poſſumus emollientibus & detergentibus, ſi ſine febre: infrigidantibus, ſi cum febre dolor ſit, præſertim cùm reſiſtit aluus. Sæpè enim vaporibus ſurſum latis ſuppreſſa aluo, dolor commouetur: clyſtere iniecto, ſedatur. Sin perſeueret, venam ſecato. Cæterùm, hæc minoratiua dantur per quadrantem horæ, aut etiam per horam ante prandium: tum vt cibi grauitate mittantur deorſum: tum vt fumos arceant, qui è cibo feruntur ad caput. Contrà fit, quum caput purgandum nobis proponimus, vt pilulis. Exhibentur enim quatuor horis poſt cœnam, vt medicamentorum vis ſimul cum alimenti vapore ducatur ad caput. Ad diminutionem verò materiæ, pilulæ leues dantur tribus horis ante cœnam. *Phlebotomiæ cur leue pharmacum præſumendum. Caſſia fumis opplet cerebrum. Pilulæ quando ante cœnam, quando poſt exhibendæ.*

Rhabarbarum, Manna, &c. Rhab. fumoſum eſt admodũ: ob id minùs conuenit, niſi infundatur in aqua endiuiæ, vel violarum. Ab hiera auferenda ſunt aromata, vt crocus, quia caput tentando, augent dolorem, vt Galen. docet de compoſitione hieræ agens. Idem fiat in ſyrupo de ſtœchade. Manna facilè bileſcit in valde bilioſis. Minùs nocent odorata, cum valde laxantibus miſcentur, quia non diu retinentur in corpore. Aromata adduntur, quia roborant, & tenuitate partium iuuant medicamentorum penetrationem. *Rheũ fumoſum. Aromata & crocum caput ferire ſcribit Gal. libr. 2. de cõp. medic. κατὰ τόπους.*

Pilulæ. In affectibus ſiccis meliùs purgabitur materia bolo, vel potiùs medicamentis humidis & liquidis, quia pilulæ omnes calidæ ſunt & ſiccæ, ſaltem ob aloëm, proindéque maiorem inducunt alterationem. *Pilulæ ſiccis affectibus minùs commodæ.*

Phlebotomia, vt priùs. In craſſis & viſcidis humoribus ac materia frigida, metuenda eſt venæ ſectio. Si tamen venæ tu-

ment,& ſanguis abundat,cæteráque concurrunt,poterit fieri, dato antè clyſtere ad diuerſionem. Sin minùs,à clyſtere incipiendum,qui materiam diſcutiat, incîdat, alteret, & euacuet: deinde leui medicamento vtendum, ne cruda materia agitetur,vt pilulis leuioribus, de hiera ſimplici, agaric. troch. cum oxymelite ſimplici, paulatim progrediendo ad fortiora, niſi grauiora ſymptomata ſtatim extremis remediis cogant vti.

℥. *Stœchados*] Flores anthos, ſtœchados, chamæmeli in omnibus capitis doloribus valent, etiam in materia calida. Nam mirificè roborant cerebrum. In declinatione tamen ponuntur potiùs,& repreſſa fluxione.

Calidiores ſyrupi.] Leuioribus ergo antè eſt vtendum, vt mell. roſ. ſyrup. capill. ven. de bizantiis, acetoſ. ſimplic. & compoſito. Deinde de hyſſopo, de praſſio, de acoro, de ſtœchade,&c.

℥. *Graminù,petro.*] In affectu melancholico parum conueniunt hæc diuretica, quòd humor melancholicus per vrinas vacuari nequeat, cùm ſplen nullum habeat conſenſum cum renibus per viam communem, niſi addantur ad inciſionem & attenuationem. Sed tunc ſufficient ſemina, aniſi fœniculi,apij ad ʒ. ß.

Corn. Celſus cap. 4. libr. 1. de Medic.

In aqua frigidiſſima.] Celſus ſcribit nihil æquè prodeſſe capiti,atque aquam frigidam:adeò,vt eum, cui caput infirmum eſt,iubeat per æſtatem id bene largo canali quotidie aliquandiu ſubiicere. Obſeruaui quoque quendam,cùm 40. annos laboraſſet hæmicrania,fruſtrà aliis auxiliis adhibitis, conſilio Medici frigidâ ſæpiùs lauiſſe frõtem, atque inde perſanatum, niſi quòd materia deriuata in œſophagum, & illic concreſcens,prohibebat degluitionem. Quia tamen cerebrum frigidum eſt, & membrum princeps, à frigidiſſimis metuendum, aut cum ſummo iudicio vtendum. Cæterùm topica, quæ repellunt,tepida admouentur,vbi materia frigidior, & crudior: frigida,vbi materia calida & bilioſa.

ANTO. VALETII EXERCIT. I.

Gal. lib. 1. & 12. Meth.

QVanquam ſymptomata curationem non indicant, eam tamen nonnunquam ſuam ob vehemen-

vehementiam ad ſeſe trahunt,aut,quæ viribus proſpiciat, mitigationem efflagitant. Sed morbos imprimis,quorum ſoboles exiſtunt,atq; cauſas eorundem pręcognoſcere oportet,à quibus curandi conſilia(σκοπὸς ἐνδεικτικὸς, hoc eſt, rectas collationes nocentis morbi & iuuantis auxilij appellant) veniunt petẽda.Itaque cùm de capitis dolore,quod eſt ſymptoma in ſenſu,inquiramus,cuius cauſas ſingulas,in numerato habere ſit neceſſe,ab omniũ primis , que Græcis προηγουμένη καὶ προκαταρκτικὴ αἰτία,Latinis externæ & euidẽtes nominãtur, initium ducemus,deinceps ad reliquas progreſſuri.

Gal.libell.de optim.ſecta.

Procatarctice cephalalgiæ cauſæ

Externæ capitis doloris cauſæ ſunt , Solis ardor qui calfaciendo,animalem ſpiritum agitando , turbando & confundendo capiti negotium faceſſit, frigus ambiens, condenſante & adſtringente vi fuliginoſa recrementa (præſertim ſi oppleta per Auſtrinos imbres capita exceperit)arctiſſimè retinens, necnon caloré naturalem intrò penitiſſimè cogẽdo calfactionem,incenſionémque ſpirituum inducens, ebrietas ex vino natura calido,vaporoſo,mero,largo,vitioſus victus,ictus, caſus , atque alia vnitatem ſoluere natã:de quibus fuſiùs Hollerius ex Galeno cap.9.lib.3.de Loc.malè affect.& capitibus 1.2.& 3. libr.2.de compoſ.medicam. καὶ τόπος.

Hippocra. aph.5.lib.3.

Calidæ intẽperiei ſimplicis ſæpiùs ex Solis æſtu contractæ(quam ex capite & fronte ad tactum calidioribus,oculorum ariditate, ſqualore & rubore, promptóq; ex frigidis iuuamine dignoſces) refrigerantia & humectantia , cùm aſſumenda,tum admouenda, inſtitui debent.Aſſumenda ſunt,alimẽta & medicamenta. Alimenta,cremor ptiſanæ , aquæ

Cephalalgia ab intẽperie calida ſimplici, curatio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 56 sur 805

potus, iuscula conuenientibus oleribus temperata elixæ pullorum carnes aranciorũ aut limonũ succo cõdîtæ. Reliquæ etiã res nõ naturales vulgò dictæ quas liceat cum Galeno ad victus rationẽ referre ad refrigerationẽ & humectationẽ sint comparatæ Medicamenta, syrup. acetos. simplex, violac. oxysacchar, & similes quibus cum tripla aqua cocta dissolutis ad caloris remissionem vti conueniet. Ex his zulapia concinnantur hac forma.

Gal. in sent. 9 sect. 3. li. 3. Epidem.

℞. syrup. acetos. simpl. & violac. ana ʒ. 1. ß. dissol. in aquæ hordei. quart. 3. f. zulapium in treis doseis : condiatur paucis cinam. aut santal. citrino.

Sunt & admouenda refrigerantia, fronti, tẽporibus, sincipiti anteriori capitis parti, quà medicamẽtorũ vires à pilorum radicibus ad cõmissurã coronalẽ pertingentes facilè caput internum subeũt. Vt.

Id in se ipso expertũ Gal. profitetur ca. 21. libri 13. Meth.

℞. olei ros. vel omphacini ʒ. 2. aq. ros. nympheæ (adduntur aquæ maioris metu calfactionis ab oleis, quæ celeriter incalescunt) aceti albi ana ʒ. ß. Ex his mistis oxyrhodinum paratur ad litum frontis, temporum, sincipitis.

Vulgò linteola in oxyrhodino ex ol. rosac. ℥. 3. & aceti ʒ. 1. cõposito immersa iisdẽ partibus adhibentur: quæ subinde imbuta sæpe & sæpe renouantur. His oleis si ceræ parũ in aceto lotæ, aut cerati refrigerãtis Galeni immiscueris, in vsum eundẽ vnguẽtum habebis. Cui rursus si rosas, papaueris albi capita, aut similia puluerata adiunxeris, maiore apposita quantitate ceræ, ceratum compinges : quod, si videbitur, duas inter syndones, telásve raras positum fronti applicabis.

Talia refrigerantia postico capiti, à quo spinalis medullæ principiũ, vnde numerosæ prodeunt neruorum in reliquum corpus disseminatorũ propagi-

Cautiones obseruandæ.

es, ne vnquam admoueris: nam sunt inimicissima. Hæc dum fiunt, expedita sit aluus, ne si adstrictior, caput (cuius calor instar cucurbitulæ trahit) elatis hinc fumis perennis doloris necessariam consecutionem allaturis repleatur. Si corpus plethoricum & cacochymum cephalalgia istiusmodi nacta fuerit, proderit vacuare, ne huic diaria, synochus impuris, aut putris, vel alia è febribus succedat.

His præsidiis si non cesserit dolor, metúsque sit ob fluxum humorum in oculos (nam nec diu hæc persistit intemperies non accessito materiæ affluxu) ægri visum læsum iri, arteriæ, quæ per tempora reperiuntur, opportunè, suasore Galeno, à perito Chirurgo pertundentur, vt ex his sanguinis quantum satis sit, fundatur. At vt rarò venæ in capite eligi solent, sic rariùs multò arteriæ, quòd hæ diuisæ ægriùs conglutinentur. De dolore capitis à reliquis causis procatarcticis dicetur exercitat. 3. & 4. *Gal. sub fin. li. 13. Meth.*

Sequitur vt cephalalgias à causis internis cum adiuncta materia, sanguine, bile, pituita, melancholico humore, excutiamus: & primùm eam, quæ est à sanguine quatuor humores cõplexo, aut sanguine syncero plethoram capitis solius, aut etiam corporis totius faciente. *Sanguineæ cephalalgiæ causæ & signa.*

Sanguineæ cephalalgiæ causæ sunt, omnia sanguinem cumulantia. Signa, grauitas & tensio capitis, faciei rubor, calor, ægri natura, ætas, anteactæ vitæ ratio, anni tempus, regio, locus, pulsus magnitudo, vrina rubicundior, crassior, longior somnus.

Eadem ferè victus ratione, qua nuda intemperies calida, oppugnatur, vitatis maximè polychymis cibis: quia, vt cætera conferant remedia, subtra- *Sang. cephal. Curatio.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 58 sur 805

hendæ morbifici humoris generationi incumbendum. Vino igitur omnino interdicendum. Nam præterquam quod vaporosum est & καρηβαρικὸν, citissimè distribuitur, in affectam partem succos transuehens. Si tamen eius vsum consuetudo, virium imbecillitas, aut morbi paruitas admiserit, oligophorum, assentiente etiam Galeno, imperabitur, à cuius potu frigida hauriatur, quæ vini vaporibus reprimendis sit satis. Mox de vacuatione & alteratione cogitandum. Vacuatio, præmisso clystêre blando, aut cathartico, perficitur sanguinis missione ex cephalica è directo, nisi vel plethora consilium immutet, & axillarem secandam indicet: vel solennis alicuius vacuationis, vt mensium & hæmorrhoïdum, suppressio venam ad malleolum positam pertundere iubeat: vel præpingui in corpore humeralis non apparentis loco mediana secetur: vel denique aluus satis sit fluida. Si vires, ætas, tempus, phlebotomen dehortentur, cucurbitulæ cum scarificatu scapulis & ceruici affigendæ: quæ etiam aliis post vniuersalem vacuationem, malo præsertim anteriora capitis infestante, vsui esse poterunt.

Gal. sub fin. libell. de euchym. & cacochym.

Eadem hîc alterantia, quæ in calida intemperie simplici, sunt vsurpanda: hac tamen cautione adhibita, vt si febris affuerit, iis abstineamus in statu & declinatione, quæ impensiùs refrigerando intercipiant perspirationem illis temporibus apprimè necessariam.

Biliosæ cephalalg. causæ & signa.

Biliosæ cephalalgiæ interna causa est bilis, quam inedia, ira, labor, vigiliæ, alimenta calida & sicca congesserint. Signa, dolor acer, pungens & ero-

dens,grauitate paruus,ingẽs capitis ardor, os amaricãs,flauitie pallẽs facies,& velox pulſus,inſomnia.

Victus non ita tenuis,vt in ſanguinea,præſcribendus,maximè ſi æger ſit natura bilioſus. Naturis enim bilioſis inimiciſſima inedia. Qualitate ſit frigidus & humidus,vt in ſuperioribus. *Curatio cephal. bilioſ.*

Mox antedens cauſa reuellatur clyſtere refrigerante,in quo cholagoga ſint diſſoluta. Vt.

℞. malu. violariæ,lactuc. end.ana M.1. ſemin.cucurb. melon. portul.ana ʒ.2.flor. nympheæ M.ß. hord. p.2.fiat decoct.ad ℔.1.In colatura diſſol caſſ.ʒ.1.vel caſſ.& cathol. ana ʒ.ß. ſacchar.& mell. viol.an.ʒ.1.ol.violacei ʒ.2.ol. nenuphar. ʒ.1.f.clyſter.

Vel potionem lenem,aut etiam paulò valentiorem imperaſſe proderit, præſertim ſi bilis turgens, & velut furioſa vrgeat. Qualis hæc.

℞.rad. oxalid. gran polypod.quern.ana ʒ.3.lactuc.nouell. cichor.totius, ſummitat.lupuli, endiu. ana M.ß. tamarind. prun.damaſc.ana ʒ.1. ſemin. melon. aniſi.ana ʒ.2.flor.violar. recent p.2.f.decoct.ad doſim.In qua infunde rhei elect. ʒ. 2. cinam.ʒ.ß. In expreſſ.diſſol. ſyrup. laxatiui roſ. pallid.ʒ.1. vel diaprun.ſolut.vel electar.de ſucco roſ.ʒ.2.& ſyrup.de cichor. ſimpl.ʒ.1.f.doſis.

Pauperibus ſolum diaprunum ſolutiuum ad ʒ.ß. vel ʒ.3.datur in aqua cichorij, vel endiuiæ diſſolutum. Bilioſus ſuccus ſi multus ſit in vaſis,nec dolor à purgatione miteſcat,ſanguis adimendus, qui refrigerationẽ inducendo doloris ſedationem ferat. Parcè tamen detrahitur, quòd eo vacuato laxatis veluti habenis bilis incandeſcat ac efferueat. Itaque ad diffflationem potiùs & refrigerationẽ, quàm ad euacuationẽ,bilioſis in affectibus mittitur ſanguis. Plus enim cõmodi ex refrigerato corpore percipi-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 60 sur 805

tur,quàm incommodi ex ſanguinis vacuatione.

Interim topica etiam ab initio non ſunt omittenda, quæ & valenter & affectus magnitudini conuenienter, reprimant, facto tamen à mitioribus ad vehementiora progreſſu. Vt.

℥. olei roſ. vel nenuph. ʒ. 2. aqu. plantag. viol. acer. alb. ana ʒ. ß. miſce pro litu frontis & temporum. Vel ℥. ol. roſ. & nenuph. an. ʒ. ß. aqu. ſolã. ʒ. 1. populei, vel cerat. refrig. Galen. ʒ. ß. vel vtriúſque ʒ. 2. aceti tantillum, f. vt ſuprà.

Iſthæc remedia ſi intolerabilis eludat dolor, ad narcotica veniendum, ſed quę neque ita ſint valentia, nec diu hærere permittenda ſint.

Quòd ſi iteranda purgatio videatur, ed omanda imprimis bilis, vt trahẽti faciliùs cedat, medicamẽto. Id præſtabunt zulapia è ſyrupis & aquis conuenientibus inſtituta: vel apozemata ex decocto ſuperioris doſis: in quo ſyru. viol. de cicho. ſimpl. vel ſimiles ſint diſſoluti. Doſis eadem purgando erit.

Ferè fit vt vigiliæ torqueant. Tum conferet frigida odorari. Vt.

℥. ol. viol. & nenuph. ana ʒ. ß. aqu. roſ. ſucc. portul. depurati ana ʒ ʒ. miſce. Pars trahatur per nares. Vel ℥. caphuræ. grang. 8. aut ϑ. ß. diſſol. in aqua. roſ. quam æger odoretur ſæpe. Vel ℥. flor. viol. roſ. rub. nenuph. ana ʒ. 2. caphur. ϑ. 1. cum gummi tragacanth. in aqu. roſ. diſſoluto f. pom. odoriferũ. Vel hæc potio hypnotica exhibeatur ℥. ſyrup. nenuph. & papauerini ana ʒ. 6. cum aq. decoct. lact. & portul. f. potio danda dormituro.

Materia bilioſa quia facilè ob leuitatem, raritatem & tenuitatem exhalat, vix vllas ſui reliquias in capite ſuperſtites facit, quæ diaphoreticis egeant.

Pituitosæ cephalalg. interna causa est pituita: externa, victus frigidus & humidus, deses vita, somnus multus, curarum vacuitas, satietas assidua. Signa, grauans & tensiuus dolor cum totius corporis grauitate coniunctus, magna in somnū propensio, pigritia, albicans facies & œdematosa, frigentia tempora, oculi, nares, os humētia, nulla sitis, pulsus paruus, pituitosum temperamētum, ætas, anni tempus, cæli constitutio, &c. *Pituitos. cephal. caus. & sign.*

Victus sit calefaciens, tenuans & siccans, quo leuantur omnia corpora, quæ frigidis scatent, lentis & crassis humoribus. Potus sit vinū, non generosum quidem (nam vaporosum) sed medium. Secundum guaiaci decoctū, aliquot aromatibus cōdītū nonnulli vino putāt præferendum: alij hydromeli simplex vel ī quo thymū, pulegiū, saluia incocta sit. *Curatio cephal pituito. Gal. cap. 1. lib. de atten. vict. ratione.*

Purgatio à catapotiis lenioribus incipiat, quæ & repurgent ventriculum, & aliqua materiæ parte caput exonerent.

℞. massæ interioris pil. ex hiera simplici & pil assaieret an. ℈. 2. excipiantur syr. è stœchad. fingantur pilulæ molles. Vel ℞. cathol. & diaphœn. an. ʒ. ß. oxymelit. simp. ʒ. ß. cum aq. absynth. & beton. vel salu. f. potus.

Hîc rarò sanguis mittitur. Si quid tamen phlebotomem suadeat, ea temperanda erit, parciore ducto sanguine, ne frigidus affectus ingraueſcat. Dein pituita, quia tenax & cōtumax, vti ferè crassa, lenta, & expulsioni minimè est apparata, incîdi, tenuari & tergeri vult. Id consequeris zulapiorum, aut apozematum vsu. *Gal. partic. 10. ca. 1 lib. 2. de compos. pharm. κατὰ τόπους.*

℞. syr. è stœchade, oxymelitis simpl. vel syr. capill. vener. an. ʒ. 1. aquar. salu. & beton. an. ʒ. 2. vel 3. f. zulap. pro dosib. 2. manè & vesperi sumendis.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 62 sur 805

Vel apozema tale paretur. ℞.radic.quinq.aperit.ana ʒ.1. radic.ireos acor.an.ʒ.2.cartha. ʒ.6.fol.hiſſop.maiora. beton. calamenth.origan.capill.ven. borrag. & bugloſ.an. M. ß. ſemin.aniſ.fœnic. card.glycyrrh.raſ.an. ʒ.2.flor.anth.ſtœchad. viol.ſalu.an.p.1.fiat decoctio ad ℔.1. In colatura diſſol.ſyru. de bizãtiis & de quinq.radic.an.ʒ.2.vel ſyr. de hyſſop.& oxymelit.ſimpl.tantundem, f.apozem.clar.conditum cinam. aut nuc.moſch.ʒ.1.pro doſib.4.

Si febris fuerit,radice fœnic.gram.& oxalid.contentus eris, omiſſis calidioribus, & calidas herbas cum contrariis bene temperatis vſurpabis. Si purgans eſſe volueris ſuperius apozema, addes in fine decoctionis agaricum, ſennam, & id genus purgation. Vel poſt præparatos tantùm ab apozemate humores hæc potio imperatur.

℞. agar. recèns troch.ϑ.4.vel ʒ.1.fol.ſennæ mundat.ʒ.2. infundantur in hydromelite, vel in doſi prædicti apoz.addit. zinziber.gr.ʒ.In expreſſ.diſſol.diacart. ʒ.2. ſyr.laxat.roſ.pall. ʒ.ß.f.potio.

Robuſtioribus ægris pilulæ valentiores cum ſyru. aut aquis,in quibus nonnihil turpethi ſit maceratũ emollitæ, præſcribuntur. Poſt vniuerſalem purgationẽ ſequitur particularis,quæ errhinis,apophlegmatis,litubus,ſacculis,embrochis, cucuphis, affixis cucurbitulis perficitur, quæ omnia ſunt fuſiſſimè ab Hollerio tradita.

Melanchol. cephal.ſign. & curatio.

Melãcholica cephalalgia his proditur ſignis,plũbeo liuore,frigore modico, graui,obtuſo, perſeuerante dolore,ſomno leui, depreſſo pulſu ægri temperamento melancholico. Vitæ modus idem ferè, qui in pituitoſa.Purgantia accõmodata melancholico ſucco hûc referẽda, catholic. confect. hamech, pil.de fumaria. Eodem pertinebunt apozemata bilem atrã præparantia,& alia eiuſmodi,ex aliorũ af-

fectuum melancholicorum curatione petenda. Si consortij seu sympatheiæ lege caput afficiatur, vt cùm à toto corpore, aut aliqua parte vitium manat, quod ipsi capiti sit commune, primario affectui primùm, dein capiti consuletur.

De 1 diuturnis capitis doloribus. Cap. 2.

IN diuturnis capitis doloribus intemperies causa est, vel solutio continui. Intemperies, vt dictum est, sine materia, quæ vbi firmata est, ægerrimè curatur: vel cum materia. Atque hæc ferè frigidus 2 vapor & flatus, vel materia crassa est & frigida. Flatus aliquando ex inopia caloris & materia alimenti: aliquando alimenti vitio: nonnunquam vitio pituitæ crassæ & viscidæ, quæ membranis inhæresçit, vnde vehemens 3 distentio membranarum, vt inde futuræ relaxentur. Atque hic sensus primùm frigoris, quanquam aliquando agitatione materiæ & putredine calor succendatur, vbi iam febris, & aliquando inflammatio succedit. Sed sine his, quasi maleolis obtusis, acutis, feriantur, dolent. 4 Rariùs arteriarum vitio & bilis permixtæ flatibus, aut aliis de causis. Ex signis iam dictis, antecedente vitâ, temperamento cùm totius corporis, tum præcipuè capitis: deinde etiam viscerum & aliis de causis requirendum.

Iam diuturno & contumaci morbo, postquam solennia remedia fuerint celebrata, caput tondatur, aut radatur ad cutem: tùm fortioribus vtemur remediis, quale est oleum de castoreo, & euphorbio, quod confici oportet ex ℔. 1. olei de keiri, & ℥. ß. euphorbij, vel castorei, quale hoc est.

1 *De cephalæa vulgò dicta, quæ est cephalalgia cõtumax, & diuturna, cũ maximis conjuncta paroxismis, leui de causa obortis.*

2 *Crassus, qui exitum non habet.*

3 *Quod est symptoma flatus.*

4 *Quod deprehenditur ex colore, habitu & actionibus principib. natural. & vital.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 64 sur 805

℞.olei de keiri ℔.ß.ceræ ʒ.1.ß.liquefiant in vaſe duplici, deinde inſperge euphorbij drach. 2. plus minúſue.

5 *Humor è capite maſticatorius nō eſt euocándus in, qui ſunt angusto pectore & tabi obnoxij.*

Oppugnandus quoque morbus eſt 5 maſticatoriis, apophlegmatiſmis, caputpurgiis, errhinis, pomis odoratis, ſaculis, vel cucuphis.

Maſticatoria.

℞.maſtichis ʒ.2. piperis ʒ.1. radicis capparis ʒ.ß. cum aceto ſcyllitico formẽtur tres pilulæ, teneat in ore & mandat. Idem facit illud.

℞. ſtaphyſagriæ pulueriſatæ, condiſi ana drach. 2. excipiantur melle, fiant trochiſci, teneantur in ore. Aliud.

℞. pyrethri, ſtaphyſagriæ ana ϑ.2. liquiritiæ ϑ.1. maſtichis ʒ.1. fiant pilulæ.

Apophlegmatiſmi.

℞. ſinapi ʒ. ß. hyſſopi P.2. fiat decoctio in vino rubro cum modico melle, fiat gargariſmus.

Errhina.

6 *Albo.*
7 *Fiunt hi trochiſci ex ligno aloes, ambra & moſcho.*

Errhinum caputpurgium fit ex ſucco, vel aqua maioranæ, betæ, anagallidis, cucumeris agreſtis, adiecto pipere, caſtoreo, euphorbio, elaterio, 6 helleboro, condiſo, gallia 7 moſchata, pyrethro, pane porcino, ſinapi, moſcho. Succi itaque tepidi & excepti volâ manus naribus attrahantur: pulueres inſufflentur in nares, aut alicui oleo commixti illinuntur, vt oleo de coſto, de ſpica, irino, & ſimili. Delicatis additur modicum moſchi, aut ambræ, quale hoc eſt.

℞. olei de ſpica vnc. 1. elaterij drach. 1. in diuitibus adde moſch. gr. 2. illinantur nares interiores.

Aliud.

℔. ſucci maioranæ vnc. 2. ſucci betæ ℥. 1. aceti ſcyllitici vnc. ß. miſce, fiat erhinum, attrahat tepidum naribus. Vel.

℔. piperis, caſtorei ana ϑ. 1. hellebori, galliæ moſchatæ ana ϑ. ß. fiat puluis. Modicum inſuffletur in nares.

Pomum odoratum.

℔. Cinamomi, caryophyllorum, nucis moſchatæ, ligni aloës, pulu. maioranæ, ana ʒ. 2. galliæ moſchatæ ʒ. 1. moſchi, ambræ ana gr. 2. fiat puluis omnium: deinde cum ladano & maſtiche agitatis in mortario cum modico oleo de ſpica, de coſto, de ben, fiat pomum.

Cucupha.

℔. ſem. cumini, & fœn. baccarum lauri ana ʒ. 2. nucis moſchatæ, cinamomi, caryoph. ana ʒ. 1. galliæ moſchatæ, maſtichis, ſandarachæ ana ϑ. 2. Fiat puluis omnium pro 8 Cucupha facta cum raſura ſcarlatæ. Extrema remedia ſunt raſo capillo Sinapiſmi, Dropaces, Phœnigmi, Cauteria, & Paracenteſis, Seton, vitatis neruis. Sed de his alio loco.

Curatio 9 *ſodæ per* 10 *communitatem.*

℔. aloës optimæ ʒ. 1. cina. xylobalſami, aſari, ſpicæ nardi, maſtichis ana gr. 6. croci gr. 4. fiat puluis, detur cum ℥. 3. aut 4. aquæ, aut ſeri lactis.

Proportio aloës eſt centum ad ſex. In delicatioribus verò loco aloës, debemus imperare ϑ. 4. Rhabarbari.

Si ſit à reliquiis luis venereæ decoctum guaiaci, & accommodata topica vſurpabuntur ſecundum rationem. Materia vbi pertinax, emplaſtris mercu

8 *Præſtat ſine cucupha puluere capiti inſpergere.* 9 *diuturni capitis doloris.* 10 *per vteri, ventriculi, hepatis ſympathiam: vel etiam à toto corpore reliquo, ſuppreſſis aliquando hæmorrhoidibus menſib. in mulieribus, aut alia vacuatione, vt ſtercoris, ſanguinis è naribus, &c.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 66 sur 805

rialibus & vnguentis locus erit.

A carie ſubiecti oſſis, vel abſceſſu dolor certo loco deſignatur, cutis ab oſſe tandem diſcedit. Cutem in crucem incidito: materiam vacuato: os radito: inurito. Maior eſt læſio, cum ſecunda in lamina vitium deliteſcit, vel oſſe interiore: vbi tantùm exciſione oſſis eſt opus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Maſticatoria] Pituitam purgant ex attrahentibus parata, vt pyrethro, ſtaphyſagria, cubebis, &c. Digerunt ex reſiccantibus magis, quàm calfacientibus, vt maſtiche, nuce moſchata, &c. Modus vtendi eſt, vt ſacculis reponantur, aut excipiantur ficubus, cera alba, aut vino incocta contineantur ore, aut per ſe ſumantur. Nocent, ſi fuerint vlcera in ore, vel faucibus, vel pulmones oportuni vlceri, phlegmoni, fluxioni. Tunc errhina commodiora, quæ materiam deducant ad nares. Nam etiamſi humor illectus è capite, vel mungendo, vel expuendo repurgetur, fit tamen humori conſuetum iter, & noctu inter dormiendum ad partes infirmas delabitur. Tempus vtendi matutinum, & ante cibum.

Maſticatoriis vtendi modus.

Maſticatoria quibus infeſta ſint.

Maſticatoriis vtendi tempus.

Errhina] Sicca ex acri materia fiunt, elaterio, pipere, ſinapi, helleboro, melanthio, cyclamino, maiorana ſicca pyrethro, hyſſopo, thymo, ſatureïa, anagallide, & ſimilibus. Liquida ex iiſdem exſiccatis, vel liquore mixtis, ſucco betæ, foliorum hederæ, quibus & arida permiſcentur. Sicca inſufflantur corniculo, vel fiſtula, vel inſpirando trahuntur, vel excepta oleo illinuntur, vel ex aceto, aqua maioranæ, hyſſopi, aquâ vitæ inuoluta linteolo raro in formã noduli admouẽtur naribus. Liquida attrahuntur repidè. Efficaciſſima ſunt, addito ſcãmonio, & farina excepta, vt adhæreant. Poſt horum vſum, ſi mordicatio percipiatur, lac muliebre in nares iniiciẽdum, vel oleum violatum. Tempus vtendi matutinum, longè à cibo: à balneo, vel aliter laxata cute. Ab imbecillioribus paulatim tranſeundum ad fortiora, vt euphorbium, elaterium, lacte, mucaginibus, butyro priùs temperata. Nocent oculis imbecillioribus, & iam

Errhina ex quibus componantur.

laborantibus, atque vbi naſus oportunus eſt vlceribus, vt aliquando in lue venerea. Tum ſatius gargariſmatis vti, quæ ab oculis diuertunt. Sternutatoria nocent in defluxione ad pulmones: iuuant, quibus caput vaporibus repletum eſt, & quib. iam tenuata, inciſa, & incocta eſt materia. Adhæc caput anterius per nares, medium per choanam & palatum, poſterius per nucham, neruos, & venas magis purgatur.

Cucupha] Puluis capiti inſperſus commodior. Excutitur, & nouus manè reponitur. Cucuphæ ſemper eædem adhibitæ, & ſudore ac pinguedine imbutæ, ſæpiùs nocent. Sunt tamen loco pilei. In dolore pertinaci fotus, emplaſtra, ſinapiſmus, ſaliuatio cũ mercurio, venæ particulares ſectæ, cauteria, vel emplaſtra, quæ metallica recipiant acria, & exulcerent, mixtis tamen deterſoriis, ne nimiùm poros obſtruãt, cõuenient. Et hęc quidem magis, vbi proprium eſt capitis vitium, & primarium.

ANTO. VALETII EXERCIT. II.

CEphalæa, ſeu contumax & perſeuerans capitis dolor, cauſis & ſignis à cephalalgia non differt, ſed ſola magnitudine cauſæ. Si tamen ſpiritum φυσώδη (flatuoſum vulgò vocant) cauſam habeat, ſplendente faciei tumore, turgido dolore, aurium tinnitu, vertigine, volatu in ſomnio, magis internoſcitur.

Idem remediis profligatur, quibus cephalalgia pituitoſa, niſi quod valentiora requirit, vt eſt ferè craſſa magis ac viſcida materia. Prima purgatio erit huiuſmodi. *Cephalæa curatio.*

℞. maſſ. inter. pil. de agar. ʒ. ß. maſſæ pil. aurear. & cocciar. ana ℈. 1. emolliantur ſimul cum ſyr. de ſtœchad. f. pilul. molles. cap. noctu à primo ſomno.

Mox conuenienti apozemate præparanda materia, quale paulò antè deſcriptum eſt. Nonnulli apozematum loco decoctum guaiaci, aut ſalſæ parillæ vſurpant ad ſudorum prouocationem. Vt.

℞. salſ. parill. ʒ.2.ß. macerentur in aqu. fontan. ℔. 8. per 12. horas ſuper cineres calid. Bulliant poſtmodum vſque ad tertiæ partis conſumptionem in vaſe terreo, plumbato, & benè cooperculato. Fiat colatura, qua vtatur ſingulis matutinis hora quinta. Doſis ſit ʒ.6. Alij in ℔.12. aqu. macerant ſalſ. parill. ʒ.4. vel 6.

Efficacius decoctũ habebis ex interioris guaiaci ℔. ß. & corticis eiuſdem ʒ. 2. ex arte maceratis & coctis. Vſus erit per dies 8. 9. 15. pro conſulti medici arbitrio. Magma ſuperioris decocti, cui addita ſit ſalſæ parill. ʒ.1. coquitur in ℔.12. aquæ, vt potui detur, vini loco. Et quia ſubinde purgandum, poterit hæc pilularum maſſa concinnari, de qua alternis dieb. ʒ.1. aut ϑ.4. capiat.

℞. maſſæ inter. pilul. ſine quib. & cocciat. ana ϑ.4. agaric. recens trochiſc. rhei elect. pul. an. ϑ.2. aquæ infuſionis ϑ.1. turpethi in aqua beton. vel ſalu. infuſi cum gr. 6. zinziber. f. maſſa pil. cap. vt dictum eſt.

Erit quoque locus clyſteribus acrioribus, pituitam deorſum auertentibus. Qualis hic erit.

℞. malu. biſmal. parietar. mercur. an. M.1. fol. centaur. paru. ſalu. hyſſop. maioran. origan. ana M. ß. ſem. aniſ. fœnic. ana ʒ. 2. florum anth. aneth. chamæm. melil. ana p.1. f. decoct. in hydromelit. ad ℔.1. In colatur. diſſol. hieræ picr. benedict. laxat. ana ʒ.ß. vel ana ʒ.5. mellis anthoſ. ſacchar. rubr. ana ʒ.10. olei chamæm. & aneth. ana ʒ.1.ß. f. clyſter.

Interim toto curationis tempore nõ negligenda particularia, vt errhina, apophlegmata, &c.

℞. puluer. nigell. Rom. maceratæ in aceto fortiſſ. per 24. hor. ac exſiccatæ ʒ.3. ſucci maioran. cum pauc. vino alb. extract. ʒ.1. Pone in phial. pro caputpurgio indendo in nares quotidie manè.

Eôdem pertinebunt gargariſmata, ſternutamenta, ſuffitus, frictiones capitis cum linteo aſpero. Quod ſi neque his, neque illis præſidiis ceſſerit do-

lor, postremum erit remedium, cauterum ceruici, vel brachio ad musculum deltoïda vocatum, quà vena perreptat humeralis, affigere, quò commodè deriuari, ac retrahi materia possit.

1 *Aristotel. sectio. 3. problematum.*
2 *Hippocr. aphor. 5. li. 5.*

De dolore capitis ab ebrietate. CAP. 5.

EBrietas 1 grauissima adfert symptomata, eáque partim subitanea, partim longo tempore contracta, quale istud est annotatum 2 ab Hippocrate, Si quis ebrius repentè obmutuerit, &c. & quæ à Galeno annotata sunt cap. 5. lib. 5. de locis affectis, epilepsiæ, dementiæ, conuulsiones. Si dolor capitis solius à crapula hesterna, motus, & crudum vinum in stomacho restiterit, vomitus, aut malè vomentibus ieiunium, 3 ventriculi fotus, & illitus, qui concoquunt, remedio sunt. Vbi vacuus 4 venter est, & tamen 5 vaporibus dolor commouetur, non sine ratione vulgò persuasum, vini noxam vini potu elui, quia inde vapores crassi disperguntur eo modo, quo dolores oculorum inde ortos scripsit Hippocrates 6 meraca potione discuti. Somnus, inedia, quies optima: cibi euchymi, qui facilè coquantur, 5 gallorum testes in aqua hordei cocti, pulli columbarum, pisces saxatiles & molli carne. Si aquæ potus noxius, vtatur hydrorhosato cum vino granatorum, zulapio Alexandrino: malis & pyris adstringentibus in vapore coctis. In doloris incremento & vigore, quiescat: in declinatione vmbroso loco, si caleat, obambulet: aut calido, si frigeat. Ante cibum diutiùs & paulò celeriùs obambulandum: à cibo lentiùs & breuiùs, ídque duabus pòst, aut tribus horis. Ebrietati naturali quadam pro-

3 *Vt ex radice cyperi, acoro vero, caryophyl. absynth. mētha origan. sit sac. ulus ventriculo admouendus.*
4 *Vomitione & fotu.*
5 *Hi cùm exitum non habeant, distentione dolorem pariunt.*
6 *Sect. 6. li. 2. Epidem.*
5 *Gallorum testes nō sint veterū: sunt enim viroſi & effœti.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 70 sur 805

prietate repugnant amygdalæ amaræ, braſſica, cuius meminit Theophraſtus quarto de hiſtoria ſtirpium. In principio ſiquidem crudum vinum concoctum, vel reiectum fuerit, vtere iis quæ æſtum ſedant: in declinatione balneum, itémque litus ex oleis ſine calore multo digerentibus proderunt.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Galen. cõmẽ. in Aphor. 5. lib. 5. Aph.

κραιπάλη, Hippocrati dicitur hæc affectio, noſtris crapula, omnis nimirum noxa è vino contracta præſertim in cerebro, ἀπὸ τῦ καρήνου πάλλεσθαι. Nec mirùm grauiſſima ſymptomata vini immoderata potione induci. Cùm enim ſit temperaturâ calidum, ſubſtantiâ tenue, vel non admodum craſſa, vtroque ſurſum repit: tenuitate promptè omnia penetrat, & in ſubſtantiam neruorum ingreditur, ac vaporibus caput & cruditatibus replet: vnde vniuerſum corpus neceſſe eſt variè affici. Sed quomodo vini noxam eiuſdem potio perſanat? Nimirum quæ mala ſuæ ſubſtantiæ tenuis copia inuexit, eadem ſua qualitate tollit calefaciendo & exſiccando. Sin minus, periculoſa omnia ſubſequuntur.

Vini potio immoderata qui grauiſſima ſymptomata inducat.

ANTO. VALETII EXERCIT. III.

Cephalal. ab ebriet. curat. Paul. Ægin. ſub finem cap. 4. lib. 3.

EXcitatur à temulentia cephalalgia, vini generoſi & largiùs epoti vaporibus calidis caput opplentibus. Reſtinguitur inedia, ſomno multo, adſtringente, frigidóque cibo, qui vaporum aſcenſum coërceat. Initio confert aquæ tepentis hauſtu vomitum ciere, ſi vinum incoctum adhuc in ſtomacho fluctuet. Quod ſi etiam poſt concoctionem caput indoleſcat, refrigerantibus & repellentibus, vt oxyrhodino, vtendũ. Non ſemper tutum ad diſcutiendam ebrietatem vinum exhibere. Cerebrum enim ſi incaluerit, dolorem auget. Cornu ceruini raſura cum aqua pota naturali quadam & inexplicabili proprietate ebrietatem ſedat. Creditur & hic

pului-

puluiſculus ad eandem prohibendam, & ad ſiſtendam plurimum facere.

℔. coriand.præpar.gran.oxyacāth.ſem.braſſic.cidon plantag. ſpodij ana ʒ.2.Ex hoc pulu.dentur ʒ.2. cum ſucco adſtringente,vt limon.granat.aranc.

Fabuloſum eſt,quod medici veteres de polygono coronæ inſtar capiti imponendo protulerunt.

De dolore capitis à perfrictione. CAP. 4.

NOn concidit facies,ſed eſt 1 decolor, tardior mens & animæ 2 functiones, frigidis non iuuantur, ſed calidis. Calefaciunt oleum rutaceum, irinum, de ſpica,de terebinthina, coſtinum,quibus hyeme rigida, & vbi calore maiore opus eſt, ſtyracem calamitam, benzoinum, euphorbium aquam vitæ, mythridatium, 3 theriacam, & ſimilia permiſcemus. Affectu perſeuerante, raditur caput, aut detunditur, paulo craſſiora medicamenta,quàm in æſtu, adhibentur: ſed tonſis,& capillo pauco,aliquo tamen tectis,liquidiora. Ceratum de euphorbio,ex olei anethi ℥.10.tribus ceræ, vna euphorbij. 4 Sinapiſmus capitella,diachylum ireatū, & ſimilia conueniunt. Non eſt vtendum phlebotomia,cucurbitulis,remediis luis venereæ, vbi ſola intemperies eſt. Alimenta, vinum tenue,cibus calidus. 5 balneum,motus,loci calidi habitatio, odor ſuauis, calidus, 6 illitus narium,auris frictio.

1 *Namque ſunt propinqua & vicinque, itemque cõmunia, ea primùm & maximè affici ſolent. Hipp. de humor.*

2 *Naturales, animales.*

3 *Datur theriaca ad magnitudinem auellanæ, hora ſomni.*

4 *De his cap.5.lib.3.Inſtitut. Chir.*

5 *Cùm vniuerſale, tum particulare, idque ex cephalicis.*

6 *Hic oleo irino perfici poterit.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

De hoc dolore à frigore, lege Aurelianum primo Chron. Rarò huiuſmodi dolores ex ſola intemperie fiunt: & ſi fiant, breui materiam accumulant, præſertim in plenitudine laborantibus,& cacochymis.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 72 sur 805

ANTO. VALETII EXERCIT. IIII.

Cephalalg. à frigore curatio.

CApitis dolor à frigore ſuis cauſis & ſignis ſatis innoteſcit. Vini ſubtilis & oligophori potu, moderata corporis motione, & aliis calfacientibus, ac frictionibus ex linteis calentibus, iuuatur. Caput imprimis ſacculis foueatur.

℥.furfur. macr.℔.ß.milij quart 1.ſalis friat.ʒ.1.torrefiant omnia ſimul in ſartagine: fiant ſacculi duo interpuncti, vt decet, qui alternatim manè & ſerò capiti admoueantur. Efficaciores erunt additis cephalic. herbar. puluerib. ſeminibus calid. vt.℥.furf.macr.mil com.ſal.vt ſuprà: ſalu. maioran. ſicc. contuſ.ana M.ß.ſem.aniſ.fœnic.contuſ.aua ʒ.1.baccar. laur. iuniper.ana ß. omnia ſimul in ſartag. torrefiant: dein ex his duo, vt antè, ſacculi parentur Vel.℥. beton ſalu. roſmar. ana M.1.flor. anth.ſtœchad.chamæ meliloti, ſummittat.anet.ana P.1.f. ſacculus, qui bulliat in æquis aquæ & vini partibus. Expreſſus capiti admoueatur, ieiuno ventriculo.

Ab his ad litus pergendum. Parabuntur linimẽta ex oleis ab Authore præſcriptis, paucula cera addita. In quibus cauendum, ne ſit præceps ad vehementiora trãſitus. His omnibus tentatis ſi ſuperſtes fuerit dolor, certiſſimum dabit reſidis materiæ purgatione excludendæ argumentum

A ſiccitate ſola infrequens eſt capitis dolor: qui ſi accidat, vehemens animi contentio, inſignis aliqua vacuatio, immodica Venus, & ſimilia incuſanda ſunt. Ex depreſſo faciei charactere propalam explicatur. Humido victu, pleniore, qui deperditam ſubſtantiam inſtauret, ſomno liberiore, vita curis ſoluta percuratur. Si litu viſum fuerit opus, ex olei amygdal.dulc.axung.butyr.rec.æqu.partibus compingetur, quo frons & tempora illinentur.

Cæterùm ſi capitis dolor ab ictu ad cranium &

membranas pertigerit, curatio à chirurgia petetur.

De vertigine. CAP. 5.

Δῖνος Græcis, vertigo nobis, quum caput 1 circumagi videtur. Σκοτόδινος, cum etiam tenebræ 2 oculis offunduntur, aut ſpectra 3 rubentia, quæ denuntiant 4 Maniam: aut rubore ſaturata, quæ Epilepſiam, ex inordinato motu ſpirituum & flatuũ. Hæc omnia aliquãdo gignuntur in capite: aliquando ex 5 inferioribus partibus corporis huiuſmodi ſpiritus efferuntur. Quod iis ferè contingit, qui cruditates colligunt: quibus ſæpiùs hepar calidius eſt: quibus ex hepate in ventrem regurgitat 6 bilis: quibus præſertim arterioſum genus intemperatum eſt, plenũ feruido & ſpirituoſo 7 ſanguine. Itaq; Theophraſtus libello de vertigine ſpiritum & humorem capitis ouo comparat: quod cùm fuſum habeat humorem, non continuum, dum crudum eſt, non circumagitur: dum coctum, vertitur, vnito iam & continuo humore, & æqualiter fuſo. Vide Ariſtotelem probl. 4. ſect. 6. Si in capite primùm generatur malum, iiſdem remediis vtitor pro varietate materiæ, quæ in dolore capitis deſcripta ſunt. Si ab arteriis, arteriæ poſt aures incidantur. Sed cùm ſit duplex venarum genus & arteriarum, quæ caput aſcendunt, interiores maiores, exteriores minores, ſiquidem per has fit fluxio, externa remedia, arteriotomia, venarum inciſio &c. cõferunt: ſi per illas, non conferunt, vt ex cap. 8. libr. 3. locor. mal. affect. dictum eſt. Nam venæ exteriores, niſi rami ſint interiorum, non vacuant interiora. Si à cruditate, ea concoquatur, & temperantior vita inſtituatur. Si à

1 *Sin per idiopathiam cerebri, ſiue per ſympathiam.*
2 *Quod fit tranſlata ad neruũ opticũ materia.*
3 *Inflammatis ſpiritib⁹, ab æſtu, & incandeſcente ſanguine.*
4 *Modò nulla perturbationis criticæ excuſatio poſſit adferri. Tunc enim ad ſaluẽ hæmorrhagiam porrigunt.*
5 *Vt à pulmonibus & ventriculo: quæ tamen cardiogmo diſtinguuntur.*
6 *Quæ cardiogmum cõmittit, ex aph. 17. li. 4.*
7 *Cuius inordinatũ motum marmaryga ſequatur.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 74 sur 805

regurgitante bile,(*ſæpè enim tenebricoſa quædam bilis ex hepate & inteſtino in ventriculum regurgitat*) pilulæ hæ ſingulis hebdomadibus 8 deuorentur.

8 *Ad exhauriendum bilem ex vẽtriculo.*

9 *Simplicis.*

10 *Hyeme ad cruditatẽ.*

11 *Vt æſtate.*

12 *Vel ſacchar. in aqua roſacea diſſoluti:*

℞.hieræ 9 picræ,rhab. elect.agar. trochiſcati ana ʒ.ß.maſtichis,ſpicæ,ſantali citrini,roſ.rub.an. gr.7. cum ſyrupo roſ.fiant nouem pilulæ pro tribus doſibus,ſumendis horâ ante cibum. Aliis verò diebus. ℞.ſpecierum 10 aromatici roſati, 11 ſpecierum triaſantali ana ʒ.ß.12 ſacchari roſati quantum ſufficit, cum ſyrup.roſato fiat electarium. Reliqua facienda ſunt,vt diximus in dolore capitis,ſecundum materiæ diuerſitatem.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

δῖνος turbulenta eſt commotio ſpirituum craſſorum, aut flatuoſorum,aut ſolius ſpiritus cum multo vapore,in anterioribus cerebri ventriculis. σκοτόδινος duobus conſtat ſymptomatis,δίνῳ ſeu vertigine,& tenebroſa oculorum offuſione.Inde nomen Græcis compoſitum tenebricoſæ vertiginis à vapore caliginoſo.σκότωμα pro vtróque ſumitur,ſæpiùs pro vertigine.Ab vtróque differt Epilepſia, tum materia, quæ eſt humor vel vapor: tum ſymptomate, quia conuulſionem affert. Hypochyma longè alius affectus ab omnibus. Habet enim cauſam coniunctam in oculo, non in cerebro, nimirùm aquam vel fumum. Quicquid ergo turbulentos illos ſpiritus procreare, vel procreatos commouere poteſt, ſiue internum ſit,ſiue externum,vertiginis cauſa eſt.In capite primario affecto cauſæ ſunt humores repentè ac vehementer agitati, animi affectiones: omnis intemperies ſiue arteriarum, ſiue cerebri coctionem impediens,aut corrumpens:præſertim calida, humores extenuans, & in feruorem agens, aut multos vapores generãs:frigida,cruditatis parens,indéque multorum & craſſorum vaporum, vnde ſenum diuturnæ vertigines apud Hippocratem:meatuum quoque denſitas & obſtructio, vnde va-

Vertiginis primariæ cauſæ quæ ſint.

Gale.comm. in aph.31.lt.3

pores intercluduntur, & vt in fornace, per ventriculos circumaguntur: naturæ conatus in ſecernendis humoribus per criſim: tranſlata ad cerebrum materia poſt criſes imperfectas mittuntur autem ad cerebrum vapores è ventriculo per inediã, calore (alimenti inopiâ) humores noxios exagitante, acres incidente, calfaciente, & ventriculum prauis ſuccis replente: per cruditates, caloris natiui imbecillitate, qui vapores ſecernit, ſecretos diſſoluere nequit. Aliquando humor illic prauus aceruatur, vel genitus, vel aliunde accitus, vel cibus corruptus cõtinetur. Idem fit ab aliis viſceribus, hepate, liene, vtero, toto corpore, excfementis retentis, hæmorrhoidibus ſuppreſſis. Primario caput affici coniicimus, ſi ſenſus externi ſenſim læduntur, ſi in nulla parte inferiore vitium præceſſit. Ab impuro corpore, cerebro infirmo, ſi coctionis tempore, & cum à ſomno ſurgunt, vehementius vertuntur, ſi tenuis ſit vrina pauca, aluus dura, color cutis ſimilis humori. A ventriculo, ſi nauſea, deiecta appetentia, ſtomachi dolor, & ſimilia præceſſerint. Curatio perficitur ſublatis cauſis per contraria ſanguinis miſſione (ſi conueniat) è cephalica, vel mediana vel baſilica, ex arteriis poſt aures, cauterio. In vaporibus à materia calida primùm digerendo, deinde vacuando, poſtea adſtringendo, vapores prohibendo pulueribus, opiatis, ſimilibus: per topica diſcutiendo, roborando: ieiunos reficiendo optimis alimentis, & citò nutrientibus. Nocet capitis frictio niſi poſt purgationem, vel aliarum partium frictionem. In capite fiat panno ſicco: partibus inferioribus, calido.

Vertiginis per protopatheiã cerebri facta ſigna.

Vertiginis ex partium inferiorũ ſympathetia ſigna.

Spectra rubentia.] Hippocrati & Aureliano μαρμαρυγαὶ dicuntur λαμπηδόνες πυκναὶ πυρώδεις ſpectra rubra oculis obuerſantia, è quibus de humore peccante coniecturam facimus. Aliis ἀμαρυγαὶ ἢ μαρμαρίναι. Eſt autem facilis tranſitus vertiginis ad Epilepſiam, vnde & veteres paruam Epilepſiam vocauerunt.

Hipoc. ſent. 33 li. 3. Prog. Cæl Aurel. cap. 2. & 1. Chronicon.

ANTO. VALETII EXERCIT. V.

VErtigo duplex: ſimplex, & tenebricoſa: vtráq; maioris & minoris ratione diſtincta. Illa enim

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 76 sur 805

leuior:hæc grauior,quòd à cauſa ſit potentiore. Vtriúſque cauſæ & ſigna quibus inter ſe ſeiũgantur, fuſè repetita ſunt ab Hollerio ex Gal.cap. 38. libr. tert.de loc.mal.aff. comment ad Aphor. 17. libro tert.& ad ſent. 42. lib. quart. de vict. rat.in morbo acut.

Si primaria affectio, an ab intemperie cerebri calida,arterioſo genere intemperato,venis feruido & ſpumoſo ſanguine plenis, an ſit à frigida, conſiderandum.Si ab illa,reprimẽtium vſus, vt oxyrhodini,reuellentium,vt phlebotomiæ,& cucurbitularũ longinquis primùm partibus, maioris ergò reuulſionis,vt tibiis,dein interſcapulio affigendarum,indicatur.Veteres etiam arterias ſecuerunt,cum videlicet vapor exteriores per arterias aſcenderet. Ante admotas ceruici cucurbitulas aluus blando cathartico,aut enemate ſubducitur, ne vapor in caput ab his affixis concedat.

Interim ſumenda ſunt, quæ turbulentos ſiſtant ſpirituum motus,vt zulap.roſac.ſyr.granatorũ, de acetoſit.citri,cum aquis planrag.roſar. lactuc.& ſimil. In cauſa frigida purgatio ex catapotiis erit ex vſu,vt ex coccis & pilull. de agaric.æquis partibus miſtis,& cũ ſyrupo de ſtœchad.malaxatis.Hûc pertinebũt apophlegmatiſmata, & alia id genus particularia in cephalalgia pituitoſa commemorata.

Commendatur maximè hic puluis.℞.ſalu.ʒ.2. flor. lauendul. hyſſop. menth. ana ʒ. 1. cariophyll. nuc.moſchat. cinam.elect.zinziber. albi, granor. paradiſi, zedoariæ, galangæ ana ʒ. 1. calam.arom. ʒ.2. granor. iuniper. ʒ. 3. granor. pœon. ʒ. 1. fiat puluis, de quo detur. ʒ. 1. manè, & circa

ſomnum. Sunt qui vermem ſericum facientem exſiccant, in puluerem redigunt, vertici capitis vertigini & conuulſioni obnoxiis inſpergunt, cuius mirabiles effectus eſſe volunt. Hoc puluere Carol. Quint. Imperator frequentiſſimè vtebatur.

Si fiat per ventriculi conſenſum, purgabitur humor, qui os ventriculi lancinat, pilul. de hiera, aggregatiuis, & ſimilibus ſyrupo de abſynthio exceptis. Prohibebitur aditu ad cerebrum vapor aniſo condito, ex cochleari à paſtu dato, puluiſculis reprimentibus è coriandr. roſ. cinamomo.

Interea roborabitur ventriculus ſumptis tabellis diarhod. Abbat. aromatic. roſati.

Quod ſi bilis ab hepate in ventriculum confluat, medendum hepati diluto rhei in decocto hepatico vel aquis hepaticis, ſyrup. de cichor. de endiuia, tabellis diatraſantal. cerato ſantalino.

1 *Si modò phrenitis curationē poſſit recipere, ve nec repetè phrenitidis paroxyſmus ex diuturna generatione oboriatur: nec phreniticus ſit tremulus, aut etiam fanaticus, cū alui excremētis biliosæ tincturæ expertibus, & impedimento partiū, quarū officio vita carere nequit.*

De Phrenitide. CAP. 6.

PHreniticos ita 1 curabis. Viribus integris 2 ſanguinem detrahes è 3 cephalica (niſi plenitudo 4 adſit, alioqui enim oporteret 5 priùs ſecare iecorariam) anguſto 6 foramine, vt vulnus celeriùs coaleſcat. Quod etiam fideliter ligabis, aut 7 pice obduces, ne temeritate phrenitici diſſoluatur, & ita prorumpat ſanguis. Obſeruandum tempus, quo minùs furere videatur. Miniſtris quoq; opus eſt, qui phreniticum contineant: aliqui periculum, ne agitatione corporis vena phlebotomum eludat, aut amplior adigatur plaga, vel lo-

2 *Sine vllo infirmitatis metu.*

3 *Ad causæ coniunctæ remotionem, & antecedentis auersionem.*

4 *Vniuersi scilicet corporis, ad vasa.*

5 *Niſi etiam ſymptoma prohiberet.*

6 *Ne ampla fiat ſpirituum diſſipatio.* 7 *Vel linamento ex albè, albumine oui & pilis leporum confecto.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 78 sur 805

cus turpiter laceretur. Detrahatur pro viribus, vitato animi deliquio. Paulus in iis, qui nimiùm corpus agitant, venam in fronte, alij venam nasi, Diocles venam sub lingua diuidit. Nonnulli sanguisugas fronti, temporibus, naso, caluariæ infigunt. Sunt, qui auriculas scarificent. Sed hæc omnia non nisi progresso morbo & vacuato corpore tempestiua sunt.

De aëre, vbi collocentur, iam olim disputatum est. Antiqui ferè tales ægrotos in tenebris continebant, tum quia in luce spiritus agitati furorem exasperarent: tenebras quoque ad somnum & quietem conducere existimabant. Asclepiades phreniticos in lumine esse habendos dixit, quia tenebræ terreant, quia lucido loco sensus occupantur, atque interim mens quiescat. In tenebris verò quietis sensibus, mẽs altis cogitationibus & visis sese exagitat.

Et propterea idem dicebat nulla re magis phreniticos reuocari, quàm harmonia & Musica, vt constat ex Athenæo. Sed hoc ferè Græcis & Latinis placuit, vt qui luce 8 offenditur, habeatur in tenebris, aut mediocri luce collocetur: quem tenebræ lædunt, in luce collocato: qui vtroque pariter offenditur, mediocri luci habeatur. Et si vires valent, lucido magis: si infirmæ, magis tenebroso iuuatur. Hæc & alia plura apud Celsum & Aurelianum de morbis acutis.

8 *Spirituum dissipatione, & humoris biliosi orgasmo.*

Fuit & alia controuersia de tondendis, 9 aut radendis phreniticis. Asclepiades radi noluit, nec etiã tondi, quia videlicet raso capillo aut detõso copiosior materia in caput attollitur, vnde capilli fruticãt magis, & seges detonsa vberiùs prouenit. Itaque

9 *Ad arcendam materiã influẽtem & digerendã.*

cùm oporteat materiam è capite reuelli, non in caput attrahi, non erunt tondendi. Hoc verò reliquis omnibus Medicis placuit. Tondendi phrenitici (*ab initio*) radendi etiam, nisi prohibeat frigus, remissionis tempore, longiùs à cibo. Sic enim remedia commodiùs adhibentur, caput leuatur onere, & fumi faciliùs digeruntur. Missò sanguine moliusculis 10 clysteribus (*Cauendo à calidis, vt hiera, benedicta*) vtemur: interim etiam acriusculis, & maximè, si phlebotomia omissa est, qualis hic est.

℞. decoctionis furfurum ℔.3. In qua dissolue cathol.ʒ.6. sacch.rub. mellis ros. colati ana ʒ.1. ol. violati ʒ.3. salis cõmunis ʒ.2. Imperandæ etiam 11 purgationes leues (*& in pauca quantitate, ne calfaciant & agitent humores*) quales descriptæ sunt in dolore capitis ab humore bilioso, aut hæ.

℞. succi granatorum acidorũ & dulcium ana ʒ.1. ß. sacchari in aqua endiuiæ dissol.ʒ.6. fiat potus. vel

℞. succi ros. ʒ.2. sacchari similiter dissol.ʒ.6. leuiter ferueant in calidis cineribus. Opulentos adhibitis ministris continebis, aut etiam vinculis colligabis, vt pauperes. Vincula enim motum retinent, & materiam è capite reuellunt.

10 *Ad reuulsionem bilis. Talis autem clyster imperari poterit* ℞. *decoct. lact. plantag. nenuph. parietariæ, althææ* ℔.1. *In qua dissolue. cathol. ʒ.6. mell. ros. colati, sacch. alb. ana ʒ.1. olei viol. ʒ.3. sal. cõm. ʒ.2. fiat clyster.*

11 *Hæc purgatio aptè præscribetur* ℞. *fol. ends. scario. scab. acetos. flor. trium cardia ana p.1. tamarind. pass. mund. polyp. querni an. ʒ.3 sem. acetos. melon. cucur. an. ʒ.1. f. decoct. in qua infunde rhei elect. ʒ.1. santal. citr. ʒ.1.*

Topica.

Vitandus assiduus refrigerantium vsus, ne in Lethargum commutetur morbus: deinde quia constringunt poros, vnde fumi in capite retinentur. Licebit vti iis, quæ in capitis dolore calido descripta sunt. Primùm quidem repellentibus: deinde iis erit admiscendum aliquid chamæmelini olei.

In expres. dissol. cathol. vel cass ʒ.ß. syru. ros. pall. lax. ʒ.ß. fiat potio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 80 sur 805

Apij ſuccus, aut alius fortioris, vt calament. & origani, ad reſoluendum addi poterit, ſed non niſi declinante morbo. Licebit etiam vti in declinatione 12 oleo, in quo ſerpillum, & alia eiuſmodi coxerint, vt concilietur ſomnus. Hordeata parentur ex aqua decocti quatuor ſeminum frigidorum. Perfundatur caput & facies, abluantur pedes & manus, excipiatur quoque vapor hoc modo.

12 *Ad digerendum.*

℞. violarum, hordei excorticati, capitum papaueris albi, rad. 13 mandragoræ ana M. 1. fiat decoctio in aqua puriſſima. Vbi refrixerit facies ægri, inde abluantur pedes quoque & manus. Deinde ſpõgia immerſa in his, id eſt, in decocto, ſubinde naribus admoueatur.

13 *Maſculæ.*

Juſcula cum capite vno papaueris albi coquantur, multa lactuca alterentur, vel hoc nodulo.

℞. quatuor ſem. frigidorum maiorum, papauer. albi ana ʒ. ß. fiat nodulus, qui imponatur in iuſculis. Vtatur cichorio & lactuca elixis, & modico ſaccharo violato conſperſis.

Frontalia.

℞. ol. roſ. ʒ. 1. aceti ʒ. 2. populeonis (*ad ſomnum: ſed recens eſſe debet, quia antiquum calfacit*) ʒ. 2. miſce pro frontali. Oleum, in quo viua torpedo extincta ſit, ac deinde coxerit, in quo lactuca coxerit, folia aut capita papaueris recentis, oleum violatum, de nenuphare, de papauere, de mãdragora, de cucurbita.

Vel ℞. olei roſarum, nympheæ & papaueris alb. aceti, aq. ſtillatitiæ ſolan. & betonicæ ana ʒ. ß. miſta agitẽtur pro embrocha frontis & ſyncipit. Item ℞. vnguenti populei & roſacei aceto lotorũ ana 6. ʒ. ß

ſeminis papaueris alb. & pſylij contuſorũ, ceræ ana ℥.ß. malaxentur, & cõcorporentur in cerati formã, quod inductum linteo fronti circundetur. Aut.

℞. olei de mandrag. vel de aliquo alio ex ſuprà dictis ℥. 2. populeonis ℥.ß. aceti ʒ. 2. Agitentur & miſceantur pro frontali. Aliud fortius.

℞. 14 opij, croci ana ϑ.1. diſtemperentur in vini albi, & aquæ roſ. ana ʒ. 1. cum linteolo in eo madefacto fiat frontale.

14 *Succi papaueris nigri. Cæterùm hæc adhibentur, quũ ſymptomatum ſumma ſunt omnia.*

Chelidonij terreſtris manipuli 2. vel 3. coquuntur, lana vel ſtuppis excipiuntur, & raſo capiti, emplaſtri modo, vtiliter imponuntur. Ad id quoque facient odoratus rerum frigidarum. Nec deſunt, qui caphuram è collo ad cor ſuſpenſam commendent.

Conciliato ſomno, & experrecto ægro, facies abluatur decocto cham. aut anethi. Non vtendum ſomniferis, quæ intrò ſumuntur, niſi vires valeant: alioqui horum vſu languidus calor extinguitur.

Potio ad ſomnum.

℞. ſyrup. de nenuph. ſyrup. de papau. ana ʒ. 6. decocti lactuc. ß. 2. fiat potus, detur horâ ſomni. Alia.

℞. lactucarum P. 1. 15 dactylos N. 3. caput vnum papaueris albi: fiat decoctio ad ℥. 4. In quibus diſſo. ſyrup. 16 roſ. ℥. i. ß. miſce, detur horâ ſomni.

15 *Dactyli phrenitico non exhibendi, quòd vaporibus caput oppleãt.*

16 *De ſiccis vulgò dicti.*

Vel. ℞. lactuc. nouell. M. 1. florum violar. nenuph. ana p. 1. ſeminis papau. alb. ſem. melonum ana ʒ. 2. fiat decoct. pro vna doſi: in colat. diſſol. ſyrupi de papau. ℥. 1. vel eiuſdem ſyrupi, & diacodij ſine ſpeciebus ana ʒ. 6. vel ſyrup. roſ. ſicc. & de nenuphare ana tantundem, fiat zulapium clarum: condiatur pauculo ſantalo citrino, vel cinamom. craſſiùs conquaſſato.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 82 sur 805

℥.ros.violarum,absynthij an. ʒ.ß.opij gr.1.simul mixta leuiter bulliant,colentur cum ʒ.4.iusculi pulli,sorbeantur. Quinetiam quoniam phreniticis ab immodica illa vigilia certa impendet virium prostratio,commodum erit, aliis remediis non respondentibus,tandem hoc vnguentum præcipere, quod ad omnem ἀγρυπνίαν, seu ex febribus, melancholia, aut dolore obortam mirificè confert. ℥. succi mandragor. violar. seminis hyoscyam. capitum virid.papau.ana ʒ.12.cicutæ,solani,radic.lactuc. ceræ ana ʒ.6.mastich.ʒ.1.opij ʒ.2.omnes herbæ, semina, & radices oleo viol.vel communi diebus 12. infunde deinde ad prunas coque, donec herbæ coquantur. Posteà cola. Colatis tritum opium immisce. Postremò ceram & mastichem adiunge. Ad idem olea crocinum, hederaceum, mandragorinum, populneum plurimùm facient. Sic autem populneum parabitur.In vini ℔.4.olei,si vis.ros.℔.3.oculorum populi verè collectorum libræ tres diebus 7. macerentur: quotidie agitentur: leuibus prunis posteà coquantur ad vini consumptionem. Capitis dolores abigit efficaciter. Nimiùm sopitos his remediis ita excitabis.

℥. succi rad. fœnug.ʒ.2.ß.aceti albi, in quo nux moschata coxerit,ʒ.1.ß.cum spongia ex aqua hyssopi expressa, & rursus madefacta in suprà dicto succo, fiat errhinum, attrahatur naribus. In eundem vsum pulegium, aut hyssopus teritur, & ex aceto naribus admouetur. Porrò quæ adhuc in meningibus supereſt crassior, aut impactior materia, ea digerentibus est vacuanda. Vacuabitur partim sumptis,vt rheo,myrobalan. & catapotiis conuenienti-

bus: partim admotis capiti temperatè calidis, vt oleo roſaceo cum chamæmelino: fotu ex decocto maluæ betonicæ,fœnicul.alth.lini, fœnug floribus chamæm. aneth. anthos, ſambuc. cum ſpongia, vel cum linteo: vel eidem capiti applicitis, columbis, catulis,lapis,aut ſimilibus animalculis viuis per ſpinam ſectis,& exenteratis. Sed hæc nunquam niſi in fine vigoris & declinatione morbi tentanda ſunt, alioquin plus attraherent,quàm digererent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Mania & melancholia, deliria ſunt ſine febre:phrenitis & παραφροσύνη cum febre.Hæ duæ ſpecies diſtinguuntur continuitate. Nam παραφροσύνη ſymptoma eſt in ſtatu febrium ardentium,cum quibus incandeſcit,& remittitur. Phrenitis verò morbus eſt continuus, febrim & mentis perturbationem inducens. Hippocrati tamen interdum phrenitici dicuntur, quibuſcunque mens oblæſa eſt.Cauſſa duplex: vna à bile naturali,id eſt,tenuiore ſanguine ad cerebri meningas afiluente, & in illis inflammationem, vel etiam in cerebro, ob exitum è vaſis, anguſto loco coarctationem, & prohibitam tranſpirationem procreante, vel feruente duntaxat, vnde Hippocrati deliria ſecuriora cum riſu. Altera à bile non naturali, id eſt, acri & aduſta,quæ quò acrior eſt,& aduſta magis, eò ſæuiora & periculoſiora accidentia inuehit. Signa pathognomonica ſunt;febris,delirium,continuitas. Curatur primùm clyſmate molliente & alterante,ſi & per morbi ſæuitiam,& ægri moroſitatem liceat:ſectione cephalicæ, aut eius loco,cucurbitulis humeris & natibus cum ſcarificatione admotis, aut ſectione venæ ſub lingua,materia fluente:in ſtatu,venæ frontis: Topicis initio repellentibus, deinde admixtis paulatim reſoluentibus,purgatione bilis, potionibus cordi accommodatis in virium imbecillitate, ſed in bile aduſta humectantibus & melancholico humori propriis,aluo perpetuò humectata, vrinæ prouocatione (ſi retenta ſit) per admota non calfacientia.

Phrenitidis cauſſa duplex.

Hipp. apho. 53. li. 6. Aph.

Phrenitidis ſigna pathognomonica.

Cæterùm de venæ sectione in phrenitide non leuis est dubitatio. Etenim Asclepiades medicos eos trucidare affirmabat, qui phreniticis sanguinem detrahi imperarent, quòd phrenitis non nisi intenta & vigente febre prehendat: sanguis autem remissa febre mitti debeat. Et quidem rarò sanguinem mittimus, quia ferè priùs missus fuit, & iam viribus deiectis incidit phrenitis. Quòd si quando sanguis ducatur, animi deliquium vitandum.

Narcoticis tantèvtendũ.

Oleum de papauere, de mandragora.] His cum iudicio vtendum, ne cerebro naturâ frigido noxa inferatur, idque in minima dosi, & in principio, aut vigiliis. Temperari possunt mulieris lacte puellam lactantis, quod frigidiusculum est. Possumus quoque pannos succis intingere, vel aquis in hyeme, & admouere fronti: qui remouendi sunt, vbi incaluerint, & sæpiùs repetendi. Potest etiam è tritici farina sola cum succo & oleo violarum fieri cataplasma, & fronti non dormientium applicari.

Syrupi de papa.] His quoque non vtemur nisi coacti, & firmis viribus. Cùm enim frigidissimi sint, de caloris natiui extinctione periculum imminet. Ad virium robur & conseruationem addantur syrupus violatus, pulueres cordiales, vt de gemmis, diamargariton frigidum, aquæ buglossi, borraginis, & in bile adusta, puluerum loco, confectio alkermes in minima dosi pro imbecillitate virium, & extrà ventris fluxum.

Opii vsus quibus in naturis suspectus.

Opij.] Vsus opij in pueris, mulieribus, mollioribus, periculosus est: in robustioribus minùs: assuetis, vt quarundam regionum incolis, nullo modo, etiamsi per os sumatur. Gulielmus Rondeletius primariæ notæ medicus, & in Monpessulensi Schola Regius Professor retulit mihi vidisse se ab Hispano in summo æstu opij semunciam sine noxa deuoratam. In dolore capitis opium, non croco, qui molestiam & grauitatem inducit, sed nuce moschata, corrigi debet.

ANTO. VALETII EXERCIT. VI.

PHrenitis membranarum cerebrum obuelantiũ, atque adeò cerebri ipsius, inflammatio, vel ex-

quisita est, & cerebri, meningúmque eius propria, vel spuria, cerebro septo transuerso inflammato consentiente, & ex neruis, qui in ipsum sparguntur, vitium concipiente. In illa magna & rara est respiratio: in hac inæqualis, à contractione præcordiorũ & incendio magno. Vtriusque distinctiones, causæ & signa habentur cap. 3. libr. 5. de loc. malè affect. libro 2. de caus. sympt. comment. ad sent. 1. sect. 1. Prorrhet. 1. *Paul. Æg. cap. 6. libr. 3.*

Morbus hic, quia acutissimus, celerem petit curationem. Iniicitur clyster è decoct. remollient. additis seminib. frigidis: in quo sint dissolut. cathol. & diapr. an. ʒ. 3. mel. ros. & saccha. alb. an. ʒ. 1. butyri recentis (non enim tam citò, atque olea, inflammatur) ʒ. 3. vel ole. viola. & buty. rec. an. ʒ. 1. ß. *Phrenitidis curatio.*

Clystere reiecto, materiæ affluxus, qui tumori & inflammationi incrementum suggerit, reuellendus, aperta cephalica, vel, suadente Aetio, media, vt celeriùs subueniatur, angusto tamen facto foramine, metu nimiæ spirituum exolutionis, qui in hoc affectu præ sanguinis tenuitate facilè dissipantur.

Conuenient deinde repellentia, quæ suo occursu humorem propulsent, eiúsque feruorem cõtemperent: quanquam in statu, vbi meatuum reseratione, & humoris discussione maximè est opus, eorum vsus sit penitus abrogandus.

Purgationum etsi Græci authores non meminerint, fortasse quòd existimarint humores motos inflammationem augere: tamen cùm bilis ad furorem in phrenitide multũ faciat, & in magnis morbis nõ solùm sanguinis missione, verùm purgatione vti sit rectissimum, hîc purgante medicamento, *Gal. libr. 4. Meth.*

minùs tamẽ calido, medicari licebit, priuſquam ad ea quæ alterant, diſcutiunt, & vapores tranſpirare faciũt, veniatur. Sic itaque purgabis. ℥. expreſſion. ʒ.2.rhei elect.in decoct. ℥.ß.1.tamarindor. & cicho. infuſ.cũ ϑ.1.cinam. in qua diſſol.cathol.& ſyr. viol. an.ʒ.1.f.potio. Pauperibus ſemunciam diapr. ſolut. aut eiuſd.diap.& electarij de ſucco roſ.an. ʒ.2.in aqua hordei diſſolues, niſi calidiora hæc exhibere febris vehementia vetet.

Longiùs progreſſo affectu,& commoda erit deriuatio,& à parte laborante vacuatio. Alterum affixis cum ſcarificatu interſcapulio cucurbitulis: alterum ſectione rectæ in fronte venæ, ſtricto priùs, vt appareat, collo, conſequimur. Quod ſi conſiſtente morbo ſpes ſit alicuius criſim conſequuturæ vacuationis, nihil moliendum, ne naturæ motum interturbemus. Contrà verò ſi natura nihil tentando fatiſcat, aliqua oneris parte leuanda, clyſtere, vel cathartico exhibito.

Mox ad diſcutientia linimenta & fomenta progrediendum: quæ quamuis calida, materiam foras euocando refrigerant. Parabitur ex moderatè calidis, vt chamæm. melil. aneth. beton. ſtech. maioran. ſeminib. aniſ. fœn. & ſimilibus, decoctum, in quo immerſa ſpongia capiti applicanda. Litus ex ol. chamæm. liliac. aneth. Hûc referuntur exenterata, vt loquuntur, viua animalcula.

Prætereà quia in phrenitide ſuperat calidus humor, & proinde in ea affectione eſt ἀεικινησία eſt quoque & ἀναισθησία ob vitiatam cerebri temperaturam, occurrunt duo grauiſſima ſymptomata, ſomnus difficilis & vrinæ retentio, quæ opem medici

dici requirunt. Somnus conciliabitur hypnoticis potionib. ab Autore imperatis, vel hordeato cui semina refrigerant. pap. alb. lact. vel portulacæ sint addita. Subducetur vrina pubis & perinæi fotu, ex malua, bism. pariet. cham. & mel. in aqua & vino albo coctis.

De 1 Apoplexia. CAP. 7.

APoplecticum 2 ita curato. Hominem agitato, concutito, 3 fricato. Sæpe enim similes apoplecticis concidunt ex leui obstructione, quæ agitatione corporis discutitur. Ea obstructio à crassis vaporibus esse potest, vel quia pauca materia est, quæ obstruit. Similes quoque apoplecticis 4 sunt, qui apoplectici & cataleptici veriùs dicẽtur, ex plenitudine totius corporis, vel capitis, vnde viæ spiritales intercipiuntur. Quibus vena brachij interna quidem, si totius corporis plenitudo est, cephalica, si tantùm capitis, statim 5 aperienda est. Hoc enim remedium sæpè satis est. Eiusmodi historia est apud Aëtium, capite de catalepsi. Iuuenis quidam multi sanguinis derepẽtè mutus factus est. Tres dies integros ita iacuit: quarto die multo profluuio sanguinis è naribꝰ liberatus est. Ἀφωνίαν Græci affectum eum vocant. In apoplexia, quam frigidus & crassus humor excitat, priuatione motus & sensus, ac propè extincta rectrice anima, hominem 6 loco lucido & tepido collocato, ac corpus vehementius concutito. Tum 7 multa frictio conuenit, vnctio ex oleo calente, & maximè earum

1 *Demotus & sensus vniuersi corporis priuatione: quæ fit quum spiritus animalis è cerebro exitu prohibetur, & vitalis aditu è corde ad cerebrum.*

2 *Si modo apoplexia fortis non sit, sed debilis. Est enim insanabilis validæ apoplexia.*

3 *Dura frictione, vinctis quoq. doloriscus, vt concretihumores fundãtur, ac spiritus animalis exitum habeat, vitalis aditum.*

4 *Ac præsertim si, quibus uiore & crassiore sunt colloquib. vitalis spiritus aditu ad cerebrũ prohibetur.*

5 *Nam aphoniam sine febre venæ sectio soluit. sect. 5 lib. 2. Epid.*

6 *Vt splendore lucis materia foras euocetur.* 7. *Ad excitandam naturæ vim, liberanda obstructa, & præparandam materiam.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 88 sur 805

partium,quæ magis refrixerint. Plantarum pedis pruritus, aquæ vitæ cũ nuce moſchata in nares iniectio, ſinapi vulgare illitum, vellicatio barbæ & pubis,ſal ori iniectus. In phlebotomia,quæ vel hominẽ liberat,vel occidit,ita te gerito. Si nihil 8 repugnat,præparato priùs 9 corpore, & 10 in tempore venam cephalicam incidito: parùm detrahito. Poſt aliquot horas, ſi perſeueret malum, alteram cephalicam vulnerato, nec ita multum ſanguinis detrahito. Hæc verò repugnant, quòd aliquando immodica venere,aut alia quauis ſpirituũ inanitione virt⁹ corporis exhauſta eſt. Hîc 11 ſcarificatione, cucurbitulis,ſanguiſugis toto corpore fixis contentus eſto,quemadmodũ in obeſis corporibus, mollioribus,& debilioribus,in quibus venæ 12 vel non apparẽt,vel non ferũt phlebotomũ. Pręparatur corpus,ſubducto prius ventre,totius corporis fotu ex ol.calido,chamæmelino,anethino, aut ſimili, aſpera 13 frictione,cõcuſſione corporis & ambulatu, vt ſanguis craſſior & frigore cõgelatus recaleſcat, attenuetur,& meliùs effluat,oportétq;iuſtũ vulnus infligere: alioqui ſubſiſtet ſanguis quanquã nõ vniuerſim ſed interuallis detrahẽdus ſanguis eſt. Occaſio eſt in remiſſione, aut quo tẽpore nõ ingraueſcit malũ. Remiſſio intelligitur liberiore, quã antea, reſpiratione,pulſu meliore,& vbi partis alicui⁹ torpor cœpit egelari. Alioqui ſi,quod ſæpe fit,aliter venam aperias, aut ægrum præcipitabis,aut nihil iuuabis,exitu materiæ negato. A phlebotomia ſpes ſalutis,ſi pulſus,reſpiratio,faciei color, partium frigus,mens,motus,ſenſus,omnia,aut ex his aliqua,in melius conuertantur. Alioqui, ſi non accreuit ma-

8 *Vt effœtæ vires nõ ſint, vt à venere.*

9 *Vt clyſtere acri, cuius deſcriptionem paulò pòſt es habiturus.*

10 *Si ſolius ſit cerebri ſymptoma.*

11 *Effœtis à venere viribus, phlebotomiæ loco admonẽde ſunt cũ ſcarificatu cucurbitulæ, natibus præſertim, ceruicibus & ſcapulis.*

12 *Propter earum anguſtiam.*

13 *Quæ naturam excitet, & humor s fundat.*

lum,ex altera cephalica iteranda sectio est. Quòd si nec tum quidem proficiatur, desperatur æger. Secta venâ,quiescat æger,atque interim stomacho & visceribus consulamus hoc modo.

℞.ol. 14 de spica ʒ.3. mastich.ʒ.1.liquefiant in 15 vase duplici: & cum cyperi, macis, cina.an.ϑ.2. coralli rub ϑ.1 misceantur,cum rasura scarlatæ, aut gossipio applicentur calida. Poterit etiam aliquid syrup. 16 rosati deuorari.Visceribus sic.

℞.summitatum absynthij M.1.sem.carui,cumini ana ʒ.ß.fiat decoctio in olei & 17 vini an.quantum sufficit. Inde foueatur regio 18 hepatis & lienis. Post hæc clyster acris iniiciendus est, ex decoctionis 19 capitalis ℔.1.adiecta sem.carui,cumini, baccarum lauri ʒ.ß.Deinde in decoctione dissolue pul.hieræ picræ,& diacolocynth. an ʒ.3.mellis 20 anthosati, sacchari rub. ana ʒ.1. salis ʒ. 2. 21 olei anethini ʒ.3. Sæpè fit, 22 vt resistat clyster,aut per os reuomatur: tum fiat tale suppositorium.

℞.pul.hieræ diacolocynt.ʒ.2.castorei,sem.carui & rutæ ana ϑ.2.sal. gemmæ ϑ.1. cum melle, q.s.fiat suppositorium bene longum.Quòd si nec hoc modo aluus quicquam reddit, cucurbitulis vtendum est,ex libello de cucurbitula. Reddito clystere aliquantisper quiescat æger. Postero die.

℞.pul.hieræ 23 diacolocynt.ʒ.2. theriacæ 24 veteris ʒ.1.dissol. in aquæ vitæ & calendulæ an.ʒ.1. cum cochleari, aut siphone infundatur in gulam. Antidotus hiera Pachij Antiochi à Scribonio Largo descripta multos olim apoplecticos Romæ liberauit. Hiera Logadij conuenientior fuerit, si à melancholico succo & crassa materia sit affectus.

14 *Vel oleò de absynth. & menthæ ana ʒ.iii.*

15 *Balneo mariæ vulgò nuncupato.*

16 *Ad arcēdos fumos, & inhibendū catarrhum.*

17 *Vt in ℔.ß.ol.& quartar.j. vini.*

18 *Ad excitandam naturæ vim.*

19 *Qualisesse poterit ex origani, calamenth.spæch. beto. chamæ. foliorū lauri an.M.ß.*

20 *Ex floribus rorismarini confecti.*

21 *Vel rutacei,dū effœtæ intestinorum vis languet.*

22 *Motu peristaltico & subsultim facto.*

23 *Vel simplicis.*

24 *Vt septēnis, exoluta opus vi.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 90 sur 805

Interim quoque vtendum eſt remediis, quæ Apoplecticum excitant. Oleum vitrioli plurimùm commendatur. Quòd ſi deeſt, diſſoluantur ʒ.2. vitrioli in ʒ.1. olei de ſpica, de coſto, de caſtoreo, de ſcylla, aut ſimili, hoc modo.

℞. ſcyll. conciſæ in taleolas ʒ.2. caſtorei ʒ ß. vitrioli ʒ.3. fiat decoctio in olei anethini & vini ana ℔.ß. ad cōſumptionem vini. Nares & palatum hoc oleo illinantur. Sunt & alia, quæ apud Græcos & Arabas inuenias. Potio.

℞. caſt. ℈. 4. maſtich. ſem. rutę, ſantali citrini, nucis moſchatæ an. ℈.ß. ponantur in manica Hipp. & colentur quater. Cum aquæ vitæ & calendulæ ana ʒ.1.ß.f. potio, infundatur in gulā. Aqua deſtillata è nucibus moſchatis auribus, palato, naribus ebibita, omnium eſt remediorum accommodatiſſimum. Quòd ſi fiat, cum aqua vitæ deſtillatio, multò erit efficacior. Hoc præſidium Senectēſem Epiſcopum horas iam 20. iacentem excitauit.

25 *Calami aromatici.* 26 *Aut aquæ vitæ, aut meliſſophylli.*

℞. conſ. iris, 25 acori ana ʒ.ß. conſ. ſalu. ʒ.2. diu agitentur in mortario, ex 26 aquæ ſaluiæ ʒ.2. Fiat fortis expreſſio cum ſupradicta aqua vitæ. Traiiciatur per manicam Hippocratis, fiat potus.

℞. capillorum hominis minutim conciſorum ʒ.ß. caſt. ℈.2. helleb. ℈.1. incorporentur in opopanace, fiat ſuffumig. Vel parabitur puluis in nares immittendus. ℞. hellebo. condiſi, albi piperis an. ʒ.1.f. puluis. Caput purgiis fortioribus, illitionibus palati ex pulueribus, maſticatoriis, 27 apophlegmatiſmis vtendum. Sed priùs ſuffumigiis & vaporibus materia incidenda. Radēdum quoque caput eſt, fouendúmque ex oleo calente, in quo pulegium, ſerpillū,

27 *Horum materia deſcripta eſt in cephalalgia frigida.*

alia quoque eiuſmodi coxerint. Deinde dropacibus,ſinapiſmis, 28 ſartagine Rhazæ vtendum eſt. Cucurbitulę quoque & ſanguiſugæ,iam bene purgato corpore,conueniunt.

28 *Vt cădēti ſartagine excitetur ſopita cerebri vis.*

℞.olei rutacei ʒ.3.picis nigræ ℔.1. liquefiant in vaſe duplici:deinde adde pyrethri,ſinapi,piperis albi ana ʒ.3. Miſce,extende in aluta,calidum appone, renoua priuſquam refrigeſcat.

℞.ficus pingues q. ſ. leuiter incoque: deinde cũ duplo ſem.ſinapi contunde ad formam emplaſtri. Appone capiti poſt fotum conuenientem. Aliud.

29 *Id emplaſtrum ab aceto & croco nomen habet.*

℞.29 oxycrãcei vel emplaſtri de Vigo ʒ.3.fortiter agitetur in mortario cum oleo laurino. Deinde addantur gra.ſinapi, pyrethri, ſtaphyſagriæ, piperis albi,euphorbij ana ʒ.2. miſce.

Hîc verò ad incidendum & foras euocandum præſcribitur.

Rhazes ſartaginem calefieri,dum candeat,interdum laudat, & de proximo admoueri capiti. His remediis per longiora interualla vtendum eſt, aut breuiora,vt res patitur.

30 *Vt quæ fortis exiſtit.*

Apoplexia ſecundo aut tertio die iugulat,aliquãdo 30 primo.Vt ergò celerior eſt, aut minus celer, ita erunt interualla remediorum aut longiora, aut breuiora.

Syrupus melinus.

℞.ſucci roſarum, mellis albi ana ʒ.3. fiat ſyrupus ſecundum artem: loco mellis poteſt ſubſtitui ſaccharum.

Quædam apoplexia fit à multitudine humorum, quam plethoram vocant,& ea dicitur, ἀποπληξις, i. interceptio arteriarum & venarum. Eam ſanat ſubita &diligens ſanguinis detractio.Poteſt autem eſſe repletio humorum, & tamen erit inanitio ſpiritum, vt in iis, qui venere immodica ſtatim à

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 92 sur 805

cibo vtuntur. Nam in coitu multus ſpiritus vitalis effunditur.

EIVSDEM HOLLERII SCOLIA.

Apoplexia multi repentè ſuffocati.

In apoplexia homo repentè concidit ſine motu & ſenſu. Sic à nobis obſeruatum, in frigida & Auſtrina aëris conſtitutione Medicum quendam doctiſſimum ſexagenarium, vltimo Ianuarij die, Lutetiæ à cœna concidiſſe mortuum, Ruellium Septembri periiſſe quarto die, ſicut & Bibliopolam quendam eodem die, via Iacobæa Pictorem quoque menſe Aprili, anno 1545. interiiſſe ſtertenti apoplexia: eodem menſe ſigulum in ſuburbio Iacobæo leui apoplexia Paralyticum altera parte euaſiſſe, vtrúnque vinoſum & macilentũ, vt inde intelligas vim ambientis in ſuſcipiente præparato. Eadem ferè conſtitutione temporis videre licuit Medicum apoplexia paulò ante cœnam correptum interiiſſe repentè. Mulieribus quibuſdam quo tempore fœtus in vtero animatur atque mouetur, vt 40. die, & in fœminis 3. aut 4. menſe fiunt apoplexiæ leues, vt in Domina Ezelim à nobis eſt obſeruatum. Acutiſſima apoplexia mox iugulat, & ſpiritum adimit: fortis violentum trahit: tertio loco eſt, quæ non violentum quidem & intentum, ſed inæqualem, inordinatum & intermittentem, deſinítque in paralyſim. Vnde animaduerſione dignum illud videtur, quod ſcribit Galenus comm. in aphor. 51. lib. 6. Quicúnque ſani capitis dolore derepente capiũtur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehendat. Quæ ſententia etiam ſcripta eſt 2. de morb. Interpretatur enim de apoplectis, qui apoplexia forti laborent. Sed hi ferè primo, ſecundo, aut tertio die pereunt. Hinc quoque perſpicuum eſt, ex difficultate reſpirationis de magnitudine morbi coniiciendum eſſe. Qua nota etiam diſtinguitur à caro & catalepſi, in quibus libera manet reſpiratio. Apoplexiæ nomine non ſemper in hac ſignificatione Hippocrates eſt vſus. Fiunt apoplexiæ, vel quia ſpiritus animalis, qui per neruos deſcendit, non conficitur à cerebro, ob intemperiem totius ſubſtantiæ ipſius: vel quia intercipitur, ídque vel à pituitoſo humore craſſo & viſcido, confertim cerebrum irrigante quales ſunt ſenibus familiares & hyeme, vt ſcribitur li. 3.

Apoplexia qua nota à caro & catalepſi diſtinguitur.

Apho. mulieribus minùs moleſtæ ob menſtruam purgationem: vel ab humore melancholico, periculoſæ, & quæ hominem occupant à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum, ſicuti docetur Apho. 57. libr. 6. vel à ſanguinis eruptione & plenitudine, aut craſſis vaporibus cum humore vias ſpirituum intercludentibus, vt in ebriis quibuſdam. Omnium facilis dignotio ex propriis cuiúſque humoris ſignis. Si qua à ſola intemperie, non niſi longa temporis progreſſione induci poteſt. Nullæ vnquam, vel difficulter curantur. Si qua tamen curationis ſpes, ea fiet primùm clyſteribus acribus, ab imbecillioribus initio ſumpto, id eſt, qui fortiter trahentia non recipiunt, vt colocynthidem, quia priùs inaniendum, quàm à partibus remotis trahendum: ſuppoſitoriis, dum clyſteres parantur, ſanguinis miſſione, præſertim cùm venæ tument, & diſtenduntur, ligaturis fortiſſimis & dolorificis, frictionibus aſperis extremarum partium, hæmorrhoidum inflatarum apertione, potionibus excalfacientibus & extenuantibus, pilulis diſſolutis in aquis ſæpiùs repetitis, ſinapi ori impoſito, & diſſoluto in oxymelite, vel benedictâ, vel diaphœnico, vel ſinapi diſſoluto aquâ vitæ, & naribus illito, ſale in os iniecto, frictione palati: ſternutatoriis poſt vniuerſalia remedia appoſitis naribus, vt rutâ, caſtoreo, galbano, euphorbio: ſinapiſmis, dropace, cauterio, &, ſi paroxyſmo liberentur, cocta materia, & educta.

Apoplexiæ curatio quibus perficitur.

Hominem concutito, fricato.] Collum commouendum, fricandum, & contrectandum duriùs, qua parte venæ ſunt & arteriæ. His enim prohibetur congelatio, ſanguis incaleſcit ac tenuatur, meliùs fluit, & præparatur ad venæ ſectionem.

Vena brachij interna.] Magna inter omnes diſſenſio de venæ ſectione in apoplexia. Arabes initio eligunt ſaphenam, vel malleoli. Sed cùm exigua ſit, & valde remota, nec ſanguinis ſatis, nec ſat citò inde reuelli poteſt, poplitis vena commodior, quia amplior, & tutior. Deinde cephalica vtriúſque brachij, ad vtrámque partem exonerandam: poſteà ad deriuationem, venæ iugulares, quæ valde tument. Anguſto tamen foramine, metu hæmorrhagiæ, ſectio facienda, & cohibendus ſanguis medicamento Galeni ex pilis leporis, aloë, thure, & albumine oui, conuenienti ligaturâ aſſeribus

De vena in apoplexia ſecanda magna diſcenſio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 94 sur 805

vtrinque ad collum applicatis ſupra iugulares, à clauiculis ad aures, & à ſterno ad mentum, ne prohibeatur libera reſpiratio. Quod in cane ſumus experti exectis etiam pilis. Venas linguæ aperire non licet, contracto ore. Ex venulis naſi nihil iuuatur æger ob paucitatem ſanguinis. Venæ frontis à iugularibus oriuntur, nec tam conſpicuæ ſunt. Haly Abbas cap. 22. libr. 5. ſuæ Praxeos non omnino phlebotomen reiicit, niſi hac forſan conditione, vt apoplectici facies non rubeat, non liueſcat, aut viridis & repleta non appareat. Eadem occaſione Rhazes ſanguinem detrahit è iugularibus, vel cephalicis illico, deinde è pedibus, & extremo naſo. Sternutatoria quoque reiicienda, cùm ſit humor in corpore cerebri, non in ventriculis.

Cucurbitulis] Vbi ſectio venæ non conuenit, illius loco cucurbitulis vtendum. Quæ ſi adhærere poſſint prope iugulares, & quaſi ſub mento, melius erit, quàm in humeris aut dorſo. In hypochondriis nocent, impediendo motum muſculorum abdominis in reſpirando, niſi extra paroxyſmũ. Lococ ucurbitularum multę ſanguiſugæ, cornicula applicabuntur cum ſcarif. Cucurbitulæ hypochondriis non affigendæ in acceſſionibus apoplecticis.

Theriacæ veterù] Minùs conuenit tum propter adſtringentia, quæ multa recipit, tum ob vim opij non omnino conſumptam vetuſtate. Hæc omnia humorum cerebri corpus irrigantem altiùs impingunt. Horum loco detur ʒ.i. coccia-rum diſſolutarum in aqua vitæ: vel caſtorei ϑ.i. aut ij. tum piperis, zinziberis & euphorbij momentum. Expurgato tamen cerebro conuenire poſſunt. Cæterùm apoplexiæ & omnium affectionum frigidarum febris remedium eſt, vt conſtat ex aphor. 51. libr. 6. & ſent. 5. 2. Prorrhetic. de Numeni filio. Sed oportet febrem neque leuiorem eſſe, quàm quæ poſſit morbum tollere, neque grauiorem, vt quæ ægrum interimat.

ANTO. VALETII EXERCIT. VI.

Apoplexiæ magnitudo vnde.

APoplexiæ magnitudinem reſpirationis noxa indicat, quæ quò maior eſt, eò morbum

grauiorem, magísque periculoſum eſſe oſtendit. Hinc eſt, quòd Galen. quatuor fecerit epilepſiæ gradus cap. 10. libr. 3. de loc. mal. affect. comment. ad aphor. 42. libr. 2. Quibus ex locis omnia, quæ ad huius dignotionem affectus attinent, elici poſſunt.

Curabilis apoplexia eſt, in qua non omnino intercipitur reſpiratio. Fit verò, qualiſcunque ſit, vel à ſanguine in cerebrum repentè influente, vnde viæ cordis & cerebri communes occludunter: aut ab affectione calida, quæ Galeno φλεγμονώδης διάθεσις appellatur: aut à pituitoſo humore, vel melancholico, cerebri ventriculos obſtruente. *Galen. cap. 4. lib. de curat. per ſang. miſſ.*

Sanguineæ apoplexiæ præſentiſſimum remedium eſt cephalica ſecta, niſi periculum minùs vrgens clyſterem ex decoct. cephalico priùs iniicere permittat. Optimum totum corpus concutere & agitare, ne ſanguis ſenſim congeletur & concreſcat. Mittendi ſanguinis is ſit modus. Non multus ſemel & vniuerſim, vt plethora exigit, ſed paucior & ſenſim trahatur. A quo ſi nec ſenſus redit, nec motus, ſpes in anguſto. Frictiones cum panno aſperiore, adhibito etiam ſale in aceto diſſoluto, & ligaturæ fortes partium extremarum ante ſectionem, & poſt vtiles. *Sanguineæ apoplexiæ curatio.*

His artibus poſtquam ſanguinis auerſio & vacuatio eſt procurata, intemperies à calido ſanguine in capite relicta ſumptis refrigerantibus, vt diamargar. frigid. conſer. roſ. viol. nenupharis, & ſyrup. accommodatis, emendatur.

Pituitoſa ſi ſit apoplexia, meritò phlebotomia ſu-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 96 sur 805

specta est: præsertim verò, si magna præcessit inanitio, propter quam excremẽta frigida in cerebro collecta sint, vt in sanguinis profusionibus, immodico venereorum vsu, &c.

Tum acrior imperabitur clyster: qualis hic est. ℞. hyssop. origan. calamenth. cẽtaur. minor. salu. an. M. 1 bacc. laur. semin. anis. rut. sesel. an. p. 1. agaric. pãno lineo inuoluti ʒ. 3 f. decoct. in aq. ad ℔. 1. vel ad ℔. 1. ß. (maior enim esse debet quantitas clysteris in hoc affectu, & similibus, in quib. sensus torpet, aut aboletur.) In colatura dissol. benedictę laxat. hier. diacolocynth. vel hierę Logad. an. ʒ. ß. sacch. rub. mell. anthos. an. ʒ. 1. succ. mercur. ʒ. 2. olei aneth. ʒ. 3. f. clyst.

Conferet nares oleo saluiæ arte chymica facto, aut nardino, irino, costino, addito, si velis, aqua vitæ, itémque caput, & corpus vniuersum, cùm ad apoplecticum excitandum, tum ad humorum congelationem prohibendam, inungere. Sunt qui cauterium ad futuras affigunt.

Liberato accessione apoplectica ægro, præparabitur materia zulapiis, apozematis, itémque purgabitur, vt in pituitosa cephalalgia.

De 1 Lethargo CAP. 8.

LEthargi 2 signa colliges ex Aëtio, Prædictionibus coacis Hipp. lib. 4. Galeni de causis pulsuũ, sed pleniſſimè ex Aureliano, lib. 2. acutorum, cap. 1.

1 *Lethargus affectio est cerebri à celeri & repẽtina obliuione nomen habens: aut, est delirium intermissionis expers, cum febre, sopore, & celeri obliuione coniunctũ, & phrenitidi sæpè succedit, sed ad maiũ. Omnis enĩ frigida intemperies calidæ succedẽs malo esse solet. Cuius morbi causa est intemperies cerebri frigida, humida, pituitosa, quæ memoriam magis, quàm facultates reliquas ladit. Huius signa sunt inexpugnabilis dormiendi necessitas, frequens oscitatio, aperta mãdibulae, magna, rara spiratio, pulsus lent, rari, languidi, manuũ tremor, faciei decoloratio, pendulae genae, excrementorum alui liquidorum aut sicorum, non aegri sponte excretio, vrinae tumentorum similes, quae magnã in venis spirituum perturbationem significãt.*

2 *Quibus distinguitur ab apoplexia, epilepsia, caro, catalepsi, & comate.*

Lethargum cognitum ita 3 curabis. Initio 4 materiam repelles: deinde ægrum 5 excitabis: tum materiam vacuabis: postremò confirmabis caput: accidétia corriges: & in primis rationē 6 vitę institues.

Loco itaque lucido & tepido collocabis: materiam repelles oxyrhodino. Hoc autem minùs aceti recipiat, quàm in phreneticis. Deinde oxyrhodinū parandum erit ex oleo rosaceo, chamæmelino, adiecta minori parte aceti. Exempli gratiâ.

℞. ol. ros. & chamæm. ana ℥. i. ß. aceti ʒ. ß. oportétque affundi in eam partem capitis, vbi iunctura est coronalis. Tum clysteribus acribus, & suppositoriis vtendū est, qualia in apoplexia descripta sunt. Postea verò frictionibus, vinculis, vellicationibus: partim, vt his materia reuellatur: partim, vt inde æger excitetur. Excitatur quoque hac potione.

℞. mythridatij ʒ. i. diſſol. in aquæ vitæ & calendulæ an. ℥. ß. Similiter theriaca vti licet. Sed tutiùs post clysteres & vacuationes, & hoc quoq; excitat.

℞. 7 castorei, lapidis gagatis, cornu cerui, abrotoni, capillorum hominis ana ℈. i. Excipiantur pice humida: fiat fumus, qui adhibeatur naribus. Interim proderit scyllam conquassatam cum oleo irino, aut simili occipiti admouere. Statim initio, si corpus sanguineum est, & tolerant vires, è cephalica sanguis detrahendus est. In lethargo, clysteribus & glandulis acribus potiùs, quàm pharmacis purgantibus vtendum est. Vbi tamen diuturna passio est, & vires tolerant, vtimur primùm syrupis incidentibus, quales anteà descripti sunt.

3 *Si non sit insanabilis, vt qui superuenit phrenitidi, & in quo excrementa non ſpōte ægri ferantur, vt à delirio tum etiā à resolutione m sculi sphyncteris.*

4 *Quæ assit à cruditate humorū.*

5 *Nemotrix cerebri facultas opprimatur. Erit autē lethargicus excitādus eo studio, cui sese addixerit, clangore tubarum, similes: tinnitu auri & argenti, si auarus, &c.*

6 *Quæ aquè pugnet cum morbo, & naturæ studeat. Sed hīc vino abstinē dum, vtendúmque hydromelite*

simplici, vel origanato, cibo mediæ materiæ, qualitate humido, consistentia sicco.

7 *Hoc suffumigium iis minùs conueniat, qui epile, sia corripi solent.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 98 sur 805

Horum loco oxymel concinnari poterit ex iis, quibus neruosum genus iuuetur. Decoctũ apij, fœnic. capill. vener. Aëtio probatur. Deinde ex hieris, picra, diacolocy. & Agarico purgamus. Posteà cucurbitulas ceruicis initio, vt ad primam, vel secundam vertebram, ac deinde scapulis, metaphreno, lumbis, & cruribus cum multo igne affigimus, ex quibus ad purgationem localem veniendum est, per errhina, diamassemata, illitiones palati & capitis, dropaces, sinapismos, phœnigmos.

Pulegium itaque, thymum, origanum, aliáque id 8 genus cocta aceto, naribus ita admouebis, vt calidus vapor ad cerebrum perueniat, ex quo nares inunges hoc modo.

℞. ol. irini ʒ 1. aceti scyllit. ʒ. ß. castorei ʒ. 2. 9 misce. Vel. ℞. olei irin. nardini, de costo an. ʒ. ß. medullę scyllæ tritæ cum acet. scyllit. ʒ. 3. castor. euphorb. ana ϑ. 2. f. linimentum. Posteà etiam errhin. suprà descriptis vti licebit. Palatum illines sinapi trito ex aceto & melle commixto: dúmque hæc fiunt, per interualla clysteres iniicies. Caput æstate rades: hyeme 10 detondes: fouebísque primùm 11 decocto serpil. satureiæ. puleg. orig. coctorum in oleo & aceto. Deinde inunges & fouebis ol. de scyll. 12 priùs descripto, oleo philosophor. de gagate, serapino, de piperib. de euphorb. quæ à Mes. describuntur. Alioqui irino, sampsuc. id est, de maiorana, aut ex rosmarino comparato, vel hoc cerato.

℞. ol. laurini ʒ. 4. ceræ tantundem. Liquefiant in vase duplici, fortitérque agitẽtur cum succo apij & rutæ, quibus adde castorei puluerati ʒ. 1. Hinc ad dropacem priùs 13 descriptum transeundum est,

8 *Vt hyssop. calaminth. stœch. calam. aromaticus.*

9 *Vel, succi radicũ fœnic. ʒ. 3. in aceti scyllit. in quo nucis moschatæ ʒ. ß. infusa fuerit. ʒ. ß.*

10 *Ne frigoris vi humor & vapor exitu prohibeatur.*

11 *Huius hæc erit formul. ℞. ser. pill. M. 1, coquatur in* lb. *1. olei chamæ. &* lb. ß. *vini, ad eiusdẽ cõsumptionẽ. Nec negligẽdum mulieris illius remedium, cuius descripta est à Paul. Aegi. historia, cap. de lethargo.*

12 *Cap. de apoplexia.*

13 *Ibidem.*

ex quo ad ſinapiſmum. Sinapiſmo autem ſic vtendum eſt, vt ſimul atque pars rubuerit, reuellatur, párſque oleo calido foueatur. Quòd ſi dolor vehemens inde excitatus eſt, leniendus erit roſaceo, meliloti, chamæm. aut maluæ decocto, aut oleo violaceo.

Oportet autem ſinapiſmum ſubigi ex aqua, vt vult Oribaſius, non ex aceto, vt recentiores ferè Medici, & olim Archigenes. Aëtius ex aqua, vbi præmaduerint ficus ſiccæ Credidit enim Oribaſius vim ſinapiſmi aceto diſſolui. Id quod experientiâ didicit. Huic rei vtile eſt diacopregias Aureliani: aliorum diaſcyllatum, ex caprino ſtercore, aceto, vel poſca ſubacto.

14 Phœnigmis & ſinapiſmus minimè vtendum in lethargo, quòd coniunctus cum febre ſit, quæ hæc calida reſpuit.

Sunt & 14 Phœnigmi, qui rubrificant, ex naſturtij ſemine, ſinapi, helenij radice, columbarum agreſtium ſtercore, ſcylla in mortario trita & illita, aliorum tunica, lacte tithymali, cantharidum puluere, vrtica, attramento ſutorio, euphorbio. Hæc autem tandiu inhæreant, dum pars rubeſcat. Si quæ ampullæ excitatæ ſunt, compungantur. Ampullas attollet, quod ſequitur.

Mel Anacardinum.

℞. ſinapi, piperis, euphorbij ana ʒ. i. Incorporentur melle anacardino, & in parte ſinantur, dum ampullæ tumeant. Mel anacardinum ita fieri oportet. Anacardos ſemptem diebus in aceto macerabis priùs contritos: tum in eodem coques, dum tertia pars aceti conſumpta ſit. Refrigerati ſines. Quod ſupernatabit oleoſum, mel eſt anacardinum Albucaſis in aqua macerat & coquit. Alij mel anacardinum appellant, in quo anacardi fuerint condîti. Oportet autem, quemadmodum in apoplexia

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 100 sur 805

15 *Fotu, litu, conditu, & pulueribus cardiacis.*

dixi, dum hæc fiunt, ſtomacho & viſceribus 15
conſulere.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Lethargus, Caros, Arabibus Subeth, Catoche, Cataphora, Coma, affectiones ſunt ſomniculoſæ, in quibus ſomnus arctiùs, quàm pro naturæ lege, hominem complectitur, ob idque inter morbos, aut morborũ ſymptomata numerãtur. Sed neque de nominum diſtinctione, neque de cauſis ſatis cõſtat inter Medicos. In Lethargo æger perpetuò in ſomnum labitur, obliuioſus, ſtupidus, crebrò oſcitans. Sæpè ore hiante perſiſtit, velut os claudere oblitus. Vrinam reddit iumentorum lotio ſimilem: ſumptam matulam quandoque ſe tenere non meminit, argumentum læſæ potiſſimùm memoriæ, & poſterioris ventriculi, aut potius ſubſtantiæ cerebri. Lethargi cauſa ex comm. 1. in Prorrhet ſent. 1. cauſa eſt intemperies frigida & humida cum pituita cerebrum madefaciente, & tumorem frigidum efficiente, quæ incaleſcens & ſemper putreſcẽs febrem lentam inducit. Aliquando ſuccedit phrenitidi, febri continenti, & ſimilibus, ob cerebrum impenſiùs refrigeratum, vel immodicam vacuationem, & natiui caloris imbecillitatem. In Κάοῳ ſiue ſopore profundo, ſomnus altior, quàm in ſuperiore, oculi perpetuò clauſi, omnis ſenſus atque motionis priuatio, excepta reſpiratione, quæ illæſa manet. Vnde perſpicuum, cum lethargo conuenire materiâ, craſſóque & viſcido humore procreari, licet etiam & à craſſiore vapore per cõſenſum, vel à toto corpore, vt in vigore & acceſſionibus febrium à pituita, vel ventriculo, hypochõdriis, inteſtinis, medicamẽtis calidis, aut laxantibus, putredine à vermibus, vt in pueris. Differre aut primùm loco, quia fit in anteriore cerebri parte, non vẽtriculo. Sic enim epilepſiã potius inferret. Deinde, materiæ putredine. Neq; enim humorem habet putreſcentẽ, neque cum febre. Poſtremò, quia ſequitur aliquem morbũ, ſæpiùs febrẽ pituitoſam & ſpuriam, vehementiorẽ tamen febre lethargica, cuius velut ſymptoma eſt. Succedit quoq; comitiali morbo, cerebri cõpreſſioni, fracto cranio, obleſis meningibus, vehementiori in tẽporibus ictui. In Catalepſi æger exiguum quid aliquando loquitur, aliquando penitus motus &

λήθαργος.

Lethargi ſigna.

Cari ſignd.

Lethargus & carus in quibus conueniunt, & diſſident.

sensus sopiuntur. Ab vtróque differt siccitate. Fit enim (si Galeno credimus) à vehementi refrigeratione, cum quadam siccitate. Deinde loco à Caro, quia fit in occipite. Sed certior distinctio, & patognomonicum signum est, quòd ægri oculos apertos habeant, atque in eo permaneant habitu, quo correpti sunt, tensione nimirùm inducta à siccitate, præcipuè in musculis oculorum, qui in superioribus affectibus humore dissoluti concidunt, & eosdem claudunt. Catoche idem significat. Scribit enim Paulus, affectum, qui veteribus κατοχος dicebatur, recentioribus Catalepsim, siue καλοχὴν, veluti detentionem & deprehensionem, & καλόχους ἢ κεκλεχομένους, quasi dicas occupatos, detentósque nominari. Alij distinguunt, Catochem esse ἄγρυπνον κῶμα, soporem vigilantem, cùm æger somno premi videtur, & tamen vigilat, sed nec loqui, nec membrum vllum mouere potest, vt scribit Galenus Commentariorum 2. in libr. Prorrh. Cuius affectus contrariæ sunt causæ, biliosus humor, & pituitosus. Cataphoram Galenus 13. Methodi sumpsisse videtur, tanquam genus omnium soporum sine febre. Rursus Coma omnem Cataphoram significat, diuiditúrque inuigilans, & non vigilans, passim apud Galenum. Sed remota omni nominum ambiguitate, de qua toties ille ipse celeriter ad pactionem veniendum esse iubet, ne rerum cognitionem, de quibus perpetuò agendum, præripiat, Medico ægrum sopore correptum cernenti primò considerandum, an respiratio læsa sit. Sic enim, erit apoplexia. Sin libera appareat, proximum, an oculos clausos habeat, an apertos. Clausi lethargum, vel caron indicant. Quod vt distinguatur, videndum deinde, an sit febris, nec superuenerit alteri morbo. Sic enim erit lethargus: in quo etiam tremorem manuum, vultum discolorem, turgidum, pulsus tardos, debiles, & cætera, quæ notat Hippocrates. At si sine febre, & post alium morbum aut accessionem febris spuriæ, caroticus æger est. Sin oculos apertos habeat, & rigidum sit corpus, catalepsim iudicamus. Cuius causa (vt dicetur) vel sanguis est, vel melancholia. Si partim vigilet, partim dormiat, ἄγρυπνον κῶμα. De humore exuperante deinde iudicandum ex propriis cuiúsque signis. Curatio perficitur, primùm sanguinis missione (si venæ tumeant) è cephalica: deinde vena frontis.

Gal. cõment. in aph. 3. lib. 2. Apho.

Paul. Ægin. cap. 10. lib. 3.

Alioqui periculosa sanguinis missio in tanta frigiditate. Clysteribus primùm tenuantibus & alterantibus pituitam, posteà trahentibus, & acutis glandibus, frictione vehementi, ligaturis extremorum, auulsione barbæ, capillorum capitis, pudendorum, suffitu ex fœtidis, vnctione sinapi facta in palato, aut benedicta, aut hiera picra. Post hæc omnia, sternutamentis. In principio repellentia admouenda sunt sincipiti, licet magis in occipite sit affectus. Est enim rarius, & multis futuris peruium.

Excitatur quoque.] Longè lepidiùs, non sine tamen medica ratione, Opimium illum auarum apud Horatium Medicus fidelis è somno profundo reuocauit: qui

Horatius satyr. 3. li. 2.

Quondam lethargo grandi est oppressus: vt hæres
Iam circùm loculos & claues lætus, ouánsque
Curreret. Hunc Medicus multùm celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto: mensam poni iubet, atque
Effundi saccos nummorum, accedere plures
Ad numerandum. Hominem sic erigit, addit & illud:
Ni tua custodis, auidus iam hoc auferet hæres.
Mén' viuo? Vt viuas igitur, vigila.

Non dissimili techna alter vinosus excitatus fuit, cùm audiisset vasa sua vinaria vehementiùs commoueri, atque inde vinum ebibi. Non inutile etiam sonitu tubarum & musica noctu aut interdiu ægrum aliquo, aut per cubiculum ambulantem circumducere. Cæterùm notandum, quod admonet Hippocrates 3. de morbis. cum multum liquidúmque per aluum deiicit lethargicus, pusillam vitæ spem esse.

Lethargicis pusilla vitæ spes à liquidiore, aluo.

Castorei] Mirificè prodest neruosis affectibus, etiam in potu sumptum. Mesue à granis tribus ad quatuor dabat ex oxymelite, idque post vacuationes.

Posteà cucurbitulæ] In statu cum multo igne & scarificatione affigendæ sunt occipiti, non solùm ad sanguinem, sed vt inde etiam calor natiuus excitetur, & materia reuellatur. In principio humeris, ad diuersionem & euacuationem.

ANTO.

LEthargus continuus est præter naturam sopor, cum febre lenta & obliuione, vitio cerebri genitus: principe scilicet animæ parte à pituita labefactata, & sensu, motúque oppresso. Pituitosus ille humor, Galeno teste, in cerebro putret, cum febre, & citra febrem, quamuis plerúnque lenta febris adsit. Arabes œdematodem esse inflammationem arbitrãtur. Nonnunquam hoc malum oritur à vaporibus crassis & frigidis è viscenbus & præcordiis sublatis, interdum à sola intemperie cerebri frigida & humida, quam medicamentorum impensè refrigerantium vsus, vti accidit in phrenitide, inuexerit. Lethargi signa satis sese produnt. Cognito affectu eiúsque causis, indicantia (seruato semper contrarietatis scopo generalissimo) perfacile est reperire, etiamsi medicinam huic morbo facere nõ æquè sit facile, cùm propter affecti loci præstantiam inter lethales morbos ab antiquis Medicis numeretur. Recta victus ratione, quæ pituitæ generationi aduersetur, præscripta, ex cibis tenuant. incidentib. còctu facilibus, hydromelitis, vel vini alb. oligophori potu, & rebus non naturalibus debito modo adhibitis, de auxiliis etiam atque etiam cogitandum est. Primùm omni ratione à somno excitatus æger, vt antè in apoplexia, vacuabitur venæ sectione, nisi adsint quæ mimonem sanguinis impediant, crudús videlicet humor, pueris ætas, anni tempus, in quo sit vel extremus calor, vel frigus, vbi ad acriora enemata veniendum præcipit Paulus. Vel hac acriuscula purgabitur potione.

Galen. commẽt. ad sent. 1. Prorrh. 1. lib. 3. de loc. aff. & lib. de differ. sympt.

Lethargi curatio.

Hippoc. lib. de vict. rat. in acut. & Gale. comm. ad sent. 1. sect. 3 libr. 1. Epidem.

Hippoc. lib. 2 de Morb. Gal. cap. 21. lib. 3. Meth.

Paul. Ægin. cap. 9. lib. 3.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 104 sur 805

1 Caros à nomine κάρη, hoc eſt caput, nomẽ habẽs, affect⁹ eſt capitis, in quo egri nec ſentiũt, nec mouẽtſe, ſeruata tamẽ reſpiratione libera. Gal. li. 4. de loc. malè affe. & Comm. in 21 ſent. ſ. cũ di. de articul. vnà cũ ſenſu & motu ratione etiã & memoriã lædi ſcribit. Hic anteriores cerebri partes magis afficiũtur. Huius mali cauſa materiaeſt frigida corruptionis expers. Fitetiã à cauſis externis, vt immodico refrigeratiũ vſu, ebrietate, ictu, caſu, contuſione, arteriarum carotidum & muſculorum temporalium vel à depreſſo cranio, dum quis inter ſerrandum grauius opprimit.

℥. hieræ diacolocynth. ʒ. 2. diſſol. in aqu. beton. & calendul. addit. ſyrup. de ſtœchad. ʒ. ß. f. potio. Vel ℥. expreſſionem ʒ. 3. myrobal. cepul. in aqu. ſalu. infuſar. rhei elect. in ead. aqu. infuſ. ʒ. 1. ß. in qua diſſol. cathol. & ſyrup. de bizantiis ana ʒ. ß. f. potus. Vel. ℥. folic. ſenn. mund. ʒ. 2. agar. recèns troch. ℈. 4. infundantur in hydrom. cum gr. 3. zinziber. In expreſſione diſſol. electar. diacath. ʒ. 2. hieræ ſimpl. ʒ. 1. ſyrup. capill. ven. ʒ. ß. f. potio.

Conferent reliqua quæ reuellunt, tum etiam cucurbitulæ occipitio admotę, & initio litus frontis & temporum ex oxyrhodino, in quo duæ tantùm aceti partes, pro 7. olei, adiiciantur. Oleum chamæm. admiſcebitur, vel aqua beton.

Poſtremò digerendus humor ſumptis & admotis. Sũptis, vt electa. lętificante Gal. diambr. aromat. roſ. ther. mythrid. cõſeru. anth calendul. ex quibus opiat. vel condîta parabuntur. ℥. conſeru. anth. & calendul. ana ʒ. 2. conſer. roſ. ʒ. 1 puluer. electar. arõ. roſ. ʒ. 1. acor. condit. ℈. 4. cum ſyru. de ſtœch. f. opiat. vel cũ ſacch. conditũ. Admota erũt, litus, vnguent. fotus ex oleis digerent. & diſcutientib. vitatis tamẽ, propter febrem, calidiorib. Galenus tamen ſinapiſmo materiam in alto reconditã trahere non reformidat. Iiſdẽ fermè remediis (excepta phlebotome) omnes ſoporoſæ affectiones percurantur.

De 1 Caro. CAP. 9.

CAros cum lethargo 2 conuenit, 3 ſed maior ac profundior ſopor eſt. Stimulati non excitantur: interrogati non reſpondent.

2 Materia, in generatione, non in corruptione: quod caros febrem minimè habeat ſymptomaticam. 3 Tunc enim motrix cerebri facultas materiæ frigidæ & humidæ copia oppreſſa iacet, fitque imaginandi facultatis paralyſis.

Eadem curatio, quæ lethargi, nisi quòd magis incidentibus & attenuantibus vtendum est.

Est & quoddam genus delirij inter phrenitidem & lethargum ex bile & pituita. Veteres 4 typhomaniam aut typhoniam appellârunt. In qua affectione si superat bilis, coma peculiariter appellatur: si pituita, catochos.

Fit & Coma 5 vbi à calidioribus & humidioribus vaporibus ex reliquo corpore sublatis caput repletur.

Catalepsis nomen ambiguum est. Nam aliquando subita vocis amputatio, sensus & motus priuatio intelligitur, quam 6 aphoniam Hippoc. vocauit, Græci etiam 7 ἀποπληξιν.

Ea interim fit plenitudine sanguinis, quæ vias spiritus animalis intercipit. Sed quæ peculiariter catalepsis dicitur, à melancholico succo aut vapore posterius cerebrum obturante & siccante fit. Derepẽtè muti fiunt: neque concidunt: sed in eodem habitu permanent: apertis oculis, si priùs aperti essent: stantes, si starent: sedentes, si sederent: ex quo vulgus credit non dolere, aut ita mortuos viuere: sed (vt loquuntur) raptos.

Consentientibus conditionibus, cephalicam secato, si facies rubet, repleta appareat, liuescat, &c. Clysteres molliores primùm, dein acriores iniiciendi. Vbi calor est in capite, refrigerantibus: vbi frigus, calefacientibus oleis & litubus vtitor.

A purgatione totius corporis commodum erit caput, & totum denique corpus oleo anethino, iasmino, sesamino, aut similibus inungere vel calentes pelles recens detractas inducere.

4 *De hac vide Galen. comment. in sent. 1. sect. 1. Prioris Prorrhetic.*

5 *Coma Hippoc. in Coac. animaduer. fit à resolutione, perfrigeratione & oppressione cerebri.*

6 *Aphonia nomen apoplexiam, earum, cæteráque cum sopore coniunctas complectitur affectiones.*

7 *Hæc secũda apoplexiæ species existit.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 106 sur 805

Vrinæ quia craſſeſcunt vt plurimùm, imperanda quæ tenuent,& vrinas moueant. In tremore caſtoreum ad ʒ.1.è mulſa exhibendum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ea interim.] An ab intemperie ſola fiat Catalepſis, an cum humore:& ſi cum humore,quiſnam ille ſit,non facile eſt diiudicare.Galenus enim videtur ab intemperie frigida ſicca fieri cenſuiſſe.Sed cùm repentè inuadat & deſinat,intemperies autem ſicca repentè induci nequeat,aut tolli, neceſſariò confiteri cogimur aliquem ſubeſſe humorem. Aëtius præter ſanguinem,atram bilem ponit. At ſi ita res habent, cur non omnes melancholici incidunt in catalepſim, præſertim ſi fiat in ventriculis?Niſi dicamus in catalepſi non ventres, vt in melãcholia,ſed venas & arterias, quæ in cerebri meningibus diſſeminatæ ſunt,eo humore repentè & affatim impleri, inflatas diſtendi: inde ſequi rigorem totius corporis inſtar corporum frigore concreſcentium.Fit etiam à ſanguine multo & copioſo venas inflante, & tenſas retinente, ſicuti quum humores in conuulſione neruos contrahunt. Eodem ergo modo fit catalepſis, quo apoplexia, nimirùm ſubſtantiâ cerebri irrigata per defluxionem,vel ſanguine,vel melancholico humore.

Aëtius ca.4. Tetrabibl. 2.Serm.2.

Catalepſis quî fiat.

Secretarius Vaſco in febris declinatione, & alui profluuio,vrinis bene coctis,certam valetudinis ſpem præbentibus, catalepſi deprehenſus vno die obiit Anno 1552. Auguſto menſe. Aperto cadauere pulmones & hepat corrupta inuenta ſunt,ſerum quaſi rufum cerebro poſteriore contentum, & ſanguis concretus in maiore vena, quæ medium caput perreptat.

ANTO. VALETII EXERCIT. IX.

CAros capitis eſt grauitas, quam inexpugnabilis dormiendi neceſſitas conſequitur. Diſtinguitur hoc nomine à lethargo, quòd lethargus poſteriorem cerebri vẽtriculum,caros anteriores eiuſ-

dem cerebri ventriculos obsideat. Differt etiam ab apoplexia: nam hęc (si neruorum sit obstructio, & affectus cerebri proprius) cerebrum omne occupans, in paralysim, quum soluitur, degenerat: at illum finitum bona valetudo magna ex parte excipit. Somniculosis eius generis affectibus catoche & catalepsis adscribuntur, quas Gal. appellatione cataphoræ complexus est cap. 12. lib. 13. Meth. Easdem distinxit Paul. Ægineta cap. 10. lib. 3.

Caros vel est primarius cerebri affectus, & causam habet frigidam humidam intemperiem, solam, vel cum materia, qualis infantibus in frigido præsertim & humido aëre diu educatis, necnon iis, qui ædificia recèns gypso inducta inhabitant, sæpe accidit, & hic lethargi remediis curatur: alius ex consensu subiectæ partis alicuius, vt ventriculi, materiam aut multitudine vires opprimentem, aut frigiditate humida stupefacientem transmittētis: qui purgantibus cedit, vel etiam alexipharmacis, in illa expellenda materia, si deleteria fuerit, agentibus, profligatur.

1 *Paralysis symptoma est facultatis animalis, motricis & sensificæ, in quæ affecta pars sensu & motu priuatur. Quum enim corporis totius motus & sensus deperditur, dicitur apoplexia. Pars primariò affecta est cererbum ipsum, aut spinalis medullæ principium, vel dimidia tantùm c.ª pars. Causa paralyseos triplex: obstructio, compressio, & diuisio. Fit autem, quando animalis spiritus tota sua substātia ad p rtem eam, à qua suscipitur actio, perreptare nequit. 2 Ei enim succedit paralysis. 3 Ac præsertim spinalis medullæ nerui.*

Paralytica remedia. CAP. 10.

1 PAralysis de qua hîc agimus, familiaris 2 apoplexiæ, resolutio est dimidij corporis, non totiùs, quarundam partium, non omnium, à crasso & frigido humore, à quo neruosum 3 genus remollitur, atque resoluitur.

In his clystere primùm vtendum est, molli quidem, si diutiùs fæces alui substiterint: deinde etiam acriori.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 108 sur 805

Partes 4 resolutæ oleo 5 moderato, sed calente, fouendæ sunt.

De phlebotomia non conuenit inter Græcos & Arabes.

Detrahendus quidem sanguis est mediocriter ex cephalica partis integræ, authoribus Græcis. Frigidum enim eorum corpus, frigidus quoque morbus. Itaque larga sanguinis missione languidum calorem extingui metuunt.

Rhazes, & qui hunc sequuntur, ex vtráque cephalica ad tres aut quatuor libras: postridie etiam ex venis 6 linguæ sanguinem detrahunt. Græcis tutiùs adhærebis.

Instituendus 7 victus. Primùm quidem leuiter incîdat, attenuet, & detergeat. Potus sit hydromel ex sexcupla aqua, in qua modicum stœchados, aut acori (*vulgaris: adstringit & neruis robur addit*) aut ireos Florentiæ coxerit: gratiâ exempli, horum & similium ℥.1. in ℔.2. aquæ, quale est.

℞. rad. ireos Florentinæ ℥.1. coquatur in ℔.2. aquæ, dum dimidium libræ consumptum sit. In col. dissolu. mellis communis quartarium vnum: despumetur, fiat hydromel despumatum. Vel etiam parabitur hydromel ex radicis acori & saluiæ decocto. Poterit & cinamomum & mastix & cariophyllum in aqua concoqui, atque inde hydromel parari. Loco etiam mellis saccharo (*Candum magis exsiccat*) vtemur, si febris 8 suspicio est, modicóque cinamomi, aut rerum eiusmodi vti oportebit. Quale est.

℞. aquæ coctæ ℔.1. coletur per manicam Hippocratis cum sacchari ℥.3. & ʒ.2.9 cinamomi.

4 *Nec solum partes quæ mouendi vim amiserũt, sed radix neruorum, quæ partibus illis vim sentiẽdi impertit.*

5 *Vt chamæ. anethino.*

6 *Ad amotionem causæ coniunctæ.*

7 *De ducẽda enim cibi assueti pars altera.*

8 *Aut si æger sitibũ dus sit.*

9 *Leuiter scilicet contusi: alioqui enim catarrhum mouet.*

Vtatur assis carnibus, quæ caryoph. cinam. & lardo configantur: vel lardum, quo figuntur, aspergemus, pul. cinamomi, nucis moschatæ, & caryophyllorum.

Vtatur granis 10 pini conditis, & canella tritis. Abstineant aqua, & vino, & longiore 11 somno.

Materia potionibus 12 incidenda, vt hydromelite (*oxymel noxium, ob acetum*:) aceto tamen cum caryophyllis & rebus capitalibus cõcto vti nihil prohibet, maximè verò in viscida materia: quæ nonnunquam oxymel cum decocto guaiaci parare suadet) in quo stœchas, cæteráque eiusmodi coxerint, vt est serpillum, pulegium, & similia. Deinde purgandum hac potione.

℞. pul. hieræ diacolocynt. ʒ. 2. mastichis, bdellij ana ϑ. 1. nucis moschatæ, spicæ, rosarum ana ϑ. 1. omnia incorporentur modico conseruæ borraginis. Vel hac veterum potione.

℞. polyp. quern. ℥. ß. sem. anisi & apij ana ʒ. ß. fiat decoctio ad ʒ. 3. quæ coletur per manicam Hippocra. cum ℥. 1. mellis albi, cinamomi, ʒ. ß. In col. dissol. pul. hieræ diacolo. ϑ. 4. pul. hieræ picræ 13 ϑ. 2. fiat potus.

Possumus vti & pilulis alephanginis, imperialibus, assaieret, de agarico, fœtidis, cocciis. Aliis 14 quoque suprà descriptis. cap. de soda phlegmatica: vbi etiam syrupi descripti sunt, qui plurimùm conferent, si per interualla paralyticis imperentur.

Dum hæc fiunt, oleo calente, sed temperie non ita calida resolutæ partes fouendæ sunt. Stomacho etiam & visceribus, vt prius, consulendum est.

Conseruæ quoque instituẽdæ sunt, iuæ, anthos,

10 *His abstinẽdũ est, quòd oleosa sint, et pĩguia, obid. q; καρηβαρη κὰ, id est, caput grauãtia*

11 *Qui materiã intrò cogit, cerebrũm que opplet humoribus.*

12 *Vt hydromelite conditũ Cephalicũ, aq. melissæ.*

13 *Aut ʒ. 2. hieræ picræ in hydromelite origanato dissoluantur.*

14 *Vt his quarũ hæc sit descriptio ℞. agar. troc. ʒ. 2. turpethi gũmosi ʒ. 1. ß. sal. gemm. zinziberis an. ϑ 1. Infundãtur in vino albo. In expressione dissolue pulu. hieræ. picr. ʒ. 1. diacolocynth. ʒ. 2. f. massa, ad ʒ. 1. vnã la in singulas doses.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 110 sur 805

ſaluiæ, ſtœchados (*quæ duæ principatum obtinent*) enulæ, gentianæ, acori, ireos, zinziber conditum, condita nux moſchata, theriaca, mythridatium. Doſis conſeruarum ad ʒ.1. aut 2. quas vtiliter commiſcebis cerebro leporis aſſo, quod peculiari natura conuenire ſcribunt paralyticis.

℞.conſ.iuæ, conſ.anth.& ſalu.an.ʒ.1.cerebri leporis recenter aſſi.ʒ.ß.cinamomi, nucis moſchatæ. an.ʒ.1. cũ ſaccharo in aqua iuæ diſſoluto fiat elect. ſecundum artem, vel conditum. Huius 15 detur ʒ.1. veſperi duabus horis antè cibũ, & in ingreſſu lecti.

15 *Vt eius antidoti anathymiaſis craſſos vapores emendet, & ad cerebrũ tranſlata, ipſum recreet, materiamq; ad excluſionẽ præparet.*

Theriaca & mythridatium, vt & alia omnia remedia fortiora, 16 magis conuenient poſt purgationes. Doſis ϑ.2.vel ʒ.1.quæ interim commiſcebis conſeruis, aliquando diſſolutis in hydromelite, in aqua vel decocto iuæ, calendulæ, roſmarini, ſalu. ſtœcha. aqua vitæ, aut vitis.

16 *Quæ ſint analoga cerebro & morbo.*

Poſt hæc cucurbitulæ locis affectis ſine ſcarificatione aptandæ 17 ſunt, ac deinde collocandæ, ſed maximè radicibus 18 neruorum.

17 *Vt ſopitam naturã excitent.*

Probant quoque vomitiones ſemel in hebdomada (*quæ tamen à cibo in paralyſi linguæ noxiæ*) ſtuphas ſiccas, & balnea. Stuphæ parari debent ex decocto herbarum conuenientium, maioranæ, ſaluiæ, origani, calamenthi, calendulæ, ſarmentorum vitis, pulegij, ſerpilli, ſtœchados, & 19 rerum eiuſmodi.

18 *Quæ ſentiendi facultatẽ paralyticis membris impertiunt.*

Collocabitur reſolutũ corpus loco bene cõcluſo, ne fumus decocti euaneſcat. In decoctum ſilices candentes iniiciemus, vt fumus fiat. Ex iiſdẽ rebus balnea cõparentur. Probant quoq; balneum ex decoctione vulpis integrę cũ herbis ſuprà memoratis, inũctiones, primùm molles ſeu leues, deinde acres.

19 *Vt radicũ treos, betoni. ebul. foliorũ lauri, bacca rum laur. & iumperi.*

Partes itaque primùm fouendæ oleo cham. de meliloto, anethino, amygdalarum dulcium, de lilio, hyperico, iaſmino, de 20 keyri, de nucibus, de ſem. lini, de maiorana, de galbano, nardino, cannabino, raphanino, ricinino, de coſto, de ſpica, laurino, de cucumere aſinino, ſinapino, de pipere, de euphorbio, de pyrethro. Oportétque à leuioribus ad fortiora progredi. Flocci lanæ in his oleis inungendi ſunt, & ex his fouentur 21 partes affectæ, poſteà etiam conteguntur.

20 *De violis luteis.*

21 *Vt excitetur naturæ vis & materia vincatur.*

Olea componuntur ex olei quatuor, aut quinque partibus, aquæ iuæ, aut ſucci conuenientis parte vna, & aliorum quorundam medicamentorum decima, vel duodecima, quale hoc eſt.

℞. ol. de Iaſmino ℔. 1. aquæ ſaluiæ, aut ſucci iuæ, vel vini, in quo iua coxerit, ℥. 3. caſtorei, pyrethri, euphorbij, piperis, benzoini, aſſæ fœtidæ, opopanacis, galbani, gagatis lapidis, horum vnius ℥. 1. fiat decoctio ad aquæ, ſucci, aut vini conſumptionem. Olea compoſita. Oleum de ſcylla (*vel oleum antiquiſsimum, in quo ſit decocta ſcylla: valde enim incîdit*) priùs deſcriptum. Aliud.

℞. terebinthinæ 22 ℔. 2. laterum antiquorum, aut (*vt vult. Albucaſis*) recentium in oleo iaſmino extinctorum, macis, ſtyracis ana ℥. 1. benzoini ℥. ß. fiat diſtillatio in alembico vitreo. Tres humores fluent, quorum tertius erit optimus. Oleum de lateribus lege apud Meſuem.

22 *Venetæ.*

Balſamum & oleum 23 balſaminum mirè commendantur, ſed rariora ſunt, & tantùm Principum. Sed his reſpondere volunt, quod ſequitur.

23 *Cuiuſmodi eſt capite de paralyſi apud Guid. Caul.*

℞. 24 thuris albiſſ. maſt. ana ℥. 2. ligni aloës ℥. 1.

24 *Vel iſtud.* ℞. *terebint.*

Venetæ & ab ietinæ an. ℥. 1. thur. alb. ladan. an ℥. 3. nard. indi cæ ℥. 2. radic. valerian. angeli, ireos, a cor. azari, cyperi, cala. aro. an. ℥. 1. mastich. ℥. 2. galang. ca ryophyl. cas siæ ana ℥. 3. nuc myristic. ℥. 4. macis ℥ 1. ß. agallochi ℥. 2. gummi elem. ℥. 6. a loës hepatic. myrrhæ ana ℥. ß. castorei ℥. 10. styrac. calam. laseris an. ℥. 1. sang. dracon. ℥. ß. flor. lauendu læ ℥. 4. ole. nucis vnguē. ℔. ß. repo nantur in a lembico.

25 Vt ad ℔. 1. ß.

caryoph. galangæ, cinamomi, zedoariæ, nucis moschatæ, cubebarum ana ℥. 6. myrrhæ, aloës, ladani, sarcocollę, castorei ana ℥. ß. baccarum lauri, nucleorum pini an. ℥. 6. ireos, aristolochiæ rotundæ, dictãni, consolidæ maioris ana ℥. 1. gummi elenij opopanacis, benzoini ana ℥. 2. succi iuæ, succi herbæ paralysis an. ℥. 3. terebinthinæ 25 ad põdus omniũ. Omnia concorporabis, distillabis in alembico vitreo.

Extillabit aqua primum: deinde veluti oleosum quid: postremò quasi mel.

Probatur & oleum vulpinum descriptum à Mesuæo, & hoc quoque.

℞. vnguenti de bdellio ℥. 3. liquefiat in vase duplici cum olei de terebinthina, de scylla, aut similis ℥. 3. Ex assata vulpe, vel alioqui cum oleo cocta, infarcta priùs betonica, saluia, calendula, iua arthritica, primula veris, moschata, pinguedo elicitur, è qua cum emplastris mollitoriis vnguenta conficiuntur. Poterunt & eadem emplastra conuenientia aqua vitæ, & saluiæ succo subigi.

Optimum erit corpora paralytica inungi ad 26 ignem sarmentorum vitium.

Aluus mollis perpetuò seruari debet clysteribus, aut pharmacis lenibus, aut suppositoriis.

Modus operationis medicamentorum, & eorum, quæ partibus affectis apponuntur.

Vnctionum, dropacum, phœnigmorum, sinapismorum, vt pars in ruborem attollatur, non exulceretur. Et cucurbitularum breuis mora esse debet, ne quod attractum est, dissoluatur.

Sunt, qui certum experimentum dicant, si pars affecta decocto maioris tithymali foueatur: dein-

de folia eius integra parti ſuperponantur.

Errhinis & Apophlegmatiſmis, vt priùs, vtẽdum eſt. Apophlegmatiſmis 27 cum nodulo, aut baccu- 27 *Vt ex maſtiche, pipere, pyrethr. ſtaphyſagria.*
lo ori appoſito, vt diximus. Paralyticis, & neruorũ doloribus laborantibus vinum prorſus fugiendum eſt. Potus ſit illis mulſa, aqua mellita, quæ fit ex partibus octo aquæ, duabus vel tribus mellis albi, vel ſacchari. Coquantur omnia ſimul. Colentur per manicam Hippocratis cum ʒ. 2. cinamomi, vel decoctum acori conditi.

Pilulæ Cocciæ Rhaſæ, & Meſuæi.

℞. pul. hieræ picræ ʒ. 2. interioris colocynthidos ϑ. 1. dacridij, ϑ. ß. vel gr. 6. turpethi gummoſi, ſtœchad. ana ʒ. ß. cum ſucco fœniculi fiant pilulæ pro duabus doſibus.

Cocciæ Nicolai, ex Galeno.

℞. aloës, abſynthij, pulpæ colocynth. ſquammonij an. ϑ. 1. maſtichis ϑ. ß. cum ſucco fœniculi fiant pilulæ.

℞. aloës, ſcammonij, colocynthidos, agarici, bdellij, gummi arabici, ana ϑ. ß. & gr. 5. cum ſucco abſynthij fiant pilulæ cocciæ. Eiuſmodi pilulæ & caput purgant, & varios humores detrahunt, nec ſtomachum lædunt.

ESVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

In ſtupore, ſeruato motu, aut leuiter læſo, ſenſus amittitur, aut debilior redditur. In paralyſi vtróque priuatur pars ægra, illęſis tamen ſenſibus interioribus. Non enim, vt in apoplexia, vitium eſt in cerebri ſubſtantia. Si id accidat omnibus

partibus infra ceruicem, meninges, aut ſpinalis medulla in exortu affecta eſt. Altera corporis parte reſoluta, dimidia tantùm pars ſpinalis medullæ afficitur, aut meningum. Si qua verò pars ſola (nam partes omnes motu voluntario præditæ, præcipuè quæ proprium neruum & peculiarem habent, huic malo obnoxiæ ſunt) ſiue in capite, ſiue infra ceruicem labore, in illius particulæ neruo, vel eius exortu morboſa eſt affectio. In ἀφωνίᾳ, vocales nerui, per quartam vertebram exortum: in ἀπνοίᾳ, reſpiratorij patiuntur. Sic oculorum reſolutio, ad neruos, qui à ſecunda coniugatione è caluaria emerſi, in oculi muſculos diſperguntur, referenda eſt: palpebrarum, ad neruum tertiæ coniugationis per foramen oſſis orbitæ tranſeuntis: labiorum, ad latum muſculum, neruos è primis vertebris, & ramos è tertia coniugatione: linguæ denique (quod fit præcipuè in balbis poſt apoplexiam) ad neruum è tertia, aut ſeptima coniugatione in linguam perreptantem. Eodem modo reſoluta manu, in principio ceruicis, vel quinta vertebra affectio ſubſiſtit. Senſus tamen aliquis quandóque relinquitur, primæque brachij partes illæſæ ſeruantur. Minore noxa laborant ob læſionem in ſeptimam, aut octauam, ſed maximum inde thoraci infertur nocumentum. In reſolutione parui digiti, & media parte annularis, afficitur neruus in cauitate olicranij, ſiue cubiti, in aliis verò tribus (cæteris illæſis) vulnerata eſt, aut affecta ſpinalis medulla, circà principium neruorum brachij. Per defluxionem omnes digiti patiuntur, aut per concuſſionem. In ſectione non eſt neceſſarium, quòd nerui brachij in principio iungantur, & ſupra cubitum ſeparentur. Cruribus reſolutis, aut pedibus (in quibus faciliùs curatur hic morbus, quàm in manibus, ob ſiccioremem & robuſtiorem neruorum, quos habent, naturam) in vertebris lumborum, aut inguinibus conſiſtit affectio. Sua etiam eſt ano, veſicæ, pudendo reſolutio. Si deſcendat inteſtinum rectum, muſculi ſuſpendentes malè habent, qui ſunt in ipſius lateribus. Si excrementa retineri non poſſunt per aliquod tempus, ſphyncter reſolutus. In reſolutione muſculi veſicæ, & quum pudendum erigi non poteſt, exiſtente ſeminis flatulenti multitudine (quod ſæpè contingit ob violentiorem contrectationem, natationem in aqua frigida, refrigerationem circa perinæum, compreſſionem, equitationem longam, & corporis extenuationē) nerui

Paralyſis vitio neruorum quî fiat.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 115 sur 805

ab osse sacro, vesicæ incerti ac pudendo sunt in vitio.

Parte affecta hoc modo diligenter obseruata, ad causas veniendum. Continens siue coniuncta necessariò in neruo est, per quem spiritus, tanquam radius, in partes inferiores diffunditur: eáque vel intemperies sola, vel cum humore. Trallianus aliquando fieri scribit ab intemperie sicca & calida sine materia. Vix tamen credendum. A calore quidem fieri posse perspicuum est, emolliendo neruos, humores pituitosos liquando, & aditum humorum defluxioni patefaciendo. Quod vinum sua tenuitate facit calori iuncta, vt Galenus docet. Sed quum subitò & confertim Paralysis hominem corripit, dubitandum non est substantiam neruorum humore per defluxionem imbui, vnde molliores redditi extenduntur, & relaxantur, sicuti & tendones. Quo fit, vt ob plenitudinem & obstructionem spiritu non transeunte, vel quia leuissima contractione est opus neruo ad mouendam partem, membrum concidat, & immobile permaneat.

Alexand. Trall. cap. 16 lib. 1.

Galen. in aphor. 5. li. 5.

Sed à quo humore id fiat, non minùs difficile est iudicare. Doctissimis tamen viris non sine ratione videtur, neque à melancholia, neque à bile extra venas excitari paralysim. Non à melancholia, quia neruos siccat potius & cogit, quàm emolliat, vt in elephanticis, quorum membra aridiora facta non resoluuntur, sed imbecillius sentiunt: neque à bile. Cùm enim siccandi vim habeat, & acrimoniam adiunctam, conuulsionem potius inducit, neruos contrahendo & conuellendo. Ergo vel à sanguine solùm (nisi per accidens) vel pituita fieri potest, eáque vel crassa, vel tenui. A sanguine rariùs. Inde tamen oritur, cùm tenuior est sanguis, & multitudine sua viam spirituum intercipit, aut humiditate eosdem extinguit, aut neruos molliendo dissoluit. Idem fit à pituita tenuiore, sed multa, à cerebro defluente, & in neruorum substantiam penetrante. Frequentiùs autem à crassa, neruo tenaciter inhærente. Quæ omnia ex humorum in corpore exuberantium propriis notis, ac victu antecedente facilè discernuntur.

Paralysis qua fiat ex materia controuersum.

Paralysis fit frequentius à crassa materia.

Causæ antecedentes sunt, quæcúnque neruos contundere, comprimere, emollire possunt, casus, ictus, contusio, somnus in spelunca, domus recens polita, lunæ radius, exercitium à cibo, vel somnus. Sed frequentissimè Lutetiæ noua è

Paralyseos causæ antecedentes.

Paralysis & alij morbi frigidi Lutetiæ frequentes.

gypso politura & hunc morbum, & alios frigidos inducit. A relatæ grauissima visa est ex leui vulnere, illæso cranio, sed sanie per meatus futuræ sagittalis ingressa sensim ad tenuem meningem, quæ cerebri substantiam obuoluit, neruos, venas & arterias sustentat. Vnde primùm eiusdem partis resolutio, ex qua mors consequuta est: secto cranio pus inuentum. Quod F. Valeriola, vir Philosophiæ & Medicinæ peritus annotauit: cuius obseruationes propediem in lucem exituras audio.

Curatio perficitur primùm purgato ventriculo, & intestinis, vel pilulis leuioribus, vel clysteribus: syrupis attenuantibus, aperientibus, digerentibus; deinde pilulis paulò fortioribus. Post purgationem, vsu theriacæ per aliquod tempus, inunctione leuiori ad valentiorem progrediendo: repetita purgatione (morbus enim contumax est, & diuturnus) opiatis, gargarismatis, masticatoriis, pulueribus, diæta in corpore humidiore, vnguentis, emplastris, linimentis, balneis, cucurbitulis frequenter adhibitis, exulceratione facta, aquis distillatis, victu tenui. In particulari paralysi topica adhibenda sunt eo tantum loco, vbi affecti nerui, vel musculi est origo.

Phlebotomia.] In plethora, & sanguinea resolutione, contusione, ictu, aut casu, de sectione venæ nulla dubitatio, defluxionis præsertim imminente periculo: liberior quoque, si febris iuncta sit, sed in omnibus ad exiguam quantitatem. Venæ linguæ, si ipsa resoluatur, aperiri debent, præcedente tamen purgatione, & deriuatione.

Acori.] Vulgarem intellige, cuius radix leuiter adstringendo, & resiccando, neruis relaxatis addit robur. Iris quoque recens pituitam purgat, & serosos humores: sicca, pituitam attenuat, & incîdit.

Partes primùm oleo, &c.] Olea calida, parùm exsiccantia non conueniunt, vt de lilio. Cùm enim nerui constitutio frigida sit & sicca, ab ea indicatione sumpta, emollientibus non est vtendum. Admiscenda etiam tandem erunt, quæ leui adstrictione & temperato calore partem affectam roborent. Foueantur partes oleo: deinde pellibus agnorum pinguium, aut vulpis, odore conuenienti imbutis ad ignem inuoluantur. Sequentibus sæpè vsus sum prosperrimo cum successu.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 117 sur 805

℔. vini rub. ℔b. 1. olei lumbricorum ℔b. 2. aquæ vitæ ℥. 2. corniculorum cerui magis ſpongioſorum ℥. 3. pulueris chamęmeli ℥. 1. ſalis ℥. ß. maſtiches ʒ. 6. bulliant omnia duplici vaſe ad vini conſumptionem. Probè miſceantur. *Hollerij experimenta ad paralyſin.*

Ciconia implumis, ſed viua, tandiu coquatur, dum carnes ab oſſibus recedant, in mortario teratur: rurſus in oleo coquito: coctam ſacculo fortiter colato, & abiectis reliquiis, Ceræ, colophonię, ſeui, olei laurini ℔b. 2. olei maſtichini, medullæ cerui, adipis vrſi ana ℔b. 1. galbani, terebinthinæ ana ℥. 4. coniungantur. Emplaſtra molliora, diachylon, reſumptiuum, &c. ſoluta in oleo cham. vel nardino: poſteà quæ diſcutiunt, vt acopa: poſtremò attrahentia, & roborantia, vt metaſyncritica.

ANTO. VALETII EXERCIT. X.

ANimalis facultatis ſymptoma eſt paralyſis, in qua motrix & ſenſifica facultates ſunt læſæ. Læſionis cauſæ intemperies, morbus in cõpoſitione, vnitas ſoluta. Vel enim nerui immodice refrigerantur & humectantur: vel reſoluto humore craſſo in eorum principum incumbente replentur, vt poſt apoplexiam: vel fit obſtructio circa colli vertebras, aut partes inferiores: vel denique ab externa aliqua cauſa, vt duri corporis compreſſione, laqueo, percuſſione, luxatione, fractura, vulnere, afficiuntur. *Gal. cap. 6. lib. 1. de loc. mal. aff. & cap. 10. li. 3. itémque cap. 5. libr. 1. de cauſ. ſympt.*

Paralyſis alia particularis, quæ partem tantùm aliquam, vt brachium, linguam, prehendit: alia abſolutè dicta paralyſis, quæ dimidiati eſt corporis, dextri, vel ſiniſtri, ex obſtructione in ſpinalis medullæ proceſſu facta. *Paralyſis duplex.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 118 sur 805

Paralyſ. curatio.

Curatio vt optimè progrediatur, victus calfaciens, ſiccans, & pituitæ generationem prohibens deligendus. Vinum perinitia noxium, quia tenuitate ſua partes neruoſas facilè permeat & implet: quanquam declinante morbo diſcutiendo & deſiccando mirificè prodeſt.

Si plenitudo adeſt, ſanguis ducitur, ſed mediocri quantitate, ne corpus nimiùm perfrigeretur. Si cacochymia prægrauat, purgatio præfertur.

℞.aquar.maioran.& betonic.ana ʒ.1.ſ.infunde agar.rectroch.ʒ.2. In colatur. diſſol. diaph.ʒ.2. ſyrup.laxat. roſ.pall. ʒ.6.f.doſ. Vel his pilulis vtitor. ℞. ſpecier. hieræ picræ dupl. aloë ʒ.ß.maſſæ interioris pil. de agar. & ſine quibus ana ϑ.1. Excipiantur melle roſato, vel aqua ſalu. f.pil. moll.à primo ſomno exhibendæ.

Pars primariò affecta, vt ſumma ceruix, totáque ſpinalis medulla, oleis calentibus & calefacientibus, vt aneth. chamæm. & ſimil.quibus lanæ floccus madefiat, fouenda. Interim pituitoſus humor quia denuò purgandus, præparatione eget. vt ℞. radic. pæon. mar. ruſc. aſparag. ana ʒ.6. paſſul. munda. ʒ.1.ſummitat. hyſſop. betonic.iuæ arthrit. primul. ver.ana M.1. ſemin.quat. calid. maior. ana ʒ.2 flor.ſtœchad. anth.& cardiac. ana p.1.f.decoct. ad ℔.1.In colatur.diſſol.ſyrup.de duab. radicib. de bizantiis & de ſtœch. ana ʒ.2.F. apozema in quat. doſeis, quod condiatur ʒ.1. cinam. vel electar.aromati.roſ.Sumat æger quatuor ſequentibus matutinis: poſtea purgetur, vt antè. Nec omittenda ſunt toto morbi tempore enemata, ſi aluum contigerit adſtrictiorem eſſe.

His artibus perpurgato diligenter toto corpore, affecta pars ſubinde fouebitur hoc decocto.

℞.maioran.

℥.maioran.beton.salu.mentastr. primul.ver. iuæ arthrit. ana.M.1. thym.epith.flor.stœchad. & anth.ana p.1. f.decoct. in aqua, addita sub fin.tertia vini albi parte, pro fotu ceruic. cum spongia. A fomento sequatur litus.

℥.olei costini, vulpin. & chamæm. an.℥.1. cum vnguento Martiato, vel Aregon. f.linimẽtum. Fortius hoc erit vnguentum.℥. olei costini & rutacei an. quart.1.suc.rut. salu.ana.℥. 2.Bulliant ad succorum consumptionem: adde adip. anser. & œsyp. ana ℥.1. ammoniaci in aq. vitæ dissoluti ʒ.1.castorei, euphorb. ana ℈.1. cum cera f.vnguent.

Oleis,linimentis,vnguentis cõmodè superimponitur vulpina pellis suffumigata, vel(vt loquuntur) sinapizata ex thur.mastich. myrrh.caryoph.cinam. nuc.mosch.lign.aloës, cyper.saluiæ,æquis singulorum partibus.

1 *Quo instar risus canini facies conuellitur.*

Roborabuntur vires conseruis,iuæ arthrit.salu. enul.camp.anth.stœch.mythridatio: vt si mythrid. & duarum ex illis ana semidrachmam sumpseris,& bolũ confeceris,quem post primùm des somnum.

2 *Nam vbicunque musculi congeneres in eo-pp sitis partibus numero sunt pares, magnitudine & robore, alterius partis resolutio conuulsionem facit alterius.*

Si contumacior est paralysis,& longior, proderit guaiaci decoctum vel per se, vel cum radice Cynaræ,aut Salsę Parillæ propinare. Si paralysis acciderit ex lapsu,arcenda, vel etiam, si iam adsit, curanda,phlegmone. Si particularis sit, non alia sunt remedia, præter forsan errhina & apophlegmatismata,instituenda.

3 *Vt resolutæ parti remedia adhibeãtur.*

De conuulsione canina. CAP. II.

SPasmus 1 caninus subita est contractio, vel tempore facta 2 resolutio musculorum masticatoriorum,& eorum, qui peculiariter lati appellantur.

4 *Et vtrùm conuulsa pars sua cõuulsionis causam contineat in se,repletionẽ, aut inanitionem.*

Animaduertendum itaque,vtrum resolutio 3 fit, an 4 conuulsio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 120 sur 805

In resolutione pars affecta, laxa, mollis, à sana trahitur. In conuulsione, dura & contenta trahit sanam. In paralysi siue resolutione saliuatio multa: in conuulsione, non ita. In materia frigida, efficiente causa huius passionis, si nihil repugnat, sanguis mittitur, sed moderatè. Primùm quidem è 5 cephalica: deinde è venis sub 6 lingua. A sanguinis missione, incidendum, 7 & attenuandum hoc modo.

5 *E directo partis cõsulsæ.*
6 *Si tamen lingua intumuerit.*
7 *Quòd crassa sit materia.*

℞.acori,& stœchados ana.M.ß.fiat decoct.in qr.5.aquæ purissimæ. Colaturę addatur mellis communis ℔.ß.plus, minúsve, fiat melicratum despumatum, aromatizatum cum ʒ. 1. nucis moschatæ. Quòd si res vrgeat (acuta enim hæc, & tarda aliquando passio est) clysteres acres 8 iniicies.

8 *Ex decocto capitali, hiera picra, & diacolocynthide.*

Purgabis ex hiera Pachij, ex descriptione Scribonij, cuius hæc est descriptio.

9 ℞.pulpæ colocynt.ʒ. 4. opopanacis & sagapeni ana ʒ.1.& gra.7.marrubij.stœc.agaric.chamædryos ana ϑ.4. petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi an.ϑ.2.cinamomi,spicæ nardi,myrrhæ electæ, 10 folij,croci ana ʒ.ß. & gra. 4. Opopanax, & sagapenum in mortario tundantur,cum affusione modici mellis liquidi, aut syrup. de stœchade Reliqua puluerata misceantur, cum mell.q.s.fiat electarium.

9 *Hoc remedium præparatur conuenienter vtrique cõuulsioni.*
10 *Quòd folium desideretur, substitui potest cinamomum.*

℞.suprà dicti elect.ʒ.2.ß. castorei ʒ.ß.dissoluantur omnia in suprà dict. 11 melicrato,q.s.fiat potus. Vide Scribonium largum. Alioqui alia conuenienti potione 12 purgabimus. Partes affectæ, & tota ceruix oleo aut vnguento inducenda sunt, quale hoc est.

11 *Præstiterit tamẽ dissolui in syrupo de stœch.*
12 *Vt diacarthamo, diaphœnico.*

℞. 13 rad.althææ ℥.1.sem.fœnugræci conquassati ℥.ß.fiat decoctio,in olei cõuenientis qr.3.aquæ saluiæ quart.1. Fiat fortis expressio. Inungatur locus, & tota ceruix. Deinde cum lana insuccata in hoc oleo,partes affectæ & ceruix muniantur.

13 *Hoc linimentum conuulsioni tantùm, quæ per se fit, conuenit, non item ei quæ ex euētu. Fit autem per se cõuulsio, quum pars cõuulsa suæ conuulsionis causam in se continet.*

Postea verò licebit vti oleo de cucumere asinino, de scylla: & in his liquefacere duodecimam partem ammoniaci, bdellij, opopanacis, galbani. Post hæc apophlegmatismis, caputpurgiis, 14 & aliis, quæ caput partim euacuant, partim corroborant,vtendum erit.

14 *Si modo peculiaris ægri natura et affectio non te auocet.*

Nodulo itaque foliis lauri pleno, & in decocto conuenienti madefacto, palatum illinendum erit, quale hoc est.

℞. nucis moschatæ, pyrethri ana ʒ.2.sinapi, piperis ana ʒ.1. decoquantur omnia in mulsæ ℥.4. Ex eadem mulsa poterunt fieri caputpurgia. Probatur hoc caputpurgium.

℞. 15 anagall. panis porcini, nucis Indicæ, nucis moschatæ,cucumeris asinini, piperis, acori, pyrethri ana 16 ℥.ß. Conquassata omnia bulliant in olei de keiry ℔.2. aquæ maioranæ qr.3. vel in sola aqua maioranæ.

15 *Et eius quidem, quæ cærules est floris.*

16 *Duplo minori dosi sunt hi pulueres præscribendi.*

Vsus tempore resupinetur æger, & stomacho vacuo, quinque aut sex guttæ naribus instillentur: aut sæpiùs nares interiores inungantur. Oleum verò vnctioni occipitij, colli, regionis sub mento, & affectæ partis conuenit.

Teneat in ore acorum 17 conditum, zinziber conditum, nucem moschatam. Frictiones quoque auertendæ materiæ conueniunt. Sic etiam cucurbitulæ, quæ primæ, & secundæ vertebræ cerui-

17 *Vt materia euocetur, & suaui anathymiasi rerũ aromaticarũ caput recreetur.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 122 sur 805

cis 18 admouendæ ſunt.

18 *Modo à reſolutione partis oppoſitæ per accidẽs non fiat conuulſio.*

Inueterato atque contumaci morbo Rhazes probat 19 cauteria poſt aures,& in ceruice.

19 *Pyrotica potentialia, præſertim quæ fiunt ex capitello.*

Dropaces quoque ſimplici 20 vtendum erit ex picis ℥.4. olei liliorum ℥.1. liquefactis & extenſis in aluta.

20 *Ad conuulſionem ex euẽtu, vt materia euocetur, pors conſeruetur, calor excitetur.*

Caſtoreum quoque teneatur ſub lingua. Hinc ad ſinapiſmos,& phœnigmos deueniendum eſt.

Victus inſtituatur incidens,& attenuans, qui in media materia temperetur.Cibus ſit liquidus.

21 *Vt lana ſuccida carpta,*

Quæ topica admouebuntur, 21 conſeruentur calida.Nam refrigerata vehementer nocent.

Loco tepido,lucido,ſtragulis quoque mollibus decumbat. Madefactionibus capitis abſtinendum eſt, quia caput replent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Quæ ad huius morbi exactam cognitionem pertinent, ſequentis capitis ſcholiis explicabuntur.

ANTO. VALETII EXERCIT. XI.

ORis diſtortione ſeu conuulſione affligitur,cui os ad alterum latus contorquetur,& oculum, ad quem illud conuellitur, occludere nequit.Expirante ægro flatus ab altera tantùm parte prorumpit & efflatur. Fit, vt plurimùm, ex nerui muſculum mouentis repletione,à qua nerui eiuſdem breuitas, & eius, quam mouet, partis contractio. Curatio ex cap.de paralyſi repetenda. Priuatim tamen hîc ægri ceruicis vertebrarum , necnon faciei & frontis inunctione frequentiori ex coſtino oleo vtimur. Porrò de oris conuulſione, quæ paulatim,

non ſubitò inuadit, qualis eſt, quæ phrenitidi pernicioſæ, aliiſq; acutis morbis, morte iam imminente, ſuperuenit, hîc non agitur: talis enim inſanabilis.

De 1 conuulſione. CAP. 12.

COnuulſis eadem ferè ratio vitæ 2 inſtituenda eſt, vt etiam phlebotomiæ: ſiquidē à plenitudine crudorum humorum contracta eſt.

Initiò ceruicem, & vicinos muſculos laxante 3 & emolliente oleo, eóque tepido fouebis, lanáque in eo immerſa conteges. Atque, vt calor conſeruetur in parte, veſicam ex dimidio plenam oleo tepente ſuperpones, aut eiuſmodi ſacculos.

℞. ſem. lini leuiter 4 conquaſſati M. ß. furfuris 5 frixi, florum cham. & anthos ana P. 1. ſalis communis torrefacti, & puluerati 6 ℥. ß. fiat ſacculus, aut plures eiuſmodi ſacculi, qui ſubinde recalfacti calorem in parte retineant. Leues 7 ſint ſacculi, & ea omnia, quæ læſis partibus, atque dolentibus ſuperponūtur. Clyſterum quoque mollium vſus eſt, vt huius antiquorum.

℞. rad. althęæ ℥. 2. ſem. leni. & fœnugr. an. ℥. ß. fiat decoctio in aqua ad ℔. ß. cui adde olei communis ℔. ß. fiat clyſter, tepidus iniiciatur.

Articuli corporis linteis calentibus fouendi ſunt.

Materia hyſſopi decocto in mulſa, & 8 rebus eiuſmodi incidenda eſt.

Deinde 9 purganda vt priùs, in ſpaſmo canino, & ſoda phlegmatica, aut agarici, aut diaphœnici

Gal. cap. vlt. li. 12 Meth.

1 Quæ eſt à repletione muſculoſi generis, quæ ſola curationem recipit. Quæ enim cōuulſio facta ob immodicam euacuationem, eſt exitialis. Gal. cōm. in aph. 1. li. 5. & in aph. 25 lib. 7.

2 Modo nulla fracturæ & luxationis excuſatio poſſit afferri.

3 Vt mucaginibus althææ extractis in aqua chamemeli et ſaluiæ, oleo liliaceo, adipe anſerino.

4 Vt vires ſuas exerat.

5 Ad exhauriendā materiam & ſiccandam partem. 6 Vel ℥. 1. 7 Ne ſuo pondere naturam opprimant. 8 Vt hydromelite organato, decocto ſtœchados, betonicæ. 9 Vt electario, bolo, pilul. ſyr upo ſolenni, cephalico phlegmagogo, accommodatu materiæ morbificæ, partibus affectis, & viribus ægri.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 124 sur 805

ʒ.3.in conueniente mulsa dissolutis.

Molliter fricetur ceruix, spina, spatulæ cum vnctionibus conuenientibus, quales sunt.

℔.olei terebinthinæ, olei lumbricorum an.ʒ.2.axungiæ humanæ ʒ.1.simul misce, liquefiant simul.

℔.olei de costo, cum quarta parte pinguedinis castoris, lutræ, melis, 10 quem Taxonem, aut Blerellum vulgò vocant.

℔.vulpem bene pinguem, corio detracto, & exẽteratam, confixam caryophyllis, infarctam 11 hoc modo, & assatam.

℔.rad.althęæ & liliorum an ʒ. ß.rad.acori, ireos ana.ʒ.2.chamæpyth.herbæ costi, maioranæ, calendulæ an.P.2.florum anthos, meliloti & chamæ.an. P.1 styracis, ladani pinguis.mastichis, castorei an.ʒ. 3. Omnia in mortario contundantur cum oleo de vermibus.

Malaxentur, farciatur vulpes, & 12 benè consuatur, assetur cum aspersione aquę vitę. Quod distillatur pingue, excipiatur subiecto vase, in quod infusum sit 13 acetum.

Deinde vulpes in aqua coquatur: quod supernatabit pingue, tum in aqua, tum in aceto, vsui reseruetur.

Vtilissimum est post vnctionem pellibus hædorũ, agnorum, luporum, vulpium, arietum, recens extractis, atque etiamdum calidis 14 pattes inunctas contegere. Quòd si pelles iam refrixerint, immergendæ sunt 15 oleo calido, vt recalescant. Aliud.

℔.vini rubri ℔.ß.ol.liliorũ ℔.2.rasurę mollioris partis, & magis spongiosæ cornu cerui ʒ.1.salis.ʒ.1. florum cham. ʒ. 6. mastichis. ʒ. ß. bulliant omnia

10 *Vel solum taxoninum adipem misce cum oleo rosaceo, & hapsus eo imbuatur, vt hoc* ℔.*olei de costo* ℔ ß. *adipis Taxonis* ʒ.1.ß. *Misce, illinãtur affectæ partes.*

11 *Vt lauro, angelica, baccis lauri.*

12 *Ne exitũ habeat farcimen.*

13 *Ad incidendum magis.*

14 *Vt simili calore recreẽtur. Noster enim natiuus calor simili gaudet calore.*

15 *Vt aneto simplici, Iliac. aut chamæmelino.*

in vaſe duplici ad vini conſumptionem. Hinc ad 16 vnctiones calidiores tranſeundum eſt, de quibus ſuprà.

Balneum quoque commendatur ab antiquis, ad vmbilicum ex hydrelæo, cuius modus eſt ex æquis partibus aquæ & olei. Perſeuerante malo, olei balneum conuenit calidum, & domicilio calido, quod ita præparabis. Quintam partem olei calfacies, & quatuor 17 partibus non calfactis commiſcebis. Alioqui ex decocti fœnugræci in aquæ tribus partibus, & olei tertia parte balneum præparabis, quo totum corpus immergatur.

Sed balnei modum eſſe oportet, ne 18 vires reſoluantur. Itaque ſolis 19 irrigationibus vtendum erit, vbi vires non 20 ſinunt.

A balneo tempeſtiua eſt 21 vnctio ex ſuprà dictis oleis, aut in quo ruta, coniſa, roſmarinus, artemiſia, ſeſeli cum modico cinamomi coxerint, quibus aliquando decima, aut duodecima pars caſtorei adiicienda eſt.

Veteres omnes & recentiores Medici caſtoreum propinant è mulſa. Doſis caſtorei à ℈.2. ad ʒ.2.

Cucurbitulæ partibus affectis, ſed cum 22 ſcarificatione, admouendæ: ſed iam progreſſo morbo, & benè purgato corpore.

Aurelianus in acceſſione, leuibus: in dimiſſione, cum ſcarificatione vtitur, occipitio & collo defixis.

Remedium Hippocratis 23 eſt aqua frigida, in iuuene bene carnoſo, & æſtate media.

Paulus, Celſus, Aurelianus, tota denique poſteritas 24 reprobauit. De excitanda febre non con-

16 *Cuiuſmodi balſamum factitium, ab Authore propoſitum cap. de paralyſi.*

17 *Simplex enim oleum omnis eſt caloris impatiens.*

18 *Corporis nimirũ raritate.*

19 *Particularibus.*

20 *Multis enim effœtæ languent peculiari natura, corporis raritate, ſpirituũ oppreſſione.*

21 *Vt ex oleo irino cum caſtoreo.*

22 *Sublato tamen omni fluxionis metu.*

23 *Aphor. 21 lib. 5.*

24 *Sed falſo.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 126 sur 805

uenit. Qui prouocant, vtuntur authoritate Hippocratis, Apnor. 70. lib. 5.

Herophilus quoque febriculam laudauit: Asclepiades simpliciter febrem. Auicennas & Arabes febrem prouocari nolunt, nisi diariam.

Cum melle castoreum, aut sagapenum, aut opopanax auellanæ magnitudine febrem excitare scripsit Celsus: sed hoc non caret periculo.

Cæterùm ex Gal. sic habeto. In morbis frigidis, quos humor crassus, contumax & multus generauit, febris satis vehemens excitari potest. Leuis enim nocet, nec prodest, exemplo filij Numeni: cui, cùm apoplexia correptus esset, febris accessit mediocris: quæ cùm noceret, & per infirmitatem caloris non prodesset, mors sequuta est. Oportet enim febrem fuisse magnam, quæ talem humorem calfaceret, incideret, concoqueret, & discuteret. Itaque vt est materia, ita febris consilium temperandum est, sitque non minor, quàm quæ prosit, neque maior, quam quæ lædat.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

In paralysi resoluuntur nerui, & languidiores humore flaccescunt, ita vt concidant in partem sanam: in conuulsione, contorquentur musculi simul cum neruis & tendonibus, contrahuntúrque præter voluntatem ad suum principium, & partem sanam secum in angustum adducunt. Exempli gratiâ. Conuulsis temporalibus musculis, contrahuntur dentes, ac stridենt resolutis, hiatus fit oris. Proinde si σπασμὸν neruorum distentionem, vt Celsus, interpretari velis, ambigua vox erit cum paralysi, cum distētio & contractionem, & extensionem significet. Hinc quoque perspicuum, paralysim à siccitate vix, aut nunquam fieri. Siccitatis enim ea est natura, vt absumpta

Cornel. Celsus capit. 8. lib. 2.

pororum humiditate corpus contrahat, nunquam relaxet, nisi fortasse per accidens, vt si ob siccitatem nerui spiritu priuati non turgeant, neque dilatentur, sed flaccescãt. At si paulò diuturnior sit, & intemperantior siccitas, haud dubiè, vt æstus chordas citharæ impensiùs resiccatas tendit ac rumpit, sic neruos eadem, aut similis in corpore siccitas, præsertim calori iuncta, flectet, contrahet, & tandem etiam disrumpet, non autem relaxabit. Humiditas tamen vtrúnque efficit. Nam & tendit solidam substantiam penetrando ac dilatando, vt pluuioso tempore eædem chordæ inflantur: & relaxat leniendo, vt si quis corium resiccatum pinguedine oblinat, vel humore imbuat. Quare tam conuulsionis, quàm paralyseos humiditas causa esse potest. Sed in illa neruos contrahit ob plenitudinem: in hac relaxat ob madorem. Siccitas autem nunquam efficiet paralysim, nisi κατὰ συμβεβηκὸς. Inde etiam efficitur, humorem in paralysi tenuiorem esse debere, quia in solidã substantiam neruorum penetrat: in conuulsione verò crassiorem, quia tantùm replet.

Duplex alia difficultas. Vna, quòd cùm in conuulsione affectio sit sæpiùs in neruis, quàm in musculi corpore, nihilominus musculi, non nerui, morbus esse dicatur. Altera, quia definitur per motum, cùm tamen pars læsa ita immobilis rigeat, vt in contrarium nullo modo flecti possit. Hoc fit, vt dicam verbo (non enim argumenta soluere, nostri est instituti) tonico motu, de quo Galenus libr. 1. de Musculorum motu. Illud verò, quia musculus proprium est motionis instrumentum. Quomodo autem ad proprium cuiúsque particulæ organum morbus referri debeat, Galenus copiosè docet de morborum & symptomatum causis. Nobis satis fuerit morbi huius notionem primùm animo complecti; deinde partem affectam nosse: tertiò affectionis causam: postremò curationis summam. Quæ omnia breuiter sic habeto.

Cùm vel corpus, vel illius membrum aliquod repentè contortum & inflexum apparuerit, perinde ac si in naturali situ esset, rigidum tamen est, nec ab eo situ potest dimoueri, etiamsi eò vi inflectere conêris, quò, cùm secundum naturam habebat, pro arbitrio dirigebatur, conuulsionem esse, suspicandum est musculorum, vel plurium, vel alicuius, qui ad sua ipsorum

principia contracti, partem simul, cui inseruntur, adducũt, immobilémque reddunt, ita, vt vel recta, vel inflexa, vel contorta videatur. Hoc tamen obseruato, ne id articulorum ossium vitio fiat. In his enim sæpè vel callus gignitur, vel delapsus humor intra cauitatem prohibet liberam in iuncturis motionẽ. Quod intelligetur, si nec repentè, nec affatim, nec post febrẽ ardentem affectio inciderit: si luxatio fuerit in particula læsa, non rectè curata: si contusio, aut aliquid simile antecesserit. Tunc enim musculi primariò non afficiuntur, sed flecti ossa in iuncturis nequeunt, licet ipsi quoque tandem trahantur in cõsensum. Cùm enim diu manent immoti, otio propriam mouendi vim tandem amittunt.

Partis affectæ dignotio est huiusmodi. Si totum corpus subitò conuellitur, vt in epilepsia, neruorum principium patitur. Si caput antrorsum curuatur, & mentum annectitur pectori, duo musculi anteriores caput flectentes laborãt, éstque ἐμπροσθότονος. Si in dorsum & scapulas contorquetur, ex duodecim musculis caput extendentibus in posteriore parte colli, vel aliqui, vel omnes afficiuntur, dicitúrque affectio hæc ὀπισθότονος. Quãdo ceruix recta & immobilis manet, in neutram partem curuata, vtríque musculi & anteriores & posteriores τέτανον efficiunt. Si oculus contorquetur, στραβισμὸς erit, musculis, qui ipsum mouent, conuulsis: si mandibula, τρισμὸς temporalibus contractis, vel neruis è secunda & tertia coniugatione. Si labra & nares, & pars contracta sanam ad se adducit, in vitio est latus musculus, ex quo musculi narium, superciliorum, & labiorum fiunt, vel nerui à primis vertebris & ramis tertiæ coniugationis, Græcis κωνικὸς σπασμὸς nominatur. Si vtráque pars, dextra scilicet, & sinistra lædatur, musculi vtrínque contracti, Sardonium risum faciunt, maxillares nimirùm in latera, os & labra deducentes, ita vt ægri perpetuò ridere videantur. Idem iudicium de cæteris partibus. Semper enim affectio ad musculum authorem illius motus, qui læsus est, referri debet.

Sardonius risus.

Conuulsio à siccitate & inanitione lethalis.

Fit autem hic affectus neruis, vel musculis aut exsiccatis, vel calefactis, vt à vulnere, & post largam sanguinis missionem, febres ardentes, meningum inflammationes, vel cerebri. Atque sic lethalis est. Aut congelatis: vt ob refrigerationem humorum, vel sudorem refrigeratum,

vel ventum frigidiorem : aut inflatis : vt à pituita viſcida (nam rarò fit à ſanguine) vel poſt morbum non ſatis exſiccatum, vel ſanie collecta in aliqua parte capitis, vt meningibus, ob vulnus: vel à flatibus medicamenti, vel agitatione materiæ, vt poſt hellebori potionem. Ab ebrietate, crapula, ſuppreſſa vacuatione conſueta, exercitatione intermiſſa, phlegmone, dolore, conſenſu vteri, morſu, puncto neruo, aut tendone, affecto ore ventriculi ab æruginoſa & bilioſa materia, vermibus, fungis, ab ictu feræ venenatæ, & ſimilibus.

Hippocrates hæc omnia ad duas cauſſas reduxit, inanitionem & repletionem. Tertiam recentiores addiderunt per condolentiam, affectúmque vocant non proportionatum ad materiam, cum mouetur cerebrum in ſeſe, vt expellat, quod noxium ſentit, vt dolente neruo ob punctura, aut alicuius animalis venenoſi morſum. Sed hanc Galenus ad inanitionem: alij, quia materia venenoſa eſt, licet pauca, ad plenitudinem referunt. Hellebori quoque potio ad vtrámque cauſam reduci poteſt. Ex antecedente vita, vel morbo, vel habitu corporis omnia facilè diſcernuntur. *Hippo. aph. 39. lib. 4. & Gal. Comen. 1. in Prorrh. ſent. 27.*

Attamen Galenus comment. in aph. 2. lib. 5. dicit conuulſiones fieri ex vulneribus, ratione inflammationis ipſa ſequentis, & ad neruoſas partes pertingentis.

In curatione torturæ oris ſuperiore capite deſcripto vtẽdum clyſtere, deinde coquentibus pituitam: in plenitudine ſine eruditate, ſectione venarum linguæ, gargariſmatis digerentibus, formulis in ore retentis aqua vitæ formatis, quibus nihil præſtantius, inunctionibus, ſacculis, ſuffumigiis, emplaſtro ex gummis calfacientibus.

Ab inanitione non curatur: ſed prohibendum ne fiat, ſublata cauſa, vt in febre ardentiſſima & phrenitide, ſi à nimia ſiccitate periculum immineat conuulſionis, ſpinam inungendo, ne nerui exſiccentur, vel irrigatione ex refrigerantibus ob febrem, & humectantibus, ob neruorum ſiccitatem.

A vomitu, aut immodica vacuatione curari poteſt, humiditatem reparando per humectantia, & quæ hecticis proſunt.

Si à punctura fiat, vulneri latiori reddito & aperto oleum

de terebinthina imponendum, vel de euphorbio, cum emplastro de Galbano, sedandus dolor, vulnus ad cicatricem non ducendum, nisi post multum tempus. Extremum remedium est, tendonem vel neruum ictum abscindere in parte supra punctura.

A venenosi animalis morsu, cucurbitula cum multo igne suprà partem affigenda, vel cauterium, vel antipharmacum. Intrò sumenda theriaca cum herbæ decoctione, quæ sit veneno accommodata, theriaca etiam vulneri imposita prodest.

A sanguine, sæpiùs repetenda est venæ sectio, & oleis mediis vtendum. A pituita, curatur coctione materiæ & eductione, vt de Paralysi dictum est, additis malacticis ad inunctiones, balneis, & similibus.

In conuulsionibus capitis & humorum refrigeratione, calidioribus vtendum, partes lana succida inuoluendo, cucurbitulis, sectione quãdoque illius venæ, quæ supra primam dorsi vertebram apparet.

A meningum punctura, aperiendum cranium trepano, aut alio instrumento, vt materia transpiret, aut epipasticis trahenda, nisi subsit plenitudo.

A ventriculo, tutiùs clysteribus acribus, aut pilulis vtimur, quàm vomitu, ne os ventriculi contactu veneni lædatur. Cõueniunt etiam spinæ inunctiones.

Vnctione conuenienti] Sequens medicamen excellentissimum est in resolutione linguæ, oculi, labiorum, risu Sardonio, tremore capitis & totius corporis, ac omni capitis percussione inflatis præcordiis, & similibus.

℞. cinamomi, croci nardi, costi, styracis rub. opopanacis, myrrhæ, melanopiperis, seminis rutæ, succi abrotoni ana ʒ. 9. dauci ʒ. 4. ß. moschi, benzoini ana ʒ. 1. mellis q. s.

Pinguedini anserum syluestrium quos vocant Otidas, & Phalacrocoracum (vulgò Cormoranos nominant) plurimùm tribuunt leniendis doloribus Sortilegi. Paranda autem est eo modo, quo Gattinaria ex Nicolao Florentino docet de ansere vulgari, capite de Spasmo. Sumatur anser pinguis, & euisceretur: dein ælûrus (catrum vocant) minutim incisus in anseris ventrem cum lardo, thure & myrrha recondatur, suatur anseris venter, veru ad coquendum configatur. Interim

vero vas aceto albo ſemiplenum ſupponatur, cum pinguedo vera ab anſere liqueſcens decidere cœperit, quæ aceto ſupernatans reſeruabitur. Alius ſubinde anſer in eodem aceto incoquatur, indéque pinguedo plurima enatabit: ex qua cum priore mixta parabitur litus. Idem artificium in Oride, phalacrocorace, & aliis. Oleum de enula, irinum, de ligno ſancto, crocinum Meſuæi, lumbricorum, axungia humana, de ſtyrace, de euphorbio, de caſtoreo, piperibus, philoſophorum, de coſto, cum parte illius pinguedinis, aut mellis, & modico caſtorei, piperis, euphorbij conueniunt.

Cucurbitulæ.] Cauendum, ne tendonibus affigantur, ſed muſculi principio, aut medio, ad iuuandum eiuſdem actionem. Quibuſdam locis commodè adhiberi non poſſunt, vt labris, ſupercilliis, digitis, vbi ſanguiſugæ: aut earum loco, vt in palpebris, & lingua, ſcarificatus erit ex vſu.

Aquæ per fuſio, febru.] Hæc duo remedia à veteribus multùm commendantur. Periculoſa tamen ſunt, vt ratio & experientia demonſtrant. Timendum enim in perfuſione frigidæ, ne materia magis inde refrigerata, altiùs impingatur. Si tamen ſpes certa ſubſit calorem à frigore, quaſi antiperiſtaſi quadam, intrò poſſe cogi, vt in principio, æſtate media, iuuene bene carnoſo, non omninò negligendum. Febrem quidem Hippocrates dixit morbis à craſſa pituita mederi, rigore & calore: quia rigor materiam commouet, exagitat & purgat: calor coquit, tenuat, incidit, reſoluit. Sed cùm, ſi vehementior ſit, tollat ægrum, minor verò coquendo morbo non ſit ſatis, longè tutius eſt eam vitare, niſi ſponte ſuperueniat. Difficile enim fuerit in medio conſiſtere. *Hipp. apho. 26. lib. 2.*

ANTO. VALETII EXERCIT. XII.

COnuulſio deprauatus eſt motus, quo fit partis vnius inſtrumẽtariæ, aut plurium, ſuam verſus originem præter voluntatem contractio. Atque ea quidem vel per ſe, vel per conſenſum. Per ſe, ex repletione aut inanitione nerui, vt eſt comment. 1. in *Gal. cõm. in ſent. 4. ſect. 1. lib. 3. Epid.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 132 sur 805

sent.27.prioris Prorrhet.Per consensum,vel ab humore tenui, acri & æruginoso, ventriculum lanci-
nante,vt cap.vlt.lib.12. Meth.vel à potu frigidæ, vt
cap.5.lib.9.Meth.vel à crapula,vt lib.3.de Temper.
& aph.5.lib.5.vel à diaphragmatis,aut vteri inflam-
matione, vt comm. in sect.2.lib.3. Epid. vel ex ma-
ligna assumpti medicamenti qualitate, vt apho.25.
lib.7. & aph.1. lib.5. aut à forti frigore, & humoris
crassi sanguinem congelantis copia, vt commen. in
sent.27.lib.3.Prognosticon : vel à vulnere, ratione
consequentis inflammationis,quæ in neruosas par-
tes irrepserit, vt comm.in aph.2. lib.5. vel denique
Gal.comm. ad apho.57. lib.4. ab ictu,morsu,&c.De his fusiùs Hollerius.Conuul-
siones, quæ ab initio inuadunt, ferè omnes à reple-
tione originem ducunt,& communem habent, vti
antè dictum est, cum paralysi curationem. Aduer-
tendum tamen linimenta iis, quæ fieri debent in
paralysi,hac in re contraria esse,quòd propter con-
tractionem vehementiorem emollientia esse opor-
teat,& fomenta minimè adstringentia.

Gal.cõm.in sent.24. & 57.sect. 2. lib.1.Epid. Adhæc cõuulsionibus opportunissimi sunt pue-
ri, præcipuè dentitionis tempore,ob neruosi gene-
ris imbecillitatem,& voracitatem.Sed hæ immissis
clysmatis, fotu ceruic.ex oleo iasmino,aut lumbri-
corum, calente, non omisso interim ventriculi litu
ex oleo stomachico,facilè sanescunt.

De angygloßis, seu mogilalis. CAP. 13.

ANgygloßi difficulter pronunciant.L,R,K, at-
que in loquendo restitantes loquelam præci-
pitant.Gal.comment.2.lib.1.Epidem. τραυλὸς ap-
pellat,quiex musculorum linguæ vitio balbutiunt.

Naſcitur enim id vitij, aut quia breuior lingua, vel quòd imbecillior ab intemperie humida, vnde & mollior, vt in quadam paralyſi: nonnunquam ex intemperie ſicca, frigore, ira concitatiore, calore. At ſæpiùs hic naſcitur morbus ab adſtrictione membranæ linguæ ſubiacentis.

Purgandum corpus: parciùs viuendum, vt minor ſit copia ſanguinis: refrænantibus ſanguinem alimentis, frictionibus reuellendum.

Albucaſis parte 2. inciſionem ſecundum latum inſtituit, & ab arteriæ, quæ illîc eſt, ſectione cauet, hæmorrhagiæ metu. Colluit ſtatim aqua roſ. aceto, aq. frigid. vitata poſca. Sed in mediam inciſionem inducit linamentum, ne rurſus pars ligamenti reliquo ligamento conſueſcat. In hæmorrhagia lenticulari cauterio inurit.

Quòd ſi breuioribus neruis, qui ad motum in palatum & dentes feruntur, id acciderit, res incurabilis, vt quum breuior lingua. Aliquando ſicciori-bus iiſdem, nec ita ſeſe extendentibus accidere poteſt.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Epiſcopus Senenſis magi-ſtratus.

Eo morbo laborans Epiſcopus Senenſis, frater domini de Beaujour, cum medicos impoſtores ad curationem adhibuiſſet, conſumpta grandi pecunia nihil profeciſſet, ac tandem me vocâſſet, aperto malo, & variis cõmemoratis cauſis, quas medici ſuſpicarẽtur: cúmque vnicam cauſam eſſe adſtrictionem membranæ, quæ ſub lingua eſt, vnde prohiberetur motus linguæ, qui ad primores dentes extẽditur, indicâſſem, necnõ vnicũ eſſe remediũ ſcriptũ à Celſo, Paulo Æg. Aëtio, & recentioribus medicis, cognitum etiam vulgo, vt membrana illa ſuccideretur, miratus quod affirmarem eam cauſam vnicam & curationẽ ab omnibus ſcriptã medicis, ignoratam ab iis, qui-

bus sese commiserat, omnino sese consiliis nostris submisit. Monui, nam peregrè proficiscebatur, vt experto chirurgo vteretur: qui volsella prehensas membranas (filum vulgus appellat) succideret, ne altiore plaga hæmorrhagia moueretur. Quanquam scribit Celsus nouisse quendam, qui succisa ea membranâ nihilo melius sit loquutus. Adeò (inquit) in medicina etiam, vbi perpetuum est, quod fieri debet, non tamen perpetuum est, id quod sequi conuenit. Sed & priusquàm ad incisionem veniretur, suasi totius corporis & linguæ reiccationi incumbere. Ille autem interceptus negotiis de morte fratris cæsi, & inde contra homicidam commota causa, abiit. Adhæc quibusdam incisum est filum, sed mansit intermedius callus, non caro mollis: vnde nihil effectum fuit. Quod chirurgis diligenter considerandum.

Corn. Cels. cap. 12. li. 7.

ANTO. VALETII EXERCIT. XIII.

DE angigloſſis seu mogilalis tractatio quanquã chirurgica est tota, committere tamen non potui, vt hoc loco supprimeretur, cùm & manuscripto exemplari appicta sit, & historia non vulgari locupletata.

De incubo. CAP. 14.

INcubus, qui ἐφιάλτης, ἐπιβολὴ, 1 à Themisone πνιγαλίον dicitur, neque deus, neque semideus, neque Cupido, quod veteres crediderunt, neque dæmon, quod Theologi existimant, neque incubans vetula, sed vapor quidam crassus, qui partim vias spiritus animalis intercipit, vnde & loquendi, & respirandi difficultas: partim animæ offunditur, vnde phantasia, & spectrum quoddam, quale 2 frequens est in somniis.

1 Ex Paulo Ægin. cap. 15. lib. 3.

2 Præsertim melancholicis & pueris.

Sed ideò incursare, atque etiam opprimere thoracem,

racem,constringere collum, præcidere vocem, apparet,quia his maximè partibus labor est.Pueros & 3 obesa corpora aliquando suffocat: alioqui epilepsiam denuntiat.

Incubus enim epilepsia quædam nocturna est. Multos olim Romæ, quod scriptum reliquit Sysimachus,vno anno confecit. Itaque qui incubo opprimitur,statim excitandus est. Posteà videndum, ne affectio eiusmodi redeat.

Imperanda est sobria vita,cœna frugalis,vitæ ratio è media 4 materia,frequens ablutio extremorum.Sæpe etiam pectendum caput est ex ebore, in 5 posteriorem partem ducto pectine.

Melicratum plus minúsve dilutum pro 6 ratione,in quo radix fœniculi,asparagi, petroselini, graminis, acetosæ, cichorij, endiuiæ, radicis capparis, hyssopus,buglossum borrago,endiuia, summitates lupuli, fumaria, 7 cetherac, 8 scolopendrium, capillus veneris, cuscuta, passulæ mundatæ ab atillis, pruna,sebesten,flores anthos,violarum,borraginis, decoxerint.Quale hoc erit.

℞.rad.fœniculi,radicis graminis ana ℥.ß.summitatum lupuli P. 2. hyssopi, trium florum cardiacorum,passularum,glycyrrhizæ ana P. 1. fiat decoctio ad lib.1.ß.in col.dissol. 9 mellis albi, sacchari albissimi ana ℥.2.fiat melicratum.

Deinde purgandum corpus hoc modo.

℞.cassiæ, vel cathol.℥. 10.dissolue in sero lactis caprini,vel alteriùs,cũ ℥.1.syrupi.violati fiat potus.

Pro rationæ materiæ licebit vti fortioribus,quæ partim in capite de epilepsia, partim in capite de melancholia dicentur.

3 *Vbi materia exitum non habet.*

4 *Neque humida,neque sicca,sed temperata:vt carne vitulina,pane medio,eóque bene fermẽtato.*

5 *Occiput versus.*

6 *Temperamẽti & cœli.*

7 *Verum scolopendrium.*

8 *Phyllitis Matthioli.*

9 *Vel potiùs syrup. violacei & capill.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 136 sur 805

Nec omittenda phlebotomia, si res 10 exigat.

Clysteres quoque & frictiones ex vsu sunt, quia fumos reuellunt. Errhina quoque & apophlegmatismi ex leuiori 11 materia. Cucurbitulæ in cruribus & omoplatis, pulueres quoque, maximè à cibo, qui fumos prohibeant 12 & morbo conueniant. Qualis hic est.

℞. 13 coriandri præparati ʒ.2. specierum diamarg. frigidi, & diarodon Abbatis an. ʒ.1. sem. nigri pœoniæ ϑ.2. coralli rub. ʒ.ß. macis, cinamomi an. ϑ.1. cũ modico sacchari rosati, fiat mixtura, vtatur post pastum cochlearis dimidio.

Bibere quoque medio 14 pastu, non in fine, hoc adiuuat.

Cucuphæ quoque parãdę sunt ex floribus anthos, stœchados, & cæteris rebus capitalibus, vt priùs.

Dropax quoque 15 simplex tum hypochondriis tum etiam capiti commodè aptari potest. Calidus applicatur, & ne pertinaciùs inhæreat, linteolum rarius, & vehementer attritum 16 interponendum est. Componatur dropax ex quinque partibus picis, & vna olei de spica, vel mastiche.

10 *Vt si venæ sint sanguine distentæ.* 11 *Vt mastiche, saluia, maiorana.* 12 *Vt puluis ex corallo, saccharo ros. & margaritis confectus.* 13 *Vel hunc præscribes.* ℞. *coriand. præpar.* ʒ.2. *corall. rubr. margar. electuarium an.* ʒ.ß. *rasuræ eboris.* oß. *de corde cerui ana* ϑ 1. *cinamomi* gra. 6. *sacch. ros.* ʒ.4. *f. puluis subtilißimus. vtatur à pastu cochlearis dimidio.* 14 *Vt iactis cibi fundamentis.* 15 *Ex pice.* 16 *Inter picẽ & cutem.* *Aureliũ initio cap.* 3. *lib.* 1. *Chronion.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ἐφιάλτης ἀπὸ τῦ ἐφάλλεσθαι, quòd qui eo affectu laborant, noctu quiddã sibi incumbere existiment, à quo inuadantur & opprimantur cum difficili respiratione, immobilitate, ac voce præpedita, vt propè suffocari videãtur. Vnde & à Themisone, epistolarũ li. 11. (teste Aureliano) πνιγαλίων ἀπὸ τῦ πνίγεσθαι Ex veteribus etiã nonnulli ἐπιβολὴν nominarũt, quod Aurelian⁹ quoque refert. De parte primariò affecta non omnium idem iudicium. Interpretes Arabũ priorem cerebri ventriculum, vel spinalis medullæ exortum vapore crasso, aut etiam humore,

qui tamen facilè dissoluatur, oppleri aiunt. Posidonius non humore, sed crasso & frigido vapore spiritus animales per neruos ferri prohibente. Vtrúnque minùs probabile. Alioqui enim inde necesse esset vel epilepsiam, vel apoplexiam, vel earum generari, aut saltem respirationi tantam noxam non inferri, aut thoraci: à quo cùm totius mali origo ducatur, grauiúsque cæteris laboret, in eius venis summam plenitudinem esse consentaneum est. Quod & symptomata indicant, pondus nimirùm thoracem opprimens, & difficilis motus eiusdem inter dormiendum, vel inchoata coctione, ex fumis nimirùm & flatibus, qui tum excitantur, pulmones & septum transuersum prementibus, præsertim cùm non tam libera sit respiratio per somnum, quàm inter vigilandum. Quòd autem in eo læditur imaginatio, quæ est in prioribus ventriculis, id fit per consensum, vt in melancholia hypochondriaca. Fumi enim ex crassiore sanguine sursum lati timorem animo incutiunt, variéque imaginationem afficiunt, vt docet Galenus de locis affectis: atque hinc fit, vt quidam Dæmonem esse putent. Si diu tamen perseueret, frequentiúsque repetat, cerebro fit essentialis, degenerátque in apoplexiam, vel epilepsiam, vel melancholiam.

Ephialtęque sequãtur symptomata.

Galen. cap. 4 lib. 3. de loc. mal. aff.

Causæ antecedentes sunt, crapulæ & cruditates, pessima victus ratio, multitudo crassi sanguinis, suppressi menses, aut hæmorrhoides, & similia. Summa curationis (mutandæ tamen pro causarum varietate) est huiusmodi.

Ephialtis causæ.

Clyster discutiens flatus & euacuans in paroxysmo, sanguinis missio in plenitudine è basilica, vel mediana, præsertim si sanguis crassior appareat, & sine pituita, pituitæ coctio, euacuatio, opiatæ quibus flatus discutientia misceantur, pulueres flatus discutientes, vnctiones pectoris, sacculi cordi applicati, parcior cœna, vel nulla, cibi minimè flatuosi, decubitus in latus.

Quod Theologi existimant.] Non omninò certè contemnenda est veterum Theologorum authoritas, omniúmque gentium communis ille consensus de incubo & succubo, cui etiam attestatur experientia. Memini enim me in primitiuæ Ecclesiæ historiis legisse Cathecumenos huiusmodi dæmonum ludibriis vexari solitos, qui deinde cœnæ sumptione liberabantur. Multa quoque sunt apud D. Augustinum

Theologi veteres quid de incubis & succubis senserint.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 138 sur 805

de incubis & ſuccubis lib. 15. de Ciuitate Dei, vt hinc ferè cogamur fateri incubum alium dęmonis arte induci, alium corporis morbum eſſe. Niſi quòd ſumma Chriſti luce nobis affulgente, ab his tenebris nunc non eſt metuendum. In Gentilitiis illis ceremoniis multa huiuſmodi deliramenta reperiuntur de Sympythis, & Pythone, ſpiritu diuinatore occupatis, ſed multò lepidiora in Hebræorum Rabbinis. Scribunt enim huiuſmodi phãtaſmata ex ſemine Adam procreata fuiſſe centum illis & triginta annis, quibus ab vxore abſtinuit, poſtquam Caïn fratrem interfecit. Pro ſingulari remedio iubent circulos ſeptem circùm ſepulchrum fieri, ne cadauer intromittendum ſubeant, eóque ad nocendum vtantur. Alcinous in dogmate Platonis retulit ad vaticinia, oracula, ſomnia, &c. Sed & in veterum Medicorum libris multa remedia reperiuntur ad Sympythos, & dæmone occupatos, & incubos, vt apud Actuarium & Alexandrum. Qualis eſt illa Hippocrat. antidotus territis lemuribus & dęmonio occupatis, lunaticis cum ſpuma tauri, quæ in codice manuſcripto ſic legitur.

℞. nuces cupreſſi 50. Caricarum pinguium ſine nucleis, paſſ. mund. ab arillis an. ʒ. 12. (fortaſſe ℥. 12.) ladani, ſtyracis opt. myrrh. aſphalti, bdelij, radicis aſphodeli, enulæ an. ℥. 7. cardamoni ℥. 5. ſabinæ ℥. 4 folij, coſti, ſpicæ, roſ. baccarum iuniperi ana ℥. 3. ſchœn. caſ. lentiſci an. ℥. 2. croci, cyperi, lybiſtic. ana ℥. 1. vini optimi & mellis q. ſ. Nuces cupreſſi fractæ triduo macerentur in vino optimo: coque lento igne ad vini conſumptionem aliquã, & cola. Tum in vini ℔. 2. carnes ficuum tritas diu contere vino, & additis mellis ℔. 12. iterum coque ad mellis craſſitudinem, & ſacculo excola: tum adde paſſulas, & dactylorum carnem, & in mortario diu contere. Hinc ſtyracem, ladanum, terebinthinam cum modico melle diu terendo in mortario miſce, ex quo pulueres coniunge ſedulò, & vitro repone. Da ʒ. 2.

vel 3.3.in catarrhis, fluxionibus, mulierum morbis à frigore & flatu.

Non iniucundum est, quod medicus quidam scribit contigisse nuper apud Aruernos in Cœnobio quodam. Cùm enim Pharmacopola, quem secum habebat, inter dormiendum incubo laborasset, qui in eodem cubiculo erant, accusauit. Senim ab illis noctu propè iugulatum fuisse, constricto collo. Quod cum socij audacter negarēt, totámque in eum culpam reiicerent, qui noctem insomnem furore quodam percitus duxisset, iussus deinde est solus, lautè cœna sumpta, exhibitis etiam flatuosis alimentis, dormire cubiculo vndique optimè clauso. Rediit paroxysmus, dæmonem esse iurauit, cuius etiam faciem & gestus mirificè depingebat. Neque vnquam illi aliter persuaderi potuit, nisi vbi curationem initio consilio adeptus est. *Pharmacopola incubo corrept.*

ANTO. VALETII EXERCIT. XIIII.

INcubus, symptoma facultatis animalis obstructionem cerebri meatuum consequens, ab elato vapore crasso spiritui viam præcludente ortum habet. Hinc musculis edendæ respirationi & voci dicatis illata noxa vocis interceptionem, aut eius incertæ, indiscretéque efformationem, difficilem cum tremore motum, suffocationem imaginabundam, clamandíque desiderium inducit.

Putatur nonnullis proprius ventriculi & diaphragmatis affectus, quòd supinis dormientibus crassiores per sæpè cibi os ventriculi & diaphragma premant, vnde efflatio & respiratio præpediantur.

Magna huius affectus habēda ratio, quia graviores morbos, epilepsiam (vnde epilepsia nocturna appellatur) apoplexiam, maniam denique prænuntiat. Crassioribus naturis, vt etiam pueris, familiaris *Incubus quibus maxime familiaris.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 140 sur 805

Incubi curatio.

est, ob meatuum anguſtiam: itémque literarum ſtudioſis, quibus minuitur concoctio, & quorum cerebrum ſtudiorum aſſiduitate debilitatur.

Iuuatur victu tenui, non flatulento, eupepto, non vaporoſo. Potus ſit vinum album, tenue, ſubadſtringens & dilutum, vel hydromeli. Vapores vt inhibeãtur, vacuandi ſunt humores, è quibus ſuſcitantur, catapotiis, aut potionibus hieram recipientibus: qui ſi lenti ſint, ſic præparabuntur.

1 Vniuerſi, eáque typica, cum mentis & ſenſuum obliæſione.

2 Nam quæ vicina ſunt, quæque communia (vt ſupra cõmemoratum eſt) ea primùm maximéque afficiſolent.

℞. hyſſop. paſſul. mund. ana M. 1. f. decoct. ad quart. 3. In colatura diſſol. oxymel. ſimpl. vel compoſit. vel ſcyllit. ℥. 4. f. zulap. clar. pro doſib. 3.

Mox purgetur. Poſt purgationẽ, atq; etiam venæ ſectionem (ſi plenitudinis notæ eam præceperint celebrandam) ventriculo ſumptis & admotis proſpiciendum: caput quoque roborandum, priùs tamen vaporibus, ſi qui in cerebro conſtiterint, diſcuſſis.

3 Doloris vi, & labefactatu, ſeu reſolutainſtrumẽtorũ ſpermaticorum retentrice facultate.

4 Cum ſeptimeſtres ſunt.

5 Galen. cõmẽ. ad aph. 5 ſect. 1. lib. 6. τῶν ἐπιδημ.

6 Ob impuritatem ex ſynathriſmo.

De epilepſia. CAP. 15.

EPilepſia conuulſio eſt 1 corporis. Naſcitur, vbi humor craſſus & frigidus offarcit anteriores ventriculos cerebri, ex quo vniuerſus motus, & veluti raptus totius corporis. Contorta 2 facies, inuoluntaria 3 ſeminis effuſio, & interim affectio, quæ apoplexiæ proxima eſt.

Pueros ferè vexat, quo tempore dentire 4 incipiunt, vnde puerilis 5 morbus ab antiquis appellatus. Vt etiam lunaticus, quia interlunio nati obnoxij huic morbo exiſtimantur, vt & qui concepti ſunt fluentibus 6 menſibus.

7 Perſeuerat hic morbus ad 8 annos pubertatis, ſoluíque conſueuit in maſculis, cum ſemen emittere incipiunt. In mulieribus, quum primùm effluunt menſes: quos annos ſi ſuperat, deſperata 9 res eſt.

Naſcitur aliquando conſenſu 10 ſtomachi, aut aliarum partium corporis. Aliquando ſpiritu quodam 11 virulento ex partibus inferioribus ſublato in caput. Sæpè etiam primarius 12 cerebri affectus eſt.

Quos vexat paroxyſmus, ſic habeto. Corpus, quod rapitur, loco lucido & 13 mediocriter calido collocato. 14 Sublimiori capite, ex quo membra 15 ſupernè deorſum confricari debent.

Dentes, quos ſæpè 16 conſtringunt, vnde etiam imminet 17 ſuffocatio, vel manibus, vel quauis alia ratione 18 diducendi ſunt.

Ex quo hac formula, & lingua, & palatum illinenda 19 ſunt.

℥. theriacæ vel mythridatij ℈. 4. diſſolu. in ℥.1. ſucci rutæ, cum penna, vel linteolo extremitati baculi alligato, palatum & lingua affricentur. Tum.

℥. benzoini, mumiæ, picis nigræ ana ℈.1. vniantur cum ſucco rutæ, fiat ſuffumigium pro naribus: aut eadem ſimul liquefacta naſo interiori inungantur. Vomitus, ſi fieri poteſt, excitetur oleo ex penna illito interiori parti oris. Alioqui perſeuerante paroxyſmo.

7 *Aph. 45. li. 2. & 7. li. 5* 8 *Si morborum capitis copiæ morbi occaſionẽ non tollat.* 9 *Quod impreſſa maneat maligna in cerebro qualitas, quæ naturæ beneficio non potuerit emendari.* 10 *vt in picrocholo ἄνω.* 11 *Vt à corruptione ſeminis in mulieribus hyſterica.* 12 *A pituita, & melancholico humore.* 13 *Vt foras euocetur humor.* 14 *vt reuocetur humor.* 15 *vt natiuus excitetur calor.* 16 *Ex conuulſione temporalis muſculi, qui primum affici ſolet ob cerebri affinitatem.* 17 *A ſuppreſſione excrementi fuliginoſi: vnde ſaliua à ſpiritus prohibitione craſſeſcit.* 18 *vt exitum habeat fuligo, & cerebrum aëris inſpiratione recreetur.* 19 *Ad correctionem præſentis ſymptomatis.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 142 sur 805

℥.cast.ℑ.2.benzoini ℑ. 1. diss. in oxymelitis scyllitici ʒ.1.ß. cum cochleari distractis dentibus ingeratur in gulam.

Dydimus Medicus extracto sanguine è pedis pollice labra epileptici inungebat. Orpheus & Archelaus contaminabant faciem ex quacúnque parte corporis ducto sanguine. Atque ita statim exurgere epilepticos testati sunt. Pueris autem, sublato paroxysmo, remediis iam præscriptis prohibenda est mali generatio ac labes, abstinentia vini, vsu frequenti pulueris confecti ex pœoniæ radice & semine. visco quern. puluer. contrà vermes, & saccharo cando: quibus etiam soluentia misceri possunt. vt. ℥.rad. & sem. pœoniæ an. ʒ.2. sem. contrà verm. ʒ.2. rhei elect. ℑ.2. sacchar. ℥.2. f. puluis subtilissimus. Detur ex cochleari semel aut bis in hebdomade, sereno cœlo, declinante luna, cum iusculo. Post paroxysmum clyster iniiciendus, qualis hic veterum.

℥.decocti aristolochiæ, centaurij minoris, vel calamenthi ℔.1. in quo dissol. pul. hieræ picræ, pul. hieræ diacoloc. ana ʒ.3. olei cham. ℥.3. sacch. rubri, mellis communis ana ℥. 2. salis ʒ. 3. Post clysterem refouendi sunt cibis boni succi. Ex quo melicratum imperandum est ex hyssopi decocto, stœchados, calamenthi, aut syrupus acetosus, oxymel simplex, oxymel scylliticum.

2o Si magnitudo causæ hoc postulet, materiæ orgasmus, cerebri oppressio, hypochondriorum obstructio.

Deinde purgandum erit cum hiera picra, & hiera diacol. Hæc enim purgatio maximè probatur antiquis.

Nec omittenda phlebotomia, 2o si omnia consentiunt.

Iis verò, quibus inueteratur Epilepsia, ad cau-

tionem, venam 21 è malleolo diuides veris initio. Iam progreſſo vere, melicrato hyſſopi, aut ſimili præparabis, &, vt priùs, purgabis. Aut, vt veteres voluerunt, ampliſſimam colocynthida cauabis, reiectis ſeminibus, & interiore materia: tum vndiquaque 22 induces paſta. Deinde cauatam colocynthida, paſſo, aut alioqui vino dulci implebis, adiectis quatuor foliis rutæ, & 23 obolo cinamomi, efferuebit vinum in calidis cineribus: deinde per noctem ſinetur in colocynthide. Poſtridie per linteum bene mundum percolabitur, & bibetur.

21 *Ad maiorem reuulſionem, vt fiat humor καθάρσιος, qui erat ἀνάρσιος.*

22 *Ne exhaleat humor.*

23 *vt granis. 10. vel ʒ ß.*

Poſt purgationem reficiendum corpus eſt. Poſt tres dies, inde cucurbitulæ in hypochondriis affigendæ: deinde ſcapulis cum ſcarificatione. Aliquot diebus interiectis, iterum purgandi ſunt, ex eóque cucurbitulæ occipitio affigendæ: caput radendum eſt, aut certè detundendum.

Comparanda 24 cucupha, & per interualla 25 purgandum, vt etiam Autumno ad helleborum veniendum ſit. Hoc modo veteres helleborum propinabant.

24 *Ex cephalicis.*

25 *vt pil. ex hier. picra. Quinetiam in epilepſia à pituita inueterata hac præſertim veteribus ſolennia fuere remedia. vt. ℞. ther. veter. mythridatij, an partes æqual. rad. enulæ campan. ℔ß. ſaluiæ, ſtœchados, beton. ana ʒ. ß. Temperentur per noctem vino maluatico: deinde fiat aqua ſtillatitia, manè vtatur. Aliud ex Aëtio. cap. 16. Tetrabibl. 2. Sermon. 2. ℞. veratr. nigr. caſtorei, ſcamm. an. ʒ. 2. opopanac. cumini thebaici ſiue regij, centaur. nitr. ſulph. viui, abroton. ammoniati thymiamatis, ſem. rutæ ſylueſtr. ana ʒ. 1. contuſa & cribrata excipiantur mulſa origanata. f. pil. ad magnitud. fabæ Ægyptiæ.*

℞. fibrarum radicis hellebori ϑ. 2. diſtemperentur in ʒ. 1. melicrati: deinde ſiccentur in vmbra, & pulueriſentur: tum adiecto eodem pondere piperis, modico melli miſceantur, vel è mulſa propinentur. Galenus libro primo de compoſitione medicam. χυ τόπους plurimùm commendat hieram

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 144 sur 805

diacolocynthidos, quæ helleborum recipit. Tentatis itaque lenioribus remediis, non eſt metuendus 26 vſus hellebori. Poſt hæc ſternutatoriis, quæ puluerem 27 rad. pœoniæ recipiant, & maſticatoriis vtendum erit.

26 *Cum delectu præſcripti.*

Sanguiſugæ etiam fronti, & per ambitum capitis, affigendæ ſunt. Fuerunt in veteri Medicina, qui eunuchiſmum, id eſt, caſtrationem 28 maximè probauerint.

27 *vt venenata aura ex hauriatur.*

28 *Ratione vſus veneris, nõ ſpermatis.*

Formula ſternutatorij.

℥. pyrethri, pul. radicis pœoniæ ana ℈. 2. nucis moſchatæ ℈. 1. hellebori nigri puluerisati ℈. ß. fiat puluis, qui inſuffletur in nares. Eadem quoq;, præter helleborum, maſtiche incorporata maſticatorium efficiunt. Vſus conſeruæ acori, aut ſtœchad. theriacæ, mythridatij, maximè conuenit, ídque 29 iam purgato corpore. Electarium quoque Rhazæ, cuius 30 hæc eſt deſcriptio.

29 *Cum tantùm agitur de vi cerebri reſtituenda.*

30 *vide Rhazem lib. 9. ad Almanſ. cap. de Epilepſia.*

℥. pyrethri, ſeſeleos, ſtœchados ana ʒ. 10. agarici ʒ. 5. cordumeni recentis & acuti, aſſæ optimæ, ariſtolochiæ rotundæ ana ʒ. 1. ß. excipiantur omnia melle ſcyllitico. Detur auellanæ magnitudine ieiunis.

Galenus in libello de conſilio in comitialibus cõquaſſatam ſcyllam in vaſe melliteo, id eſt, in quo antea mel repoſitum fuerit, aut alioqui coctum, recondit: vas pelle inducit, & fideliter occludit: tum meridiano ſoli obuertit, prohibétque Aquilonibus: ſubinde aliter atque aliter obuertit, vt omni ex parte radij ſolis vas calfaciãt. Scyllam colligit ſub cane, quo tempore mel ſcylliticum præparatur, ſinítque quadraginta 31 diebus. Poſtremo aperto vaſe, liquor, qui è ſcylla deſudauit, excipitur, & melle ad-

31 *Toto tempore caniculæ.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 145 sur 805

dito dulcatur. Dosis paruulis ʒ.ß. aliis, ʒ.2. Materia reliqua scyllæ cum melle subigitur, atque eodem modo, sed non tam vtiliter epilepticis imperatur. Alij succum scyllæ pari mellis ponderi commiscēt, vt fiat mel scylliticum. Efficacissimum istud erit electarium.

℞. ossis caluariæ humanę ℥.1. seminis pœoniæ mascul. radic. eiusdem pœon. an. ʒ.2 saluiæ. hyssop. rut. sicc. ana ʒ.1. florum rub. anagall. & borrag. ana p. 1. seminis atriplic. ʒ.1. vngul. asini tusæ, talisuilli an. ʒ. 2. rasuræ eboris, cornu. ceru. corall. rubr. an. ß. 2. diamargarit. frigid. & calid. an. ϑ.1. f. puluis ex omnib⁹. Deinde incorporentur in conseruæ anth. &. borraginis an. ℥.1. f. melliscum aceto scyllitico ad crassitudinem cocti ℥. 2. theriacæ & mythridatij ana ʒ. 2. Pueros verò clementiùs habere oportet.

In primis vitæ ratio nutrici 32 instituēda est, quæ generet lac vtile, ac paulò calidius, & siccius, quàm temperatum sit. Pueri corpus molliter 33 fricandum est, & inungendum, tum etiam caput detonsum ex oleo anethino, rutaceo, de maiorana, irino, adiecto pulueris momento, cyperi, aut ireos. Cucupha quoque comparanda.

32 *Condiantur tusculana hyssopo, saluia, & similibus.*

33 *Vt fiat corpus διάφορον.*

℞. cyperi, ireos florentiæ ana ϑ.2. sem. seseleos, & pœoniæ ana ϑ.1. capill. ven. florum anthos, & chamæm. ana ϑ.1. macis, cinamomi ana gra. 8. Fiat puluis pro cucupha. Sedes pueri 34 inungatur melle, & succo rutæ, vel salis granum immittatur podici.

34 *Vt ei feratur aluus. Qui enim crassiores sunt, aluo quoque adstrictiore, ij, vt plurimùm fiunt epileptici.*

Paretur electarium ex butyro, & saccharo, quo etiam nutrix papillas mammarum illinat.

Comparetur mel passulatum hoc modo.

℞. aga. trochiscat. ʒ.ß. infundatur in aquæ ℔.ß.

agaricum detrahatur in eadem infusione: detracto agarico, passulę bene pingues distemperentur, dum turgeant: turgidæ in noua aqua coquantur: ad extremum coctæ exprimantur in aqua, in qua coxerint. Expressio cum aqua rursus coquatur ad mellis crassitudinem. Paulò adultiores, vt qui secundum, aut tertium annum superant, passulis, prunis, ficubus eo modo maceratis vti possunt.

Iisque electariis, & passulato melli puluis pœoniæ & hyssopi adiici potest. Purgentur ex 3. 3. cassiæ, 35 ex manna, & penidiis præparatis, vt antè dictum est.

35 Cassiano admodũ probatur ad curationẽ epilepsiæ, quod resoluat.

Radix pœoniæ in taleolas discisa, & ita transfixa, filo suspendatur è collo.

Syrupus acetosus, melicratum, absynthij decoctum, cicerum rubrorũ, vomitus iisdem cõueniunt.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Caducum, à cadendo, Comitialem, à Romanorum Comitiis, Lunaticum, quod motu lunæ commoueatur, vel interlunio natos corripiat, vulgò hunc affectum vocant, Auicenna puerorum matrem, nominibus impositis, habita ratione, vel symptomatum, vel loci, vel causæ efficientis, vel eorum, qui eo frequentiùs solent corripi, vt pueri. Apud Græcos tamen ferè semper à magnitudine nomen accepit. Ἐπιληψία enim dicitur, quòd sensum atque mentem pariter apprehendat, Antiquioribus ἱερὰ νόσος, id est, sacer morbus, quò eius magnitudinem, vt ait Galenus, designarent: ἱερὸν enim magnitudinem significat. Quanquam significationem etiam aliam alij afferunt, vel quod diuinus sit morbus, & à diis immissus in vindictam: vel quòd sacram occupet animam, vel in capite fiat, tanquam animæ loco sacrato. Ob eandem causam Hippocrati Ἡρακλεία νόσος, nominatur: non quòd Hercules, vt ait Galenus, eo morbo laborârit, sed vt eo nomine τὸ δυσκα-

Gal. cõment. 6. in lib. 6. Epid sent. 7.

πανάχητον designaret : licet, authore Aristotele, reuera Hercules epilepticus fuerit, veteribus Elephantiasim quandoque dici, quòd nullo remedio superari queat. Ab omnibus morbis frigidis capitis distinguitur potissimùm vehementi & inæquali corporis concussione, & spumâ in ore collecta. Quæ tamen nota in leuiori morbo non apparet, vt eo, qui excitatur ob tenuiorem materiam, & fumũ acrem. Facilè enim & citò soluitur. Est autem conuulsio omnium partium corporis non perpetua, sed per interualla, cum mentis & sensus oblæsione. De cuius causis, generationis modo, ac loco non eadem est omnium sententia. Veterum enim propè omnium communis consensus est, ab humore crasso, viscoso, & ferè semper frigido procreari, obstruente (vt quibusdam placet) medium ventriculum cerebri, vel (vt aliis) posteriorem, vel vtrumque, vel modò vnum, modò alterum, vel etiam primum: atque ita fieri, vt interceptis viis, spiritui ad neruos non pateat aditus. Addunt nonnulli, non sine probabili ratione, quandoque id contingere ob angustiam meatus à posteriore cerebro ad spinam, vel imperforatam, aut strictiorem lacunam ad palatum, aut ad nares. Et certè Galenus de vsu partium scribit optimè comparatũ esse à natura, vt per decliues cerebri meatus: tum per palatum in os, tum per corpus narium, orificiis perspicuis ac magnis, pituita, aut alia cerebri excrementa excernantur, ne animal frequenter corripiatur epilepsia: videmúsque per illam viam expurgari materiam, quæ epilepsiam excitauit, ac spumam ex ore educi. In cõtrarium tamen multa à doctis afferuntur.

Aretæus addit.

Aristot. initio sect. 30. Problem.

Epilepsiæ causa.

Primùm ab intemperie fieri non posse videtur, sine vapore aut humore. Citiùs enim interiturum est animal, quàm ad tantam perueniat intemperiem. Hoc enim modo corpus non conuelleretur: sed ab omni prorsus actione desisteret. Licet Hippocrati duæ conuulsionis causæ sint, plenitudo & inanitio. Quod de particulari intelligendum videtur. Hæc autem & vniuersa est, & mentem sensũsque omnes oblædit. Nam sine mentis læsione conuulsio, etiamsi totius sit corporis, epilepsia non est. Neque ab humore crasso. Cita enim solutio, materiæ & paucitatem & tenuitatem indicat, quòd crassa difficilè moueantur. Idem demonstrant oscitatio, ster-

Epilepsiam à sola nõ fieri intemperie.

nutatio, ſpumæ per os exitus, tenuioris materiæ indicia. Fit enim ſpuma, cùm frequenti inſpiratione & expiratione, violentóque motu aqua tenuis agitatur, & ſpiritu, aut ſubſtantia quadam vaporoſa comprehenditur. Accidit quoque frequentiùs ingenioſis hominibus, ob tenuem cerebri ſubſtantiam valde ſenſilem, victus rationem vaporoſam, flatus, vinum fumoſum, & ſimilia. Adde omnem epilepſiam per conſenſum à tenui ſubſtantia oriri, vt vaporibus bilis flauæ & porraceæ, eorundem agitatione & acrimonia, fumis, odoratis, aëre, vel vento per nares concepto. Videtur ergò cauſa eſſe pituita tenuis, ſpumoſa, bilis flaua, atra tenuior, aut eius ichor, vapor acris, odor ob cerebri exactiorem ſenſum. Neque etiam fit obſtructione ſpirituum tranſitum impediente. Oporteret enim vel motum in vniuerſum prohiberi, vel minui, quantitate ſpirituum, qui tranſeunt, non ſufficiente ad partes inferiores mouendas. Sed vehementior, quàm antè, apparet concuſſio, & motus inæqualitas. Probabilius multò, cerebrum in ſeipſum contrahi, vt expellat, quod noxium eſt, ſicuti in ſternutatione, quæ veluti parua quædam epilepſia eſt, vt rectè dixit Auicenna. Sed in hac excutitur, quod eſt in anteriore parte cerebri iuxta narium foramina. In illa, quia in poſteriore parte materia ſubſiſtit, difficilior materiæ diſſipatio, vnde pars affecta, & generationis locus intelligi poſſunt.

Auicenna ſen. 1. libr. 3. Tract. 5. cap. 8.

Cognoſcimus à pituita fieri, ſi æger frequenter expuere ſolet, ſi ſomnus longior, & profundior, ſi ingeniũ ſtupidius, ex victus ratione, excrementis, actionibus, colore, & ſimilibus. Contraria fiunt in bilioſis. De ea, quæ per conſenſum fit, dicetur ſequenti capite.

A dextra parte incipiens cum tinnitu aurium, clamore, ſtridore dentium, eiectione ſeminis, vehementi concuſſione: & quæ ab ineunte ætate conſenuit, aut hæreditaria eſt, grauiſſima, & quæ vix curari vnquam poſſit.

Contrà, breuitas paroxyſmi, accidentium paucitas, recordatio, verecundia, & ſi ſine ſpuma fiat, faciléque rutæ, vel hyſſopi, aut ſimilium odoratu recedat, hæc omnia morbi faciliatem indicant. Soluitur aliquando, mutata ætate, victus

ratione, & ſuperueniente quartana: in grauidis, edito fœtu, menſium profluuio.

In pueris, quos hic morbus frequentiùs corripit, nutrici imprimis proſpiciendũ. Vtatur nutrix incidente & attenuante victu, vt lac ſubtilius, & calidius efficiatur, vt nuper diximus. Fiant ſacculi apponendi capiti è cypero, iride Florentina, capill. ven. Ex iiſdem cum oleo anethino, rutaceo, irino, aut amaracino calidis inungatur caput, non abluatur. Sed priùs detergentibus melle & aphronito cum tepida leniter eluatur, ſiccetur.

Quæcunque potu iuuant epilepticos, facultatis ſunt incidentis. Interim tamen quæ vires roborent non omittenda. Cruditas vitetur. *Gal. lib. 10. de ſimpl. medicam. fac.*

Conueniunt in maioribus natu, & à ſanguine, clyſma, ſanguinis miſſio è cephalica, prouocatio hæmorrhoidum, menſium: in pituitoſis, oxymel ſcyll. ſyrup. de pomis comp. pil. ante cibum, ſyrupi concoquentes, purgato à pituita & cruditate ventriculo, prouocatio vomitus (licet Galenus contra Eraſiſt. vomitionibus, interdicat, quia manifeſtè caput replent) repetita purgatio, pilulæ addito caſtoreo, theriaca, mythri. (niſi metus ſit à calidis) opiatæ, diæta, caputpurgia cum ſucco ſampſuchi, pyrethro, zinzibere, radice pœoniæ, ſuffumigia, cauteria. Nocent Caſſia, Catholicon, radix, vel ſuccus apij, quo tamen Galenus vtitur in conſilio epileptico.

A tota proprietate valent, & huic affectui maximè accommodata ſunt, ſcylla, enula campana, ſyrupus de pomis, pilulæ de euphorbio, pœoniæ radix & ſemen luna decreſcente collectum, viſcus quern. maximè verò eius radix, ſeſeli, coagulum leporis, cinis cuculi, cranium hominis, oſſa humana neſcientibus data potui (valent etiam in arthritide) cornu alces, aqua gallitrici, theriacalis, agar. trochiſc. ſemen palmæ Chriſti, vngula aſini, veſica apri, talus ſuillus, cor talpe, flos anagallidis rub. corallus, ſmaragdus, hyſſopus, inquinatio oris è ſanguine ægri, ſplen equi, cerebrum cameli, & muſtellæ, lapis pulli hyrundinis, oleum phil. de gagate. Non video tamen cur Gagatinum oleum epilepſiam tollat, cùm ſcripſerit Aretæus in principio capitis imperfecti de comitiali morbo rerũ graueolentium, vt Gagatis lapidis odoratum, homines nõnullos

prosternere, & epilepsiæ præcipites dare: nisi fœtore suo iam accessione conflictatum ægrum excitet: vel (quod scribunt, rei Chymisticæ professores) quia epilepticam materiam oleum istiusmodi attenuat, digerit, siccat. Ex Euonymo cap. de oleis è metall. laterib. succino & gagate. Balsamum, ol. de piperibus de cucumere asinino naribus inditum, vtil.

Cæterum lapidem pulli hyrundinis sic comparabis. Dissectis ex prima fœtura hyrundinum pullis ante plenilunium, in ventriculis eorum lapillos duos inuenies, alterum versicolorem, alterum vnicolorem. Hos, priusquàm terram contigant, in cerui aluta colligato. Brachio & collo gestati epilepticis medentur, attestante Dioscoride.

Dioscor. cap. 49. l. b. 2.

Pueros sæpe vexat] Pueris familiaris duabus de causis: vna, ob multitudinem humoris & vaporum, vnde etiam in illis somnus multus, & profundus, vt scribit Aristot. de somno & vigilia: alterâ, ob vermium putrescentium tetrum vaporem ad cerebrum ascendentem, aut eorundem viuorum, sed materiam commouentium. Auicenna scribit, ab epilepsia ferè tutos esse, quibus in capite fiunt vlcera, apostemata, fluxus narium. Nutrici imperandus aquæ potus, vt etiam Aristot. præcepit, vel hydromel, victus attenuans, abstinentia à coïtu, ne lac corrumpatur, aut eius materia alteretur, purgatio humoris peccantis, exercitium, electaria, lac asininum, in quo cocta sint, vel infusa, quæ affectui conueniunt. Pueris verò puluis cum melle aut lacte, cauterium in posteriore parte capitis, præsertim si sint obesiores, puluis insperſus capiti. Grandioribus, clysteres leuiter purgantes & attenuantes, syrupi, potio purgans, bolus. In vermibus, quæ necant vermes, vnguenta ex amaris admota non ori ventriculi, sed vmbilico. Mythridatium & theriacam, tanquam fortiora, Galenus vituperat loco superiùs citato.

Aristot. sub finem libelli de somno & vigilia.

Scapulis cum scarifica.] Petrus Merenda scribit in comitiali morbo admodum vehementi, exiguo interuallo sæpiùs repetente, nec aliis remediis cedente, se quàmplurimos per admota collo propè scapulas rubrificantia medicamenta, donec vesicæ excitarentur, breui temporis spatio ad pristinum rationis vsum frequenter perduxisse, & ab accessionibus liberâsse, qui deinde decenti curatione,

tione, ad integram ſanitatem perducti fuerunt. Sed hoc faciendum eſſe poſt purgationem, niſi morbus vrgeat. Sed neque hæc, neque ſetones, neque cauteria conueniunt circà caput, niſi morbus cerebro ſit eſſentialis, vt fiat diuerſio à cerebro.

ANTO. VALETII EXERCIT. XV.

EPilepſia morbus eſt quodammodo apoplexiæ proximus, cùm idem locus in vtróq; patiatur, & idem humor in cauſa ſit. Verùm apoplexia ob omnimodam carentiam illius, quæ ad neruos defluit, potentiæ, epilepſia propter motum vitioſum generatur. In hac enim cerebrum (ſi primarius ſit, & per cerebri eſſentiam affectus) materiam ſua vel craſſitie medium & poſtremum cerebri ventriculos obſtruentem, vel maligna qualitate oblædentẽ, excutere nititur: vnde omnium ſenſuum & facultatũ animaliũ offenſio, ſaltuoſorum motuũ, atque conuulſionis corporis totius conſequutio affertur.

Gal. cõment. ad aphor. 45. lib. 2.

Galen. cap. 5 lib. 3. de loc. mal. affect.

Epilepſia aliàs grauior, interdum mitior. In qua ſtertor, dentium ſtridor, partium faciei peruerſio, corporis totius iactatio vehemens, ſpuma multa, ſeminis effuſio, & in ipſo caſu acclamatio, ea grauis admodum cenſetur, & ferè incurabilis. Statim enim iugulat & acceſſionum continuatione, & ſymptomatum vehementia. Vbi verò vel multa, vel plurima ex ſignis commemoratis abſunt, leuior exiſtimanda.

Paul. Æg. cap. 13. lib. 3.

In curatione duo tempora maximè obſeruanda, paroxyſmi vnum, intermiſſionis alterum. In priori videndum, vt quàm citiſſimè paroxyſmus ſoluatur: quod fiet, ſi corpus primùm colligatur, membra extendantur, iniiciantur primùm vincula dolorifica

Epilepſiæ curatio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 152 sur 805

in articulis brachij, & crurum : theriaca, mythrid. confectio hieræ ſimplic. ſinap. in os indantur : in aures & nares oleum roſmarin. aut aniſi, aut ſaluiæ arte chymica factum immittatur : eodem ſuturæ coronalis & lambdoides inungãtur. Hûc pertinebũt & artuum frictiones, vt in apoplexia, & clyſteres, cùm in ipſa acceſſione, tum extra acceſſionem iniiciendi. Qualis hic eſt.

℞. radic. fœnic. ireos, pœon. ana ʒ. 2. rutæ, abſynth. ſalu. beton. hyſſop. maioran. ana M. ß. flor. ſtœchad. vtriúſque & beton. ana p. 1. f. decoct. & col. ad ℔. 1. In qua diſſolue confect. hier. & diaphœnic. ana ʒ. ß. ſacchar. rubr. ʒ. 1. vel ʒ. 10. ol. chamæ. & rut. ana ʒ. 1. ß. ſal. gemm. ʒ. 2. f. clyſter.

In intermiſſionis tempore prouidendum ne repetat paroxyſmus. Id cõmodiſſimè fiet victu calfaciente & exſiccante, purgantibus medicamentis, ſed apparata priùs cum ſyrup. accõmodatis & cephalicis aquis materia, vel hoc apozemate.

℞. radic. ſcyll. præparat. angelicæ, enul. camp. pœon. mar. acor. radic. ireos. Florent. ana ʒ. 1. polypod. quern. ſemin. cartham. paſſul. mund. glycyrrhiz. raſ. ana ʒ. 6. beton. hyſſop. thym. chamædr. chamæpyth. viſci querni, meliſſophyll. ana M. 1. ſeminis ſeſeleos, pœon. mar. ana ʒ. ß. ſemin. aniſ. fœnic. ana ʒ. 2. flor. anth. geniſt. cardiacor. ana p. 1. ß. ſalu. maiora. ana M. ß. f. decoc. ad ℔. 1. In colatura diſſ. ſyr. de hyſſop. de bizantiis, & oxymelitis ſimpl. ana ʒ. 1. F. apoz. clar. condîtum cinam. vt dec. pro doſib. ʒ.

Ex huiuſmodi decocto licebit ſyrupũ ſolutiuum, magiſtralem vulgò dictũ, cõficere. Vt ſi in quartar. ʒ. colaturæ ſuperioris infundantur turpethi bene gummo. ℥. ß. cum tantillo zinzib. folicul. ſenn. mundator. ℥. 2. agar. ℥. 1. cinam. parũ : & expreſſione poſt leuiuſculã ebullitionem facta, addãtur ſyr. laxa. roſ. pall. ℥. 2. ſacch. q. ſ. Huius ſyrupi ʒ. 1. ß. vel ℥. 2. dabũtur bis in mẽſe cũ aq. bugloſſ. vel betõ. Quę doſis

aluũ ſi ſegniùs moueret, diaphœn. ʒ. 2. addi poſſent. Sed & poſt inſtituti apozematis vſũ ſic purgabitur.

℞. rad. & ſemin. pœon. mar. ſem. fœn. an. ʒ. 2. fol. hyſſo. beton. capill. ven. an. M. 1. flor. cardia. p. 1. f. decoc. ad doſ. In colatura infund. agar. troch. ℈. 4. fol. ſenn. mund. ʒ. 2. cinam. parũ. In expreſſione diſſ. hier. ſimpl. ʒ. 2. ſyr. capill. ven. ʒ. ß. f. potio.

A purgatione ſi miſſione ſanguinis opus videatur, ſecabitur malleoli vena, vt ex lib. Gal. de cur. rat. per ſang. miſſion. præcepit Autor. Mox verò robur capiti conciliandũ eſt ſumptis & admotis. Sumuntur electar. conſeru. opiat. condîta, quæ non modò vires reficiant, ſedetiã morbi cauſam oppugnẽt. Vt.

℞. conſeru. bugloſſ. borrag. anthos ana ʒ. 1. ß. confect. alkerm. ʒ. 2. electar. læt. Gale. & de gemm. ana ʒ. ß. pulu. radic. pœon. ariſtoloch. ana ℈. 1. raſur. ebor. corn. ceru. corall. ana ℈. 2. cum ſyrup. de hyſſop. f. opiata.

Hanc dicebat Syluius ſibi omnium ad epilepticos confectionum inſtar eſſe. Dabat ad nucis auellanæ magnitudinem manè, aut veſperi dormituro. Huius loco hæ tabellæ vſui erunt. ℞. myrrh. elect. corall. rub. raſur. corn. ceru. & ebor. ana ʒ. ß. ſemin. pœon. mar. viſc. quern. & cran hum. interioris ana ℈. 1. cum ſacchar. in aq. bugloſſ. diſſolut. f. tabell. pond. ʒ. 2. Æger cap. vnam manè, aut ſerò.

Interim errhina & apophlegmatiſmata ad pituitæ deriuationẽ: ſacculi, ſuffitus, lixiuia, litus ex oleis conuenientib. ad confirmationẽ capitis conferent.

His omnibus ex arte adminiſtratis ſi perſtiterit affectus, oportunum erit guaiaci decoctũ, vel radic. Cynaræ, vel Salſ. Parillæ (addit. radic. pœon. angelicæ, & al. cephalicis) bis in die, mane & veſperi, dare: quod præterquam quod incîdit, tenuat, exſiccat, malignam quoq; qualitatẽ, quæ hîc ſuſpicione nõ

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 154 sur 805

caret,abigit. Dein iterãda purgatio.Poſtremò his ſi remediis æger non leuetur, ad cauteria cõfugiendũ carneæ brachij parti, vel extremo occipiti,vel poſt aures,admouẽda,aperto diu vlcere, recidiuæ metu.

Cæterùm, ſi infans fuerit qui ægrotat, quãquam nihil moliendum videatur,quòd ætate ad bilioſiorem ſicciorémq; ſtatum tranſeunte,& victu moderatiore adhibito, ſua plerunque ſpõte morbus euaneſcat , proderit tamen puero certã vitæ legem nutrici præſcripſiſſe, vini & veneris vſurã ſubduxiſſe, imò & catharticum exhibere.Quinetiam puero aliquid ſyr.laxat. roſ.pallid.cum pulte poterit exhiberi.Mox infantuli caput hoc inungetur linimento.

Paul. Æg. cap.13.lib.3.

℞.ol.irini & aneth.ana ʒ.ß.radic.acor.fol.abſynth.& rut. puluerat. ana ʒ.ß.cum cera pauca f.linim.

Nec omittenda ſunt τὰ φυσικὰ βοηθήματα, quæ appellant amuleta , diligenter ab Autore è veterum monumentis petita.Hunc nodulum Syluius præſcribebat, cuius vaporem demiſſis in ſinum naribus epilepſiæ obnoxius inſpiraret.

1 Ad reuocandum curſum, & prohibendã generationem.

℞.ſemin.pœon. & radic.viſc.quern.corall.rub.ana ʒ.2.f. nodul.aut ſaccul. collo geſtandus,&c.

De epilepſia per conſenſum à ſtomacho. CAP. 16.

SAnguis è 1 poplite, vel malleolo trahatur , aut eodem 2 loco fiat ſcarificatio : ſæpè repetita purgatio ex his 3 pilulis.

2 Si non detur ſecãdi venam occaſio.

3 Cùm cephalicis,tum ſtomachicis.

℞.pul. hieræ picræ ϑ.2. agar.trochiſ. rhe. electi ana ϑ.1.maſtichis,ſantal.citrini, macis,roſ.ana.Gra. 6.cum ſucco citri fiant pilulæ : 4 aut idem puluis incorporetur in ʒ.ß.catholici, vt fiat bolus.

4 Hùc quoque ſpectant catapotia ex rheo & aloë confecta.

Aut omnia diſſoluantur in ſero caprino,vel decocto cicerum rubrorum. Inungatur ſtomachus

cum olei maſtich. ʒ.1. coralli rubri, & pul. rad. pœoniæ ana ϑ.2 Corallus, radix pœoniæ, Iaſpis viridis, è collo ſuſpendantur, vt contingant ſtomachum.

Cæterùm materiæ morbi habenda 5 ratio eſt. Quibuſdam enim 6 gracilibus & iracundis in ieiunio influit in ſtomachum admodum ſenſilem ſanies bilioſa. Quibus panis per ſe, ſi non ſitiunt, alioqui ex vino albo tenui, diluto, auſteriuſculo, aut vino granatorum remedio eſt.

Aliquando crapula in cauſa eſt. Nonnunquam humor craſſus, & frigidus. His ſupradicti ſyrupi 7 incidentes conueniunt, eadem quoque 8 purgatio, & vomitus. Quòd ſi ex ſpiritu venenoſo, qui ex parte aliqua in caput attollitur, præliganda 9 pars eſt, Cucurbitula affigenda loco.

Locus 10 theriaca, mythridatio, contrita anagallide ruffa inducendus eſt: vicinia in veſicam attollenda ex ſinapi, pipere euphorbio, incorporatis theriacâ, vel melle anacardino.

Quòd ſi locus præligari non poteſt, vt matrix, renes, cucurbitulis vtẽdum erit cum ſcarificatione. Poſteà purgandum 11 eſt, ſi fuerit opus: & emplaſtra, vt priùs, ad regionem partis 12 apponenda.

5 *Vt materiæ morbificæ generatio prohibeatur, tollatúrque collectio.*

6 *Quibus latæ ſunt venæ.*

7 *Vt oxymel. ſimplex & ſcyliticum.*

8 *Ex hiera vtráque.*

9 *Vt aditus ad cerebrum prohibeatur ſpiritus ille venenoſus.*

10 *Vnde tollitur aura venenata.*

11 *Pilulis iã preſcriptis.*

12 *Et, ſi hiſterica ſit mulier, hiſterica erunt preſcribenda remedia.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Epilepſia aliquando fit in cerebro tantùm, ſine vlla partium ſubiectarum concuſſione, ſed ſoliùs capitis. Quod rarum eſt, à me tamen annotatum & obſeruatum in ſacerdote quodam annos 30. nato. Illud Medicis viſum eſt contingere maligna aliqua materiâ in dextro ventriculo contenta, præſertim cùm in dextram partem caderet. Sæpiſſimè fit per conſenſum, tum ob cauſas ſuperiùs dictas,

Epilepſia ſine partiũ inferiorum cõcuſſiõe in Sacerdote, obſeruata.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 156 sur 805

Scoti epileptici historia.

tum propter auram ex aliqua parte ad cerebrum sublatam. Florentis ætatis nobili Scoto, Iacobo de Flamin, pilo rufo, è sura dextra, veluti gutta crampa (vt vulgò appellant) incipiebat: inde totius corporis concussio cum spuma. Soluebatur vomitionibus bilhosis, eóque affectu corripiebatur declinante luna ad interlunium.

Monacho Parisiensis epilepticus.

Monachus De Chantecler Parisiensi, annorum 30. corpore nigro & piloso, è malè curato liene in febre continua vapor quidam menstruis interuallis cum tumultu exiliebat. Qui vbi ad sinistram mammam peruenerat, modò pronus, modò supinus concidebat sine sensu & motu. Posteà confricatis aceto temporibus, oculos aperiebat, manu locum dolentem ostendens, ἄφωνος, non loquens. Liberatus paroxysmo noctem consequentem insomnem ducebat.

Carnotensis adolescens, epilepticus.

Carnotensi adolescenti è minimo digito sinistro ad regionem cordis perueniebat: vnde palpitatio. Hinc ad caput, vnde casus. Aurâ ascendẽte manus conuellebatur.

Scotus alter epilepticus.

Alteri Scoto annorum 20. incipiebat à tremore dextri brachij, ad mammam progrediendo: vnde conuulsio sine sensu, memoria, & voce. Reuocabatur cibo & potu, quæ non sentiens quoque deglutiebat.

Picardus adolescens epilepticus.

Multis fit primùm tremor & conuulsio brachij, deinde capitis concussio. Anno 1555. Martij 8. die, in adolescente Picardo annos nato 15. à torpore manus dextræ initio accepto, contrahebantur tres primi digiti: index vi extendebatur. Ita cadebat obtorto obliquè brachio, & corpore inflexo. In alia, ab articulo humeri mali initium: deinde tremor totius brachij: ex quo adstrictio dentium & casus. Multis à crapula, aliis à venere, aliquando à tumoribus commouentur conuulsiones epilepticæ. Sæpissimè ab vtero, vel ob imprægnationem, vel retentionem aut corruptionem spermatis, vel secundinæ. Ab inedia etiam huic morbo inimicissima, vt quæ inter ea, quæ caput replent excellat: vt inde quoque brachia, manúsque vehementem tensionem sentiant, & imbecillior stomachus grauiter offendatur, vt scribit Galenus.

Gal. cap. 5. lib. 1. de loc. aff. & cap. 7. lib. 3.

Varia est horum omnium curatio. Ligatio suprà locum, sanguinis missio è vena proxima, cauterium, vel vesicatorium in parte affecta, ita vt vulnus diu relinquatur apertum, oxyrhodinum capiti affusum, frictiones in paroxysmo, fumigia, succus rutæ vel trifolij naribus impositus, vel, vt

vult Apuleius, ſuccus anagallidis rubr.cum melle, vel ireos, vomitiones ventriculo pleno (alioqui noxiæ, vt Gal. docet) ſternutatoria poſt purgationem: in ieiunis, vel ira melicratum, vel mica panis vino intincta: in ventriculo affecto, leuia medicamenta (nam à fortioribus ſemper læditur) pilulæ, opiatæ, pulueres à paſtu, emplaſtra, ſacculi, tryphera perſica in vteri affectibus, peſſaria, eductio eius, quod retinetur, corroboratio vteri: in grauidis, emplaſtrum pro matrice, vnctio, ſaculus, &c.

Agarici] Non ita magna vis purgandi ineſt agarico, niſi in magna doſi. Huic affectui mirum in modum conuenit. Ventriculo tamen infirmo, colicis doloribus opportunis, nauſeabundis initio morborum phlegmaticorum non exhibendus. Propterea Auicenna in quartanæ phlegmaticæ curatione gradatim peruenit ad agaricum, cui ſuffragatur experientia.

ANTO. VALETII EXERCIT. XVI.

EPilepſiam eſſe per cõſenſum à ventriculo, mordicatio, nauſea, cibi inordinati appetẽtia, oſtendunt. Eius curatio traditur à Gal. cap. 5. lib. 5. de loc. mal. affect. cum hiſtoriam de Grammatico recitat. Humor vitioſus, qui ventriculo continetur, hac potione excluditur. *Epilepſiæ ex conſenſ. vētr. curatio.*

℞. hieræ ſimpl. & diaphœn. an. ʒ. 2. ſyrup. de abſynth. vel ment. ʒ. 1. vel ʒ. 6. aquar. beto. & hyſſ. an. ʒ. 1. ß. f. potio.

Vel ſi vomitus ſatis eſſe videatur, cõcitabitur ex pẽna oleo illita, & in œſophagum immiſſa, vel vomitorio. Subinde etiam idem ventriculus repurgãdus. Roborabitur aſſumptis, electar. aromatic. roſ. diarhod. triaſantalo: admotis, vt litu ex oleo nucis moſchatæ, maſtich. cydon. &c. Quòd ſi ſit epilepſia à venenata aura ad cerebrũ conſcendẽte, fortis ſupra tranſmittẽtem partem ligatura, eáque altior paulo, ad vaporis aſcenſum inhibendum, conueniet, & lepidium emplaſtri modo parti adhibitum, quò virus *Epilepſ. à venenoſi vaporis ad cerebr. aſcenſu curatio.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 158 sur 805

exhalare commodè queat. At si caput iam obsessum sit, emplastra ex alto trahentia, aut ruptoria, ad coronalem futuram admouenda. Interim cardiaca, cùm sumpta, tum applicita iuuabunt.

1 *Quæ delirũ est febris expers cum tristitia & metu sine causa manifesta coniunctum.*

De 1 Melancholia. CAP. 17.

MElancholia nonnunquam vitio cerebri 2 & capitis, quod cùm calidius fit, sanguinem 3 adurit, atque eo adusto fumi melancholici animum exagitant. Eiusmodi enim facie ferè sunt admodum rubente, rubore quidem saturato, & tandem liuescente. Quibus etiam aliquando adnascuntur 4 pustulæ. Deinde etiam, qui flauo sunt 5 colore, quibus caput calidius, bilem adurit.

2 *Suo tẽperamẽto ĩmutati*

3 *Non pituitam. Sanguis enim materia est humoris melãcholici, tũc venenata qualitate affecti.*

Alij verò 6 vitio lienis, aut 7 hepatis, melancholicum sanguinem toto corpore 8 colligunt.

4 *Humoris sanguinei soboles per adustionẽ*

Tertium genus melancholiæ est, quæ hypochondriaca dicitur. Horum omnium signa & phantasmata ex libello de 10 melancholia Aëtius trãstulit: quædam etiam Aurelianus annotauit in Chronicis.

5 *Quorũ suffusio stabilis est exnaturalis vitio œconomiæ.*

Itaque initio mali repellẽtibus vtendum est, oxyrhodino, aut mixta materia media, vt chamæmelino, & quæ de Soda dicta sunt: multò magis, si non intemperies sola adsit, sed & aliqua obstructionis suspitio comitetur. 11 Phlebotomiam omnes ferè imperant, atque in primo genere 12 cephalicam: in 13 secundo ac 14 tertio, mediam præferunt.

6 *Per synathrismum seu collectionem.*

7 *Per generationem.*

8 *Et ii dissẽtas habẽt sanguine venas,*

cum habitu corporis extenuato, squalido & sicco. 9 *Ex melancholici humoris in hypochondriis synathrismo. Hæc verò melancholia ructus & flatus cùm dissessia habet coniunctos.* 10 *Quæ liber Galeno tribuitur.* 11 *Ad declinationem causæ antecedentis, amotionem coniunctæ, temperamenti restitutionem, & superstitis materiæ præparationem.* 12 *Melancholia scilicet, quæ localem habet in cerebro generationem.* 13 *Melancholia totius corporis, & hypochondriaca.* 14 *Mediana vulgò dicta, qua æquè vacuatur à capite, ac è toto corpore, ad*

Hippocrates in libello de virginibus ſcripſit virgines interim fieri melancholicas, reſiſtente menſtrua purgatione: idque multo magis, ſi vruntur amoribus. Idem quoque viduis accidere conſueuit, dum curis & mœrore animum conficiunt. In his enim ex vehementi animi motu cerebrum laborat, atque ideò infirmatur. Refluit ab vtero ad cor ſanguis vitioſus, atque ita animã corrumpit. His vena malleoli 15 aperienda eſt, aut idem locus per interualla, repetita ſcarificatione vulnerandus. Probatur etiam vena 16 quæ inter annularem & minimum, vel medium & annularem digitum excurrit. Perſeuerante malo vena in fronte diuiditur. Oportet autem latum 17 vulnus inferre venæ, &, ſi quidẽ ſanguis craſſus eſt, ſemel ac plurimum detrahere: ſi minùs craſſus fluat, depletis vnciis duabus, abſtinendũ.

18 Alimenta è media 19 materia inſtituẽda ſunt. Panis triticeus bene coctus: vinum album, tenue, odoriferum. Omnino cruditas 20 vitanda eſt, & potus ſine 21 cibo, vel in fine paſtus.

Clyſteribus per interualla vtendum eſt: primùm quidem leuioribus, qualis hic eſt.

℞. furfurum hordei M. 1. ſummitatum anethi, chamæmel. meliloti. an. M. ß. ſemin. rutæ, & fœnic. ana ʒ. 2. Fiat decoctio ad ℔. 1. In colatura diſſolue mellis anthoſati, ſacchari rubri an. ℥. ß. ol. 22 ℥. 3. Poſtea verò decoctioni adiiciemus polypodij ℥. 1. atq; aliquãdo diſſoluemus caſſiæ, 23 aut cathol. ʒ. 6. aut hieræ 24 picræ vnc. ß. vel diaphœnici, vel diapruni

generationẽ prohibendam & corrigẽdũ ſymptõma.

15 Vt fiant menſtruales, & fiat humor καλλάρροπος. qui erat ἀνάρροπος.

16 Præſtiterit mediana, aut baſilicã pertundere.

17 Vt exitũ habeat craſſior ſanguis.

18 Hæc ad generationẽ melancholici humoris prohibendã pertinẽt. Cũ hac verò victus ratiõe, lactis, aſinini vſus (ſi minùs obmurmurẽt hypochondria) mirificè confert. Itẽ balneum aquæ dulcis egelidæ, diuturnũ ſyrupi violacei vſus vere

nouo. 19 Neque imbecilli, neque forti. Dicuntur autem media, quæ ſunt ſuccitatis alibilis: vt pipiones, perdices, vitulina caro. 20 Quòd obſtructiones pariat. 21 Id in omni melancholiæ genere. 22 Vt olei violacei. 23 Vel vtriuſque ℥ ß. 24 Inopiata, non in puluere.

25 *Vsu clysterum melãcholica collectio vacuanda.*

tantundem. Ex quo materia 25 purganda est. Sed præparanda priùs leuioribus 26 quidem remediis, quæ in epilepsia diximus,& capite de Incubo : cum his etiam.

26 *Vt decocto polypodii, lupul. scolop. borrag radicularum aperientiũ, cum syrupo capill. ven. de bisantijs, oxymel. scyllitico, modo in hypochondrijs nõ sit sinathrismus.*

℥.succi borrag. succi buglossi, depuratorum ana lib.2. succi pomorum odoriferorum (curtipendula vocant) lib.3. foliculorum sennæ ℥.4. sem. anisi & fœniculi an.℥.2. Senna distemperetur diem integrũ in succis: deinde leuiter bulliat, & cum sacchari lib. 1.ß. fiat syrupus clarificatus,& aromatizatus. Dosis ℥.2. 27 cum aqua buglossi,borraginis,lupulorum, fumariæ,cuscutæ,aut sero lactis. Melancholia leuiter,& per interualla purgari debet.Itaque foliculorum sennæ 28 ℥.ß.℥.6.℥.1.in iusculo galli decrepiti,gallinæ,pulli, aut alterius carnis, vel piscium, decoquimus. Deinde sorbetur iusculum. Alioqui foliorum sennæ ℥.ß.sem. 29 anisi, cinamom.an. ℥.ß. florum anthos & borraginis , florum violarum an. P.1.fiat infusio,vel decoctio in sero caprino.Aliquãdo semunciam 30 cassiæ , aut catholici adiicimus. Galenus & reliqui Medici probant purgationem ex pul.hieræ picr.℥.1.pul.epithymi ℥.2.Sed hęc purgatio æstate non conuenit, potiúsque vtẽdum erit cassa,aut cath. dissol. in sero lactis. Vbi cholera & pituita salsa exuperârit,confectio hamech ad ℥.1. vtiliter præscribetur. Decoctum,in quo medicamenta dissoluuntur,hoc modo melius fit.

27 *Vel ℥.3.*

28 *In singulas dosẽs.*

29 *Vt discutiãtur flatus, quos senna excitat.*

30 *Vt. ℔. cass. recens extractæ ℥.ß f. bolus. Detur, & superbibet dilutũ ℥.3. foliorum sennæ in decocto prunorũ damascenorũ infusorũ, & ebulitorum.*

℔. summitatum absynthij & fumariæ an. P.1. trium florum cordialium an.P.ß. Fiat decoctio,aut infusio suprà calidos cineres.In col. expressa dissolue 31 medicamenta.

31 *Vt tryphe rã persicã, si sit contumacior humor.*

Vel infunde in decocto conuenienti, aut caprino sero, folic. sennæ ℥.1.ß. dissolue catholicum cum dupla senna & rheo.

Vbi vigiliæ vrgent, potius hoc imperare licet.

℞.tripheræ Perſicę vnc.ß.ſpecierum hieræ picr. Galen.ʒ.6.epith.pul. foliorum ſennæ ana ϑ.4.cum modico ſacchari violati fiat mixtura. Doſis ad ʒ.ß. diſſolutam in ſero caprino. Ad ſomnum verò conciliandum ſequentia imperabis.

℞. chamæmel. anethi, violar.ana. M.1.flor.alb. nympheæ, calic. papau.ana M.1.folior. ſalicis vitis, malu.ana p.1.f. decoctio, qua abluantur manus, pedes, &c.

Ex philonio ad lenticulæ magnitudinem, caphuræ pauculo & albumine oui fit elychnium in nares immittendum ad ſomnum. Pulueres quoque ſubinde imperandi ſunt, & condita.vt.

℞.pul. elect. lætificantis ʒ. 3. ſacchari roſati, & violati ana ʒ.ß. dentur ʒ.4. in cochleari cum modico vino albo odorifero. Aliud.

℞.elect.lætificantis 32 & diamargarit.ana ʒ.2. ſe.citri, melonum, cucumeris, citrulorum ana ϑ.ß. ſacch.roſati, quod ſufficit, fiat mixtura: aut, ſi vis, incorporentur in conſ.borraginis, bugloſſi, roſ.an. ʒ.ß.Fiat conditum. Pleresarchontica ſerò & mane cum vino, confectio akermes, diamargarit. calid. Theriaca, aromaticum Galeni, è citro, diagalanga, diacuminum (prę̃ſertim in hypochondriaca) dianthos, electarium de gemmis, è moſcho, cum aqua bugloſſ.& vino odoro proderunt.

33 Balnea temperata per interualla conueniunt.

Cucurbitulæ leues in hypochondriis, quæ diſcutiãt flatus: atq; vbi dolor eſt, cum 34 ſcarificatione. Vbi verò pertinax morbꝰ eſt, ſecãdæ 35 venæ capitis

32 *Rhazes lib.5. Continent, & lib. 9. ad Almãſorem.*

33 *Confectio alkermes cũ quadrupla borraginis cõ ſerua ſit tibi omnis inſtar conditi. Vt ℞ cõfect.alkermes ʒ.1. ß.cõſer. borrag.ʒ.3 f.miſtura. Detur ad magnitudinem nucis auellanæ.*

34 *Hæc ſcarificatio inutilis.*

35 *Recta frontis, aut vena puppis, quæ in occipitio eſt.*

36 Hæc potißimùm locum habent in melancholia, quæ localem habet in cerebro generationem.

37 Vt hæmorrhoidũ, menstruorum, si suppressa sint.

37 Vt æquali medicaminũ excessu contrarius naturæ excessus abigatur.

38 Purgationibus ex helleboro albo, aut nigro.

40 Albi quidem, si pugnandum sit cum symptomate: nigri si cũ synatroismo.

41 Ex helleboro albo. Cæterùm non datur hellebori substãtia, sed tantũ dilutum, idque ad ℈.2. Neque hic quidem omnibus: vt nec pueris, nec senibus.

36 & sanguisugæ affigendæ. Aperiendæ infernæ 37 purgationes, vis pharmacorum augenda 38 est, imperandáque hiera diacol. quæ epithymum, aut sennæ puluerem, deinde etiam quæ helleborum recipiat.

Helleborismis 39 quoque vtẽdum est. Nec enim frustra dictum est ab antiquis indigere helleboro, qui mente non ita constarent. Itaque sic imperabis.

℔.pul.hieræ diacol.℈.4 pul.epithymi, & foliorum sennæ an.ʒ.2. Excipiantur modico melle. Deinde in sero caprino dissoluantur. Fiat potus.

℔.ramentorum 40 helleb.ʒ.1. Fiat infusio per tres dies in aquæ pluuialis ʒ. 4. deinde lento igne decoque ad tertias. Col. addantur mellis optimi despumati ʒ.2. Huius mellis cochleari puluerem hieræ diacoloc. miscebimus. Reliquum mel seruabimus, & per interualla cochleare dabimus, dissolutum in pingui iusculo, vt incitetur 41 vomitus. Alius helleborismus.

Raphanus acerrimus in taleolas diuidatur. Ramentorum hellebori ʒ. 3. Taleolæ configuntur: transfixas sub dio per noctem collocabis. Postridie ramenta detrahes, & ita diligenter, vt nihil remaneat hellebori. Ex quo taleolas in oxymelite tribus horis macerabis: maceratas comedes, & oxymel superbibes.

Post horas aliquot vomitum ciebis. Quòd si venter flatuosus est, fouebis 42 oleo, in quo rutæ, anethi, dauci, cumini, & similium semina coxerint. Eadem semina in puluerem redacta, adiecto piperis & cina. momento, melle anthosato exci-

42 Aut decocto stomachico-

pies,& ita exhibebis.

Dropax 43 calidus proximè descriptus breuibus interuallis ventriculo affigetur, & toti metaphreno. 43 *Ex pic. naual.* ℥. 4. *olei rutace* ℥. 1.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Melãcholia à phrenitide & mania distincta.

Melancholia differt à phrenitide, quia sine febre est, & furore à mania, quia cum metu & tristitia. Fitque vel ab intemperie frigida & sicca, & humore melancholico eiusdem temperiei, siue cerebro primariò affecto, siue à toto corpore, siue ab hypochondriis. Quæ postrema flatuosa magis est. Atque hæc est vulgaris omnium ferè sententia. Quæ tamen ita accipienda nobis haud quaquam videtur, quasi nulla melancholia cum febre sit, aut ab intemperie frigida semper oriatur. Experientia enim constat in febre hominem melancholicum sæpè reddi, aut post febrem, vel alium morbum. Dico timidum, tristem, sine furore, multa falsa, ridicula, & ab omni ratione aliena animo mouentem, læsa imaginatrice, & ratiocinatrice facultate. Quæ propria sunt melancholiæ symptωmata, neque phrenitidi veræ, neque maniæ, neque παραφρόσυνη communia. In febre ardente Burgundus quidam Lutetiæ ad ædem S. Iuliani multis clarissimis Medicis astantibus mortuum se affirmabat simul cum fratre ibi decumbente. Postea phantasia mutata declamabat: præcabatúrque Medicos, ne ampliùs animæ impedimento essent, quò minùs è purgatorio euolaret ad Deum. Aliquando imitabatur moribundum, quasi efflaret animam: monebat, vt spectarent expiratum: postea summo timore, & omnium desperatione corripiebatur. Tandem opportunis remediis adhibitis, & hæmorrhoidum profluuio liberatus est. Alius itidem se mortuum, & sine animo putabat, ob idque cibum omnem reformidabat, quòd mortuos edere negaret. Tandem optimo consilio effectum cadauer, mensæ accumbens, cuius exemplo cibum sumpsit. Quidam, ex Aëtio, neque omninò caput se habere putauit, ad quem excogitasse dicitur Philotimus supra reliquam curationem plumbeum pileum, à quo grauatus habere se caput intelli-

Melãcholia omnis non febris expers.

Burgundus ex ardẽte febre melãcholicus.

Aëtius serm. 2. Tetrab. 2. cap. 9.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 164 sur 805

Artemidorus Grammat. melãcholicus

geret. Artemidorus Grammaticus cùm in littore viſo Crocodilo expauiſſet, quod facilè fit & maximè melancholicis, omnium literarum oblitus, putauit tota vita alterum crus & manum ſibi exempta. Multa ſimilia quotidie experimur ex quibus intelligi poteſt melancholiam ſæpè fieri, vel calore reſoluto, vel calidiore cerebro, aut corpore colligente melancholiam, non adurente tamen : alioqui in Maniam degeneraret. Humor enim hic, vel à partis intemperie generatur, vel relinquitur poſt inflammationes, vel craſſior in obliquitate venarum incluſus, ac torpidus malignam aliquam qualitatem contrahit, & vapore atro (eſt enim maximè vaporoſus) ſpiritus vitales, & animales inficit, vnde metus, triſtitia, palpitatio cordis, inflatio carotidum, pulſatio in multis corporis partibus, aluus dura, macies corpore refrigerato, & cogitationes ſomniantibus ſimiles conſequuntur. Qui ſi in cerebro obſtructionem fecerit, epilepſiam : ſi in mentem repat, vt ait Hippocr. id eſt, cerebri & ſpirituum temperamentum mutet, melancholiam procreabit. Ob idque ab vno horum duorum morborum in alterum facilis eſt mutatio. Sunt tamen duo perpetua, & pathognomonica ſigna, metus & triſtitia ſine cauſa. Quæ à ſolo humore melancholico pendent, ſiue per ſe, ſiue aliis mixto, ſuperante tamen, vt neque de materia, neque de parte affecta dubitare poſſimus. Sanguis enim, cùm mobilis ſit, ſuauis, & lucidus, hominem potius in ſpem erigit, ac lætitiam & comitatem inducit bilis : acrimonia, calore & mobilitate, præcipitem hominem efficit, & ad ſæuitiam, non metum prouocat. Aduſta, φρονίρα καὶ θηρηώδης Melancholia, colore atro timorem ac triſtitiam : firmitate & craſſitie, in opinione ſuſcepta, quantumuis ridicula, conſtantiã affert.

Humoris melãcholiam committentis vnde ſit generatio.

Hippoc. ſub finem ſect. 7. & poſt. libr. 6. Epid.

Melãcholiæ duo perpetua, & pathognomonica ſigna

A toto corpore fieri intelligimus ex cauſis præcedentibus, ſignis melancholici ſanguinis in toto corpore apparentibus, victus ratione, miſſione ſanguinis craſſi, tempore anni, regione, ætate declinante, temperamento, menſibus aut hæmorrhoydibus ſuppreſſis, varicibus curatis, corpore gracili, nigro, hirſuto, venarum latitudine, diſtentione ob flatus, ſanguinis copia, curis, laboribus, victus ratione tenui, ſordida. A cerebro verò, ſi mœror & triſtitia perſeuerarint, ſine tali corporis conſtitutione.

Conueniunt clyſter(nam in omnibus aluus adſtricta eſt & flatibus diſtenta) ſanguinis miſſio, ſyrupi, purgatio, cremor hordei, veratrum, opiatæ, epithemata, inunctiones, fotus, topica, balneum, lotiones capitis & pedum, cauteria, trepanum, maſticatoria, ſternutatoria, errhina embrochæ. Humida lætificandi vim habentia, & ſpleni propria. Valet ad melancholicos cum metu, & anxietate electarium ſequens mihi vſitatum.

℞.emblic.ʒ.10.roſ.ʒ.6.caryophyll. nardi, cyperi, aſari, maſtichis, myrobalanorum an.ʒ.3.cinamomi, zedoariæ, an.ʒ.2.nucis moſc.macis, cardamomi, caphuræ, moſchi ana ʒ.1.ſyrupi roſa. vel mellis roſ.q. ſ.fiat elect. Doſis ʒ.3.cum liquore conuenienti. *Electarium ad melãcholicos Authoris vſitatum.*

Tertium genus]Hipochondriaca melancholia non fit à ſucco frigido, ſed fumis malignis & acrioribus ad cerebrum elatis, quando ſcilicet venæ meſaraicæ inter ventriculum & hepar ardore quodam efferueſcunt, & obſtructione aliqua laborant, vnde humores crudi & melancholici illic concluſi flatus multos procreant, & ad caput elati melancholica ſymptωmata ac difficultatem anhelitus inducunt. Percipitur rugitus, & veluti murmur quoddam (eſt enim hoc ſignum maximè proprium) circa hypochondria, modóque incipit ab hepate, modò à liene, cum humor ille inter lienem & ventriculum ſubſiſtit in venis. His enim duobus locis fieri poteſt, vel ab intemperie, vel ab obſtructione, vel ab vtróque. Contingit frigido ventriculo exiſtente, & calido hepate. Inde ſequuntur cruditates, refrigeratio corporis & ſanguinis, macies, ſudor, plurimum ſputum, ſed imprimis, vt dixi, perpetui rugitus circa hypochondria, & ſomnia turbulenta cum metu, & triſtitia. Quibus duobus ſignis collegimus morbi eſſentiam in nobiliſſima mulie- *Melancholia hypoc.*

re, quam Medici alij fruſtra curauerant, vt imbecillitate ſtomachi laborantem. Summa erat macies, vehemens extremarum partium frigus, ſibilus auris ſiniſtræ, ſomnia turbulenta. Curatio abſoluta fuit minoratiuo ex Catol. & diaphœn. ſyrupis & apozematibus melancholiam ad expulſionem præparantibus, fotibus hypochondriorum, vnctio- *Mulier melancholica ex frigidiore ventriculo, & hepate calidiore.*

nibus, pharmaco ex hiera diacoloc. Potest etiam fieri hypochondriaca melancholia à partibus inferioribus ventris, quæ calida intemperie laborant, vel effusa bile atra per mesenterium,& partes ventris, magno intestinorum calore adurente chylum. In cruditate optimum,arctiùs ventriculum ligari,vt flatus impediantur,& melior fiat coctio.

Hellebori.] In hoc duo cauenda. Primùm, ne detur in substantia, sed vel in decoctione, vel infusione, idque post vniuersalem purgationem. Alioqui conuulsionem affert, vel iugulat. Deinde, ne misceatur myrobalanis, aut adstringentibus,ne diutiùs retineatur in corpore. Ex hieris accommodatæ sunt tantùm huic affectui, quæ veratrum,aut colocynthidem recipiunt:sed in constitutione humida tantùm, & pituitosa,quia nimis exsiccant. Hiera Logadij,qua vtebatur Ptolomæus Rex ad omnia vitia melancholica, probatur Alexandro.

Datur ad ʒ.3. vel 4.cum calida. Melancholicis, elephanticis,morpheæ,impetigini, venenis, nephriticis, lethargicis, ischiadicis & epilepticis auxiliatur.Huius descriptionem hunc in modum Nicol.Myrepsus concinnauit.

Nicolaus Myrepsus Section 23.

℞. agaric.elater.sal ammoniac. absynth.ammoniaci, folior.indicorum.hellebor. nigr. scyllæ tostæ,dacridij, myrrhæ, zinziberis ana ʒ. 6. aloës flauæ, euphorb. ana ʒ.8.polij herb. casiæ,chamædr.centaur. hyperic. bdell. marrub.ana ʒ.5.piperis alb. cinam. opopanac. sagapen. piperis long. croc. petros. Macedonic. ana ʒ.4.castor. pip. nig. aristoloch. rotundæ ʒ.3. seminis colocynth.polypod.ana ʒ. 8.spicæ nardi & grani cnidij ana ʒ. 6. Hæc trita in pollinem madefacito cum melle Attico despumato sufficienti. Opopanacem, sagapenum solue in mortario cum melle,& probè confectam reconde in vase, & vtere.

ANTO. VALETII EXERCIT. XVII.

MElancholia morbus deprauata est imaginatio, quæ cerebri intemperiem humori melancholico congenerem sequitur. Hic enim humor ater animæ domicilium obtenebrans, terrorem incutit,

cutit,alienáſque cogitationes abſqueeuidenti cauſa menti iniicit: vbi inter cætera animi pathemata,metus,mœſtitia,odiúmque hominum præualent. Triplicis melancholiæ, primariæ ſcilicet, ſeu cerebri propriæ,hypochondriacæ, & totius vitio corporis factæ, cauſæ ſignáque quibus inter ſe diſtinguantur,deſumpta ſunt ex Galeno li.3.de loc.mal.affect. *Hippo,aph. 23.lib.6.*

Curatio perficitur enematis,zulapiis,aut apozematis,contumaceum humorem apparantibus,purgationibus, blandis primùm, dein valentioribus, ſanguinis miſſione, balneo, ſpirituum recreatione. *Melancholiæ curatio.*

Enemata ex decocto remollientium, & diſcutientium flatus, qui hîc ſæpè colliguntur, cum lactis ſero, diſſolutis melanagogis, comparantur. Zulapia ex ſyr. de lupul. fumaria de bizant. cum ſtillatitiis liquoribus bugloſſ. cichor .&c. Vel hoc apozema præſcribitur.

℞.radic. aper.& polypod. quern. ana ʒ. 6. cortic.radic. cappar. thamariſc. fraxin. ana ʒ.ß. aſari, acor.ana ʒ.2.cichor. tot. quinque capill. borrhag. ſummit. lupul. ſumar. thym. epithym. meliſſophyll. ana M.1. ſemin. aniſ. fœnic. melon. cucum.acetoſ.citr. glycyrrhiz.raſ.ana ʒ.2.flor.cardiac.geniſt. & epithym.ana p.1. f.decoct.ad ℔. 1. In colatur. diſſolu. ſyr. de lupul.de fumar.& de bizant.ana ʒ.1.f.apozem.clar.& cond. vt decet,pro doſib.ʒ.

Mox purgatio ſubſequetur, ex catholico,diaphœnico, confect.hamech, & aliis id genus melancholicum ſuccum trahentibus, inſtituenda,vel.

℞.polyp.quer.paſſul.mũd.glycyrrhiz.raſ.ana ʒ.2.ſummitat. lupul.adhianth.agrin.ſcolop.ana M.1.folicul.ſemæ mund.ʒ. 2. ſemin.aniſ.& fœn.ana ʒ.1.flor. borrag.& bugloſſ. ana p.1. f.decoct.in ſero lactis ad doſ. 1. colatura diſſolue expreſſionem ʒ.1.ß.rhei elect .infuſi,vt decet,cathol.& ſyr.viol. ana ʒ. ß.f.potio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 168 sur 805

Pauperibus folia ſennæ ad ʒ. 2. vel 3. infunduntur in hydromelite, aut conuenienti decocto: quibus expreſſis adduntur ʒ. 2. ß. confection. hamech. oxymelit. ſimpl. ℥. 1. ſyr. laxat roſ. pall. drach. 6. Vel catapotia de fumaria, Inda, exhibentur: quãquam liquida medicamenta in hoc affectu præferenda. Subinde repetentur, hæc purgantia, ob humoris pertinaciam, qui non niſi ſenſim educi poteſt.

Gal. cap. 4. lib. 3. de loc. mal. aff.

Quod ad phlebotomiam attinet, eam Galen. non deſiderat in melancholia, quæ primaria cerebri eſt affectio: quamuis ad præcautionem, & propter plenitudinem mitti ſanguis non incommodè poteſt. In aliis melancholiæ generibus magis conferet venæ ſectio, præſertim ſi melancholicum ſit corpus totum, ſed iis cautionibus adhibitis, quas ibidem Gal. præcipit obſeruandas. Citandæ hæmorrhoides, ſi eò natura vergat. Hinc illud Hippocratis. Maniacis, ſiue melancholicis, ſi varices ſuperueniant, fit maniæ ſolutio. In mulieribus reſtitantes menſes ſi mali huius occaſioni ſint, malleoli vena pertundenda. Ex melancholia verò hypochondriaca quia lieni labes & ventriculo ſæpiùs inuritur, conſulendum eſt his potiſſimum partibus fomentis litubus, ſcutis vulgò appellatis, ex lienis & ventriculi affectuum curatione repetendis. Recreabuntur vires electariis, conſeruis conditis, ab Authore imperatis.

Hipp. aph. 21. lib. 6.

Balnea aquæ dulcis, in quibus refrigerantia & humectantia incocta ſint, mirificè proſunt, moliendo perſpirationem: quæ prohibita bilioſos facit melancholicos, per aduſtorum fuliginoſorum

excrementorum retentionem. Itaque his frequentibus, victúque humido & euchymo se multos persanasse melancholicos professus est Galenus.

Maniaci melancholicis similiter curantur, nisi fortè maniæ causa à melancholia euariet, vt ferè fit ab acribus & mordacibus succis, feruidiore sanguine & bile: & tum vt phrenitici curantur.

De 1 Catarrho. CAP. 18.

CAtarrhus nomen generale 2 defluxus, aut destillatio est. Nam καταῤῥέω verbum id sonat. Peculiariter fluxio est à capite in fauces. Catarrhus verò alius pituitosus, túmque distentio est, faciei pallor, frigiditas capitis, ad somnum inclinatio, piger motus, 3 hebes anima, & sensus. Vóxque 4 per nares obmurmurat, intercepta via. Adde 5 temperamentum, locum, anni 6 constitutionem, rationem vitæ. Vrinæ quoque crudiores sunt.

Alius calidus est, ferè à pituita salsa, aut alioqui acri humore. Hic totius capitis 7 dolor est. Rubent 8 oculi, interiores partes oris 9 exulcerantur. Adde & cætera externa, & vrinas magis coloratas. Catarrhus aliquando per venas & arterias diffluit in corpus. Hîc ferè ceruicis, scapularum, membrorum & luborum 10 dolor est.

Catarrhus, 11 vbi leuis est & frigidus, fotu 12 capitis, sed sine frictione ex linteis calentibus, vt

1 *Propriè & catachristicos vsurpato.*
2 *Fluxus humoris à capite in totum corpus aut aliquam corporis partem.*
3 *Ingenij tarditas.*
4 *Quod vocalis materia non habeat liberum exitum faucibus interceptis.*
5 *Frigidum & humidum*
6 *Frigidã, humidam, aquiloniam.*
7 *Ab humorum acrimonia & meatuũ obstructione.*
8 *Suffusione subtilissimi humoris & caloris secundum meninges.*
9 *Serosi humoris acrimonia.*

10 *Et paraplegiam inducit.* 11 *Generatione causa, & symptomate.* 12 *Vt faculis ex milio, furfure & sale.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 170 sur 805

calor in profundum 13 ſubeat, leui gargariſmo, caputpurgiis curari poteſt. Ita tamen fouebis caput, vt nullo modo frices. Nam in catarrhis frictione capitis non eſt vtendum. Leuis medicina.

14 ℞. roſarum M. 1. fiat decoctio in aqua & modico aceti, vnde leuiter colluat os, vel vtatur modico conſeruæ roſarum, vel ſyrupi de roſis ſiccis. Caputpurgium.

℞. ſeminis nigellæ romanæ ʒ. 2. ſeminis aniſi ʒ. 1. conquaſſata frigantur in ſartagine, cum leui aſperſione aquæ maioranæ. Fiat nodulus: 15 applicetur naribus. Quòd ſi reſiſtat venter, 16 ſemunciam caſſiæ quarta parte 17 horæ ante cibum imperabis.

Intereà proderit ſacculos capiti inſtituere, qui ad exhauriendam materiam vitium facientem ſint accommodati. Qualis hic eſt.

℞. milij, aut auenæ conquaſſat. & torrefact. M. 1. furfuris macri frixi p. 1. ſalis torrefacti & puluerati ʒ. 1. f. ſacculus capitis commiſſuræ admouendus.

Vbi verò 18 calidus eſt, ſed leuis, balneum aquę dulcis ſat eſſe poteſt, vbi corpus non fuerit neque plethoricum, neque cacochymum, aut inunctio capitis, aut frontis, è roſaceo, è caſeo molli & recenti, è cauliculis lactucarum ſubactis, è poſca, Saccus è roſis. Quòd ſi purgatio imperanda eſt, quia reſiſtit aluus caſſiam, 19 mannam imperato.

Vbi verò 20 vehementior catarrhus eſt, 21 maiora remedia ex vſu ſunt. Quòd ſi ex vehementia catarrhi, quod ſæpè fit, 22 præſens ſuffocatio immi-

13 *Atque humorem cõcoquit.*
14 *Gargariſmus ad fluxum in aſperam arteriã, aut nares prohibendum.*
15 *Vel maioranæ ſuccus per nares è vola manus educatur.*
16 *Ne ſuppreſſa aluo, augeãtur capitis ſymptomata.*
17 *Ne in alimentũ vertatur.*
18 *Vt ſi quis in ſole iter fecerit.*
19 *Modò non ſit æger πικρόχολος ἄνω.*
20 *Generatione, cauſa & ſymptomate.*
21 *Qualitate contraria & vtendi aſſiduitate.*
22 *Materiæ in pulmones prolapſu.*

net, clysteribus 23 acriusculis statim vtendum. In quibus hieræ picræ semuncia dissoluta sit.

24 Quod si corpus 25 sanguineum & bene carnosum est, vena in brachio angusto 26 foramine aperienda est.

Cucurbitulæ magnæ scapulis & brachiis affigendę. Totus thorax ex oleo de liliis, de lino, amyg. dulcium. Chamæ. butyro recenti, 27 cocta radice althęæ cum axungia gallinæ, vel simili, vel butyro malaxata 28 inungendus est. Gargarismata 29 quæ reprimant fluxionẽ, caput purgia, frictiones & vincula, quæ eandem diuertant, imperanda sunt. Vbi verò 30 nullum tale accidens interturbat curationem, catharri, frugalis 31 vita imprimis imperanda, cœna nulla, aut pauca, declinatio 32 à ventis, solis & lunæ 33 radiis, abstinentia à 34 vino & rebus vaporosis, à 35 somno diurno, qui etiam noctu breuior esse debet. Vtantur hordeato, auenato, vbi resiccandum est. Conuenit 36 orizogala, amygdalogala cũ sacch. ros. vbi retinẽda defluxio, incrassanda, & coquenda. Aqua frigida ore colluta in calidis: subtepida in frigidis fluxionibus, conuenit.

Secunda mensa carne cydoniorum piris austeriusculis & coctis, post etiam coriandro vti oportet, vt confirmetur venter, & fumi prohibeantur. In frigido, vino quidem vti licet, verum modico. In pastu medio non frigido, sed refracto, aqua sub-

23 *In quibus vu sit ex alto reuocandi ac reuellendi*

24 *Ipsiusque catharri qualitas, ægri naturæ sit consentanea.*

25 *Ad prohibendam generationem, materiæ reuulsionem, & funesti symptomatis correctionem.*

26 *Ne spiritus, natiuusque calor dissipentur, qui cum catarrhi materia pugnant.*

27 *Hæc sub cineribus stupa inuoluta coquitur.*

28 *Ad eius coctionem, quam excepit materia, & eiusdem exclusionem.*

29 *Cuiusmodi ex syrupo myrtilorum cum decocto plantag. hordei.* 30 *Vt cum suffocatio non est in metu, sed solus catarrhi curationis est habenda ratio.*

31 *Vt assuetæ vitæ portio ducatur.* 32 *Quia humores fundunt.*

33 *Quia exprimunt.* 34 *Ratione fluxionis, non materiæ.* 35 *Qui corrumpit, non tam coquit.* 36 *Si non adsit capitis dolor.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 172 sur 805

37 *Ne incitetur catarrhus.*

38 *Quatuor hæc sunt corporis plethora, generatio ab hepate calidiore & sanguine subtilißmo, prolapsus in partem cuius officio vita carere nequit, febris cõiunctio.*

tepida, aut pane tosto. Clysterum vsus, sed 37 mollium probandus est. Phlebotomia à Græcis ferè omissa est & Arabibus, nisi vbi ea ádsunt, 38 quæ Mesuæus annotauit in capite de catarrho.

Purgationes initio leuiores, qualis est cassia ad ʒ.i. aut ʒ.x. imperata, ac per interualla vsurpata, cui aliquando in fluxione calida addere licet elect. de succo ros. ℈.2. Iam progresso morbo, vbi signa coctionis apparent, poterit catholicum imperari ad ʒ. 6. adiecta infusione ℈.2. agarici, & ʒ.ß. rhab. Nonnunquam etiam in his catarrhis imperamus rhab. infusi ℈.4. pulueriſati verò ℈.2. qui dissol. in hac decoctione.

℔. passul. hordei ana P.i. trium florum cordialiũ, liquiritiæ rasæ ana ʒ.2. fiat decoct. pro vna dosi, in qua dissol. rhab. &c. vt dictum est. Post hæc etiam iam benè maturato morbo, 39 fortioribus vti licebit, qualia in Gatinaria. Peculiaria verò remedia alia 40 continentur ore, alia 41 deuorantur: nõnulla 42 naribus applicantur: eáque aut retinẽt, aut leniunt & concoquunt, aut repurgant. Retinent, vt.

39 *Vt diacarthamo.*

40 *Ad infringendum.*

41 *Ad leniendum.*

42 *Ad deriuandum & cerebrum recreandum.*

℔. ros. hordei, agrimoniæ ana P.i. sem. plantag. pap. albi, portul. ana ʒ.i. fiat decoctio ad ℥.4. In col. disso. diamori ʒ.i. vini granatorum ʒ.ß. Aliud.

℔. aquæ. hordei non excorticati ʒ.3. dianuci ʒ.i. Aliud.

℔. zulapij rosarum. ʒ.3. syrupi myrtillorum ʒ.i. Aliud.

℔. aquæ rosarum ʒ.3. caphuræ ℈. i. Aliud,

℔. corticum papaueris albi. rosarũ siccarum an. P.2. boli armenæ ʒ.2. fiat decoctio. Hæc ore continemus, & inde os leuiter colluimus. Alioqui fiunt

pilulæ,quæ in ore continentur.

℞.boli armenæ lotæ cum aqua roſ.terræ ſigillatæ lotæ cum decocto papaueris ana ʒ. 1. elect. diatragacanthi frigidi cum oui albumine diſſolu. ℥.ß. cum modico ſyrup.roſ.de ſiccis fiant pilulæ ad magnitudinem lupini.

Vel.℞.ſucci roſarum ʒ. ß. bol. armenæ tantundem,fiant pilulæ tres horâ decubitus capiendæ.Mirificæ ſunt facultatis ad acriores fluxiones retinendas.Conſerua roſacea cum maſtiche,bolo Armena, terra ſigillata ad id inſtituti apprimè conferet. Vel etiam trochiſci eiuſmodi.

℞.aniſorum,coriandri præparati ana ʒ.ß.macis, cinamomi,ſpicæ,ireos, coralli rubri ana ℈. 1. ſemin. papau.albi, in vino cocto macerati ana ℈.1. gummi tragacanthi,maſtichis ana ʒ.1.omnia incorporentur in ſucci liquiritię ℥.1.cum leui affuſione ſyrupi myrtillorum.Fiant trochiſci pondere ʒ.ß.

Poſſumus vti ſolo tragacantho,terra ſigillata, & in frigido catarrho ſpica.Vbi leniendum eſt, glycyrrhizæ ſuccus maximè conuenit, aut decoctio pectoralis,vt decoctio pectoralis Rhazæ.

℞.iuiubas N.xx.ſebeſten xxx.paſſul.enucleat. ℥. 1. viol. ſiccarum ℥. ß. liquiritiæ raſæ. ʒ. ʒ.caricas 10. Fiat decoctio in tribus libris aquæ, dum redeat ad vnam. Adde,ſi vis,ſemen bombacis,capillorũ ven. & alia,quæ incîdunt,aut repurgant. *Decoctio pectoralis ex Rhaze.*

Poſt initia,vtendum eſt elect.diaireos, commiſcendúmque eſt diatragacanthum ad ℥. 1. Quale hoc eſt.

℞.diatragac.frigidi ℥.1.diaireos ſimplic.℥.ß.fiat pul. Teneat in ore. Verum, vt minuitur catarrhus

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 174 sur 805

& maturatur, plus diaireos miſcendum erit. Retinendum eſt, cum fluxio vehementior & periculoſior. Aut etiam vbi leuis eſt. Sed hîc ferè ſine purgatione corporis, illîc poſt purgationem. Vtuntur ſuffumigiis, quale hoc eſt.

℞. olib. ſandaracæ ana ʒ. 2. fiat decoctio in vino adſtringente excipiatur fumus. In frigida.

℞. ligni aloës, coſti ana ϑ. 2. galliæ moſchatæ ʒ. ß. olibani, ſandaracæ ana ϑ. 1. cum ſtyrace liquida fiant pilulæ, & ſuper prunas ſuffumigium. In calida, ſuffumigia fiunt hoc modo.

℞. ſantali citrini ʒ. ß. roſ. violarum ana P. 2. fiat decoctio in aqua, & inde ſuffumigium. Vtendū quoque pomis odoratis eſt, vt priùs Cucuphis & aliis rebus roborantibus cerebrum. Ligatione in duobus digitis manus dextræ, ſtuphis ſiccis, poſtremò etiam cauterio hoc modo. Radatur caput in ſyncipite medio, qua parte ſutura coronalis eſt, fricetur locus calente linteo. Sinapiſmus, aut phenigmus applicetur: veſicæ excitentur & diu contineantur, vt fluant. Caules itaque ad ignem tabefactos axungiâ porcina inunges, & ſuperpones loco. Quibus ſi nihil proficitur, cauterio vtendum erit.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Nulla ferè corporis humani ægritudo eſt, quæ non defluxione humoris alicuius è capite aut excitari, aut incrementum accipere poſſit. Atque id generaliùs ſumpto nomine: καταῤῥοος Græcis appellatur. Propriè tamen cùm in nares defluxio fit, κόρυζα, in fauces, βράγχος: in gurgulionem, σταφυλὴ & κιὼν, dicitur. Cauſas omnium, ſigna, & remedia perſequi, longiùs eſſet, quàm pro inſtituto. Hoc admonuiſſe ſatis fuerit, diſtillatio-

nem eiuſmodi, non ſolùm, vt multi ſcribunt, à cerebri intemperie frigida & humida, aut ab omnibus, quæ replent caput originem habere. Nam ſæpè calidius cerebrum plus vaporis attrahit, qui deinde, vt in aëre pluuia, ſuperueniente frigore concreſcit, atque exprimitur: calore & ſiccitate, veluti quodam naturæ circuitu tandem abſumitur. In omnibus tamen catarrhis capitis repletionem eſſe certum eſt, quæ hanc defluxionem parit, ídque à vaporibus alimenti, humorum, viſcerum vitio, caloris capitis imbecillitate, quia non conficit alimentum, aut vapores non diſſoluit, defectis alimenti proprij, atque inopia, vt in ventriculo. Sed duo perpetua ferè ſunt huius mali ſeminaria, calidius hepar, ventriculus frigidior, adiuncto partium mittentium robore, cum imbecillitate recipientis: quibus additur, pulmo, vterus, lien, &c. Aër deinde externus, frigidus quidem, aut exprimendo, aut calorem intrò cogendo: calidus verò & auſtrinus, caput replendo, & humores liquando, ac diſſoluendo. Frequentiùs tamen materia cerebro concluſa per æſtus in ſuperficiem per frigora, in medium corpus, & partem imbecilliorem delabitur. Cutis quoque denſitas & alui aſtrictio plurimùm accelerant catarrhum.

Catarrhos à ſola intemperie frigida cerebri nõ fieri.

Catarrhi duo perpetua ſeminaria.

In calido, venæ ſectio aliquando conuenit, diuerſio per clyſteres, leuis purgatio, gargariſmata ad aſtringendum, Errhina ad diuertendum, ſuffumigia ex ligno aloës, benzoino, ſtyrace, olibano, gallia moſchata, ſandaraca, carioph. lauro, baccis iuniperi: in calido, vapor humidus ex aqua roſ. viol. ſantal. caphura, ſacellationes, formulæ in ore, incraſſantia, alterantia: in frigido, magis conſtringentia, & calida, pilulæ, theriaca, cucuphæ, ſacculus ſiccans, inſpirationes incidentes, poma odorata, exulceratio in interiore brachio, ſeton ſyncipite medio, qua parte coronalis pilus raditur frictio, ſinapiſmus, phænigmus, veſicatorium, cauterium, frictiones vicinarum partium & capiti conſentientium, meliores, quàm capitis, niſi bene puro corpore: ordo à cruribus ad ſpinã, brachia, ceruicem, iugulares, poſt aures, occiput, ſynciput, frictio capitis cum ſpongia.

Vapor non modò prohibendus in fine paſtus, ſed dum fit concoctio. Tum enim eleuatur plurimus, vt ex ructibus appareat. Quo tempore fluxio excitatur, magis ſtipticis vtendum, vt

veſperi: manè verò lenientibus, coquentibus, expurgantibus thoracem. Galenus ſub finem 6. Epid. ſcribit catarrhum, aſthma, conuulſionem ſanari febre, vt inde intelligamus calidis & ſiccis potius in hoc affectu eſſe vtendum. Aſſueſcendum emungendis naribus potius, quàm expuitioni: quia per nares craſſa & tenuia expurgantur ſine damno reliquarum partium: per os tenuia tantùm, & cum periculo pulmonum, ac ventriculi. Adde quòd conſuetudine facta expuitioni, per ſomnum, & occupato animo, materia in inferiores partes ab ore delabitur.

Cibi parcitas prę ſertim veſperi, panis ſicci eſus, declinatio nocturni aëris & radiorum lunæ, potus paucus, prę ſertim materia exiſtente cruda, quo tempore ſitis quoque minor eſt. Supinus decubitus oculis confert, ſed catarrho noxius. Pilulæ Meſuæi de cynogloſſa valde nobis probatæ, ſed quarum non vna eſt apud omnes deſcriptio: conſerua quoque roſarum cum maſtiche, bolo Armena, ſyrupo myrtillorum, terra ſigillata, & quod ſequitur.

℞. aniſi, coriandri ana ʒ. ß. macis, cinamomi, ireos Florent. coralli rubri, ſpice nardi, roſ. rub. ana ℈. 1. maſtiches ℈. 2. gummi drag. malaxati cum aqua roſ. ʒ. 1. omnia incorporentur cum ſucco glycyrrhizæ. Fiat trochiſci ponderis ʒ. 1. teneat ſub lingua.

Ad deſtillationem vuæ & faucium, ſuffumigium.

℞. ſtyracis. liquid. ficuum pinguium, florum amygd. ſemin. hyoſcyami ana ʒ. 4. cum ficu & ſtyrace diu terendo incorporentur. Fiant trochiſci. Ter in die, manè, in meridie, & veſperi fiat ſuffumigium. Deinde interpoſitis tribus diebus idem fiat.

ANTO. VALETII EXERCIT. XVIII.

Gal. lib. 3. de cauſ. ſympt.

CAtarrhus propriè dictus defluxio à capite ad partes ſubiectas perhibetur, éſtque ſymptoma de genere immodicè excretorum. Vt enim ſe habet in leienteria ventriculus, ita & cerebrum in diſtillationibus. Catarrhi cauſæ efficientes vel ſunt à cerebro ipſo, vel ab inferioribus partibus. A cerebro

quidem, ob eius intẽperiem calidam, aut frigidam. Calida ex euentu catarrhum ciet, plus ſcilicet attrahendo, quàm concoquere, & in halitum digerere poſſit. Frigida per ſe catarrhi cauſa eſt, quia alimentum ad cerebrum delatum, non conficitur, nec per halitum difflatur. Huic quoque cauſæ famulantur partis raritas, quæ promptè pituitam ſuſcipit, magnitudo viarum in cerebro, cerebri ſitus, ad quem vapores facilè conſcendunt. Itaque ſcriptum reliquit Hippocrates, cerebrum tanquam magnam glandulã eſſe, & caput, ὥ'σπερ σικύαν τῷ σώματι incũbere: ideóq; ῥί'ζαν τῶν ἀνθρωπίνων νοσημάτων eſſe. Cũ autẽ à partibus inferioribus oritur, & efficientis intrinſeci rationem habet, vel vẽtriculus intemperatus, vel calidum iecur reperitur. Extrinſecæ cauſæ ſunt, aëris calidi intemperies, ſalſorum, & (vt loquuntur) excoriantium catarrhorum parens: vel frigida, craſſorum ſoboles: affectiones animi ſpiritus refrigerantes, aut etiã reſoluentes: ocium, à quo excrementorum congeries, & ſpirituum torpor: vigiliæ, quæ eoſdẽ ſpiritus abſorbẽt: ſomnus nimius, qui refrigerat, maximéque pomeridianus à paſtu, quia tunc violento motu calor ad interiora retrahitur, ac ſpiritus craſſiores & frigidiores fiunt: immodica venus: denique inanitio & repletio.

Catarrhi cauſæ efficientes.

Catarrhi externæ cauſæ.

Signa calidi catarrhi ſumenda ſunt ex faciei & oculorum calore, rubore, tenui materiæ conſiſtentia. Item ex odore, quum in nares fertur, putido: ex ſapore, cum in fauces, acri, ſalſo, erodente, ſiti: ex ſubita generatione, viſus, atque auditus minore læſione, cum in ventriculum. Frigidi contraria ſunt ſigna.

Signa calidi & frigidi catarrhi diſtincta.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 178 sur 805

Catharri curatio.

In curatione res imprimis non naturales optimè ſint compoſitæ. Eſus largior, potus parcior imperetur, quòd ex humidis vapores faciliùs ſuccreſcant. Somnus breuior, iis præſertim, quibus hepar eſt præcalidum: talibus enim per ſomnum repletur caput. Iiſdem inedia lõgior malo eſt: quia cibo & potu non refrigeratum hepar vehementiùs incaleſcit, vnde omnia vrit. Obeſos abſtemios eſſe oportet. Fugienda quę caput calfaciunt, opplent, balnea, lotiones capitis, integumenta nimia, &c.

Gal. lib. 5. & 13. Method.

Conſiderata fluxionis natura, quæ eſt à parte vna ad aliam expulſio, indicatio prima ſiſtendam fluxionem ſuadebit. Atque interim ad duos terminos reſpiciendum, vnde ſcilicet fluxio oritur, & in quem deſinit. Prior, qui membrum mandans appellatur, duas exhibet indicationes, vt excrementum auferamus, quod expellitur, & vitium, ex quo excrementa progignuntur emendemus. Recipiens quoque pars geminam præbet indicationem, vt eam roboremus, ne recipiat, & id quod fluit aliò trahamus.

Vacuabitur materia, eadémque opera ſiſtetur fluxio, ſanguinis miſſione, niſi humores planè ſint craſſi, & à ſanguinis natura plurimùm diſtantes: vbi reuulſione per ligaturas, frictiones & clyſteres, materiæ præparatione, & per conuenientia medicamenta expurgatione contenti ſumus.

Si tenuis & calida ſit, ſyrupis adſtringentibus & incraſſantibus apparatur: vt iuiub. nenuphari-no, de portul. papauer. qui in tuſſiendi labore grauiore dantur è cochleari. Sedata fluxione purgatio præſcribatur.

℞. fol. oxalid. scariol. portul. ana M.ß. polypod. quern. contus. glycyrrhiz. ras. passul. mund. ana ʒ.ʒ. salu. beton. saluię vitæ, flor. viol. ana M.ß. f. decoct. vt est artis ad ʒ.5 In col. fiat leuis ebullitio ʒ.2. folic. sennæ orient. & ϑ.ß. semin. anis. in qua colata infunde rhei elect. ʒ.1. cinam. gra. 4. In expressione dissol. syrup. de cichor. compos. cum rhab. ʒ.1. f. potus.

Si crassior sit materia, præparabitur & purgabitur vt in pituitosa cephalalgia.

Non omittenda interea, quæ vaporum ascensum ad cerebrum inhibent, vt pulueres, opiatæ, conseruæ, electaria. vt.

℞. conseruæ rosar. siccæ ʒ.ß. coriand. præparati ʒ.1. anis. cond. ʒ.ß. puluer. ros. sicc. ʒ.1. bol. armen. purgatæ ϑ.4. puluer. electa. diaireos simplic. ʒ.1. diatragacanth. frigid. ʒ.1. sacch. ros. q.s. vt ʒ.5. f. puluis. Post pastus singulos detur è cochleari.

Ex iisdem & conserua rosar. antiqua in eundem vsum opiata concinnari potest.

Remedia particularia vt errhina, apoph. & similia, non nisi considerate vsurpanda, quod sæpiùs humores liquando & dissoluendo catarrhos commoueant.

De 1 *ophthalmia.* CAP. 19.

1 *Humida, nõ autem sicca.*

OPhthalmia, inflãmatio est eius tunicæ, quæ corneæ adnascitur. Coniunctiuam 2 vocant. Hæc producitur à pericranio, à quo vasa deducuntur in oculum, per frontem mediam & tempora. Itaque ferè superficialis inflammatio est cum rubore, dolore, tensione, quæ vt augentur, ita affectus magnus est. Exiguus, vt minuuntur. In exigua 3 inflammatione, maioribus 4 remediis non est opus. Sed rosarum succo, oui liquore tenui, aqua ros. aut plantaginis, lacte mulieris, vel asinæ curari

2 *Quòd cõnectat oculũ cũ sua orbita.*

3 *Cuius generatio & affluxus materiæ non est perennis.*

4 *Vt phlebotomia, purgatione.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 180 sur 805

poteſt. Oportet hos ſuccos inſtillare oculis, eoſdem contegere panniculo lineo, iiſdem liquoribus inſuccato. Poſtea verò iam declinante malo, ſantalos citrinos, modicum maceris, aut ſpicæ in aqua roſacea feruefacta 5 adhibebimus.

5 *Ad humoris cõcocti digeſtionem.*

Vbi verò 6 grauius malum eſt. 7 phlebotomia, arteriotomia, cucurbitula, ſanguiſuſæ, ſcarificatio, purgatio, cauterium, paracentheſis, fortiora collyria, & localia 8 remedia inſtituenda ſunt.

6 *Perẽni generatione affluxus cauſa, & ſymptomatum vehementia.*

Phlebotomia, vbi 9 cætera cõſentiunt, vt ætas, vires, tempus, regio, & ſi dolor vrget vehementius, ac rubor & tenſio maior eſt, ſubducta ſponte ſua, vel molliori clyſtere aluo, Cephalicã aperito eiuſdem lateris 10 amplo vulnere, & quantum tolerant vires, 11 ſanguinem educito: tum ſi fuerit opus, paululum recreatis viribus, & leui pharmaco purgato corpore. Hippoc. de locis in homine metuit, ne fortiori pharmaco humores corporis agitati confluant in oculos. Quod conſilium multis è recentioribus Medicis probatum eſt.

7 *Ad generationem prohibendã, materiæ curſum reuocandum, cauſámq; cõiunctã amouendam.*

8 *Cuiuſmodi ſunt frõtalia vulgò dicta.*

Itaque ſi bilioſus ſanguis eſt, quem ferè dolor acerbior ſequitur, rhab. caſſia, manna, catholico, electario de ſucco roſarum, hiera picra ventrem ſubduces. Diſſolue æſtate in ſero lactis, decocto violarum & hordei. Reliquis temporibus, in decocto pectorali. Fortiores ſunt pilulæ aureæ, pilulæ lucis, hiera diacolocynthidos. Si pituita, ex hiera picra, pilulis elephang. agarico mixtis formentur pilulæ. Diaphœnicon quoque ex vſu eſt, pilulæ fœtidæ, & cocciæ.

9 *Vt ſi morbi ſpecies, magnitudo, cauſa & ſymptoma deſideret, & ex affluxu materiæ ab orgaſmo magna ſit ophthalmia.*

10 *Vt calor contra naturã euaneſcat*

11 *Sæpè ad lipothymiam vſque.*

In melãcholicis, hiera Ruffi, hiera diaco. addito epithymo, aut foliis ſennæ. Per interualla, clyſteres

& ſuppoſitoria loco purgationum eſſe poſſunt. Alioqui reuocandæ ſunt purgationes. Iam bene purgato corpore, 12 cucurbitulæ ſcapulis,& initio 13 ceruicis figendæ ſunt,vbi & 14 ſcarificatio conuenit, ſi quidem locus admixta cucurbitula vehementer intumeſcit, atque vbi grauitas eſt capitis. Perſeuerante malo,vena frontis,vel quę in ſyncipite apparet, quæ poſt aures, quæ in temporibus, in quibus ea eligẽda eſt,quæ tumet,rubet, pulſat magis cęteris.Reliquias inflammationis vacuat ea,quę ad maiorem angulum eſt.Loco phlebotomiæ nonnunquam hirudines inducuntur.Cartilago quoque auriculæ ſcarificatur.Quæ vena ad pollicem vergit, mediæ ramus eſt, quæ initio ſecta plurimùm diuertit,& viribus 15 minùs detrahit,quàm ſecta cephalica.Arteriotomia locum habet, vbi calidus & ſpirituoſus ſanguis eſt.Huius rationem deſcribit Galenus ad finem lib.14.Methodi medendi,& Meſuæus cap. de ophthalmia. Cauteria tamen ad coronalem futuram, vt priùs poſt aures in occipitio, è regione oculi laborantis in ceruicis initio imprimi poſſunt. Vt in ſyncipite medio, qua parte coronalis,raditur capillus,& cauterium applicatur. Eidem frictiones, ſinapiſmi, phœnigmi, veſicationes inſtitui poterunt.

12 *Ad reuocãdum fluxum.*

13 *Quinetiã occipiti & toto capiti ſunt cornicula affigenda.*

14 *Vt fiat reuulſio & euacuatio manifeſta materiæ in oculũ fluẽtis.*

15 *Quod minùs diſſipentur ſpiritus.*

16 *Idẽ Gal. cap. vltimo lib.de cur.ratio. per ſang. miſſ.*

Paracentheſis fit hoc modo. Prehendes digitis cutem cum carne, quæ initio ceruicis eſt ad cauum occipitij:tum acum traductam filo ſerico ſatis craſſo transfiges.Et ita locum peruium ad triginta aut quadraginta dies permittes, per interualla ſublato, ac deinde repoſito filo. Topicis vero hoc modo vtendum eſt 17 Initio quidem reprimendum: 18

17 *Cum materiæ fluit,& tantùm pars calet, & rubet.*

18 *Cum materiæ pars aliqua fluxit.*

augmento, aliquid coquentium & reprimentium miſcendum eſt. Vt verò procedit morbus, hæc augenda ſunt, & minuenda, quæ reprimunt. Poſtremò roboranda pars eſt. Fouentur itaque 19 oculi ex decocto violarum, roſarum, ſem. pſilij, papa, albi, corticis radicis mādragoræ, foliis: populi, ſalicis, rubi, myrti & ſimilium, diſtincta ratione ex natura humoris, qui fluit.

19 *Id fluxionis initio.*

In augmento, decocto maluarum, althææ, cydoniorum, adiecta modica quantitate eorum, quæ reprimunt.

Procedente morbo, flores chamæmeli, anethi, meliloti miſcendi ſunt. Poſtremò etiam fœnugræci decocto vtendum. Vbi reprimendum, ex aqua communi, aqua roſarum, aut plantaginis, decoctio fit.

In augmento, lacte, poſteà etiam vino diluto.

Itaque vbi topicis vtendum eſt, fouendus locus decoctione frigida, aut tepida, ſi leucæ adſunt, & pertinaciùs inhæret pituita, tum 20 medicamentum oculis inſtillandum. Poſtea goſſipium madefactum in liquore conuenienti linteolo lineo inuoluitur: linteolum ſimiliter inſuccatur, & ita oculo inſternuntur: tum ita alligantur faſciâ, vt ne oculus grauetur, aut doleat. Oportet enim quæ oculis adhibentur, læuia eſſe, mollia, præterea ſine morſu, ſine emplaſtica & viſcida natura, quæ pertinaciùs inhæreat, & celeriùs indureſcat.

20 *Si calida ſit materia.*

Quater in 21 die remedia innouantur, aut etiam ſæpiùs, ſi vrget dolor. Quòd ſi per 22 exteriores partes, quod ſæpè fit, fluxio eſt, frons & tempora reprimente emplaſtro inducenda ſunt.

21 *Imò decies*
22 *Vt ſecundum pericraniũ tunicam.*

Conue-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 183 sur 805

Conueniunt itaque initio 23 aqua roſarum, oui liquor tenuis, lac muliebre, aut aſinæ. Succus roſarum, conſerua roſarum, cum oui albumine, mucago ſem. pſilii, & ſimilia. Vel hæc compoſita. 23 *Ad reprimendum.*

℞. ſucci mororum agreſtium reſiccati ʒ.4.(plus, minúſue) quas cum oui albumine commiſcebis, & ſiccabis rurſus. Vſus tempore, ʒ.2. pulueris in lacte muliebri & aqua roſacea diſſolues. Vteris autem, vt ſuprà dictum eſt, ſcilicet, inſtillãdo cum goſſipio inſuccato. Oui albumen agitatum, & deſpumatum cum decocto papaueris albi, aut aqua roſarum, vtile eſt. Aliud.

℞. mucaginis ſem. pſilij, ſeminis cydoniorum, extractæ in aqua papaueris ana ʒ. 1. liquoris tenuis oui ʒ.6. caphuræ Gr. 8. croci Gr. 4. Vbi dolor vrget vehemẽtius, vtendum eſt opio. Sed ab eius vſu, oculus decocto meliloti tepido, aut ſimili 24 foueẽdus eſt. 24 *Vt corrigatur intẽperies, quã induxerit opiũ.*

Collyrium album Rhaſæ.

℞. gummi arabici, tragacanthi, amydi an. ʒ.1. ceruſæ lotæ ʒ.1. ß. opij Gr.7. Cum oui albumine fiat collyrium. Vſus tempore ʒ.2. in lacte muliebri diſſolue. Creſcente morbo.

℞. ceruſæ plumbi lotæ cum aqua roſarum, & perſiccatæ ʒ.2. caphuræ ϑ.ß. cum oui albumine fiat collyrium. Vſus tempore diſſolue in lacte.

Toto reliquo tempore morbi licebit vti ſief, id eſt, collyrio albo cum opio, ſi vehemens dolor eſt: imminuta doſi opij, ſi non tam vehemens: omninò ſublato opio, ſi leuis eſt.

Sed addere oportet in 25 augmento ſarcocollæ nutritæ in lacte mulieris ʒ. 1. Et vt procedit mor- 25 *In quo par cura digerendi ac repellendi eſſe debet.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 184 sur 805

bus, in declinatione augenda ſarcocollæ doſis eſt, ac tandem ſola ſarcocolla nutrita in lacte, & vino, vel aqua fœniculi diſſoluta vtendum eſt.

26 Vbi tantũ repellendum.

27 Vbi modicè digerendũ.

Mucago pſilij 26 initio: 27 cydoniorum, in augmento: lini aut althææ, in ſtatu: fœnugræci, in declinatione conuenit. Sed ab vna ad alteram paulatim tranſeundum eſt. In declinatione.

28 Ex lacte muliebri, vel aſinæ.

℥. ſarcocollæ 28 nutritæ ʒ.3.ß. croci, ſpicæ, ana ϑ. ʒ. aloës ʒ.ß. Aloë lauetur in aqua fœniculi. Huius pulueris ʒ.2. in aqua fœniculi diſſolue, aut aqua roſarum, ſi quid ruboris & caloris ſupereſt. Aliud.

Ouum crudum coctum, & ita induratum, calidum per ſe, vel è lacte muliebri, ſubactum applicabis.

Puluis citrinus, quo vtendum eſt in augmento & ſtatu.

℥. ſarcocollæ ʒ. 5. aloës lotæ in aqua roſarum drach. 1. tragacanthi ʒ. ß. opij. ϑ. ß. vel Gr. 6. Quo tempore ouum crudum integrum ſine teſta per ſe, vel cum lacte muliebri, exceptum goſſipio apponi poteſt. Roborando oculo vinum 29 adſtringens dilutum aqua fœniculi, in qua ſpica, aut ſtœchas coxerit, competit.

29 Aut collyriũ ex quarta aquæ roſarũ parte, vna vini & pauco maſtiche confectum.

Anacollemata, ſiue Frontalia.

℥. mannæ thuris, maſtichis ana ʒ.2. agitentur ex oui albumine. Aliud.

℥. farinæ fabaceæ M.1. cum oui albumine fiat emplaſtrum. Aliud.

℥. emplaſtr. contra rupturam ʒ.2. ſubigantur cum oleo roſaceo, & fiat anacollema. Aliud.

℥. myrrhæ, thuris ana ʒ.2. farinæ volatilis. M.ß.

cum oui albumine fiat frontale. Aliud.

℞. boli armenæ ℥. 1. aquæ ros. ℥. 3. aceti ℥. cum duobus albuminibus ouorum, fiat frontale.

Sic etiam ex farina fabacea aut siliginea cum oui albumine & modico croco frontale compingi poterit lana vel linteo excipiendum.

Balneum in declinatione imperari potest. 30 Errhina quoque, gargarismi & masticatoria. Neque omittendæ sunt frictiones initio ductę supernè deorsum ad diuertendum. Vide Aëtium.

30 *Propter oculorum & narium sympatheiam in ophthalmia nunquà tutò errhina præscribuntur.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Morborum oculi vt infinita propè multitudo est, ita in illis distinguendis maxima confusio, præsertim iis, qui ad ophthalmiam similitudine quadam accedunt, & inflammationem annexam habent, quales sunt, τάραξις, φήμωσις, χήμωσις, & ὀφθαλμία propriè dicta. Montanus vir alioqui doctissimus quanquam cæteris accuratiùs hæc distinxisse epistola quadam videtur, à veterum tamen sententia, vt Galeni & Pauli Æginetæ, longè discedit. Scribit enim χήμωσιν palpebrarum inflammationem esse, licet aliquando partes cæteras in consensum trahat. At Paulus Ægineta χήμωσιν appellari ait, ὅταν ὑπὸ φλεγμονῆς ἰσχυρᾶς ἀμφότερα τὰ βλέφαρα ἐκτραπῇ, ὡς μόλις ὑπ' αὐτῶν τὸς ὀφθαλμὸς καλύπτεσθαι. καὶ τὸ λευκὸν τοῦ ὀφθαλμοῦ μετεωρότερον τοῦ μέλανος γένηται, καὶ ἐρυθρὸν, καὶ πολυμερῶς ὑπερλαμβάνει τὸ μέλανος. Id est, cum vtræque palpebræ ex vehementi inflammatione inuersæ fuerint, vt vix oculi ab ipsis contegantur, & album oculi nigro sublimius euaserit, rubrumque etiam magna ex parte nigrum occupâri.

Montani opinio à Græcis aliena.

Paul. Æg. cap. 22. lib. 3.

Vidius quoque (vt doctissimè Ioannes Gorræus annotauit) negligentiùs ἐκ τὸ κατ' ἰκτρεῖον legit χήμωσιν ἀντὶ τῆς φιμώσεως. Sed his prętermissis omnia facillimè sic distinguuntur. Si leuis quædam inflammatio, & veluti phlegmones principium sine

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 186 sur 805

discrimine partes oculi inuadens primo intuitu appareat, cum rubore quidem, sed exiguo, quem dolor mitis consequatur, τάραξις erit duntaxat, id est, oculi perturbatio. Hæc enim certissima signa sunt, quòd hic affectus, neque phlegmone sit confirmata, neque vnius magis, quàm alterius partis proprius, neque vehementem dolorem habeat, aut tumorem.

Quibus si adiicias à caussa externa excitatum fuisse, vt sole, fumo, puluere, oleo, radiis lunæ, vino, esu, cæparum, erucæ, aliorum, sinapi, ictu, quæ omnia ab ægro diligenter exquirenda, tum nulla in iudicando dubitatio esse poterit. Paulus à manifesta tantùm caussa fieri vult. Experientia tamen constat non rarò ab interna excitari, præcipuè vitio ventriculi, & post egregiam potationem, neque tamen propriè esse ophthalmiam, licet aliquando in corpore cacochymo, & si negligatur, in eam facilè degeneret. Si verò palpebræ tantùm inflammationem patiantur, atque in sese concidant, vt oculus aperiri nequeat, φίμωσις erit, id est, præclusio quædam, & quasi ligatio eorum, quæ secundum naturam aperta & recluſa esse debent, siue cicatrice, aut carnis incremento partes coalescant vt labra vteri: siue inflammatione, vt palpebræ oculorum. Contrà, si oculus apertus maneat, nec claudi possit, albo nimirum oculi in tumorem sublato, atque eminente, nigro verò subsidente, & veluti hiatum quendam efficiente, χήμωσις est. In qua præter ruborem & inflammationem, pathognomonicum signum est, palpebrarum, vt ait Paulus, ἐκτροπὴ, id est, conuersio, quia adduci non possunt. At si coniunctiua tunica, siue adnata phlegmone laboret, cum tumore, tensione, dolore, calore & rubore, ophthalmiam esse non dubitandum. Ergo τάραξις (quam ophthalmiam nonveram vulgò appellant) affectio est omnium oculi partium externarum communis: φίμωσις, palpebrarum: χήμωσις, albi oculorum: ophthalmia, adnatæ membranæ propria.

Sæpè omnes inter se vel plures commiscentur.

Ophthalmiæ sanguineæ signa.

Fiunt ophthalmiæ, vt cæteræ inflammationes, à sanguine, bile, pituita, melancholia, flatu. Sed frequentiùs à sanguine, aut bile.

Sanguineæ signa sunt, tumor maximus in loco rubor, tẽsio, lachrymæ crassiusculæ, quæ facilè exsiccantur, sordes molles

in oculorum angulis. Quibus adde redundantis sanguinis in corpore indicia.

Ophth. biliosæ signa.

Biliosæ, tumor moderatus, in superficie, color subpalpidus. dolor acris & mordax, lachrimæ vel nullæ, vel paruæ, salsæ. amaræ, statim concrescentes, sordes in angulis siccæ & asperæ vigiliæ, excrementa biliosa, corpus gracile, quandoque febris tertiana, si materia fuerit in ventriculo.

Ophthal. pituitosa signa.

A pituita, tumor maior, sed laxus, color albus, lachrymæ plurimæ, tenues, incipidæ: sordes vel nullæ, vel molliusculæ, corpus pituitosum, &c. A flatu rara est, tensionémque habet sine grauitate.

Ophthalmiæ per essentiam factæ, ab ea, quæ per defluxionem, sit distincta.

Per defluxionem fieri intelligimus, cum repentè inuadit, nec præcesserunt lachrymæ, sordes, erosiones à quolibet aëris excessu. Per essentiam verò ex contrariis signis, & si dolor ad interiores capitis partes non perueniat, à quibus adnata membrana nascitur. Humidior autem efficitur ob materiæ multitudinem, tenuitatem, loci affecti raritatem, caliditatem aëris, virtutis expultricis robur, & retentricis imbecillitatem. Sicca quam Græci ξηροφθαλμίαν vocant, contrariis causis constat, periculosiórque est ob materiæ acrimoniam, qua sæpe vlcus inducit.

Hipp. lib. de locis in homine.

Sedato capitis dolore, si adsit, conueniunt sanguinis missio sæpiùs repetita, cucurbitulæ cum scarificatione, clyster, topica repellentia, colliria anodyna, purgatio, balnea, meri potio, emplastra. In taraxi, subducto ægro à causa externa abluatur oculus tepidâ primùm, deinde frigidâ abstinentia à cibo, somnus. Perpetuò & subinde imponenda medicamenta, quia eluuntur nouo humore, & lachrymis affluentibus. Nonnulli è recentioribus Hippocratis authoritate moti fortiores purgationes nõ probãt, quòd sic cõmotus humor defluat in oculũ: alij contra. Vidi contumaces ophthalmias non potuisse curari sine fortium catapotiorum vsu, hyera diacolocynth. & similibus id genus vehementioribus medicamentis. Sed omnia pro humoris quantitate & qualitate temperanda.

Aetius serm. 3. Tetrab. 2.

Ampio foramine.] Tum vt crassior sanguis exeat, tum vt maturiùs animi deliquium sequatur. Quod plurimum conferre ostenditur historia adolescentis, de sanguinis missione, 6. Epidimion, 13. Methodi, 2. ad Glauc. Aëtius è fronte, & angulo maiore. Sed hoc post sectionem cephalicæ, perseuerante

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 188 sur 805

dolore. Tunc enim primùm vena frontis, ac tandem, quæ est in maiore angulo ad nares, secari potest. Cæterum ramus mediæ initio diuertit, & minus detrahit viribus, quàm cephalica.

Oportet hos succos instillare oculis.] Satius erit plurimùm diluere oui liquore optimè confracto, vt nihil habeat viscidi, & lacte mulieris iuuenculæ, deinde etiam fœnugræci decocto. Aut rosas, myrtos, rubos, & similia cum fœnugræco, chamæmelo, seminibus lini, & similibus in aqua simplici aut plantaginis incoquere. Deinde pannis mollibus ad oculi magnitudinem complicatis, insuccatis & admotis partes vicinas fouere, Æstate quidem frigidis, Hyeme verò calidis, sæpiùs innouatis. Lenta Galenus laudat, quia aspera oculum offendunt. Periculosa tamen sunt, si nimis corpulenta & viscida: quia frequenter loco adherent, aut exsiccantur, aut putrescunt sed tum maximè si pustula aliqua subsit. Narcotica, si acrior dolor sit & humor, effluxum prohibent, acrimoniam retundunt, & oculi sensum hebetiorem reddunt. Sed his neque in principio, neque ante purgationem est vtendum, idque necessitate cogente, vt docet Gal. commen. in Aph. 31. libr. 6. vbi addit etiam tunicas indurari, & adstringi. Vitriolum humidioribus oculis nonnulli inspergunt, alij tritum oui albumine inspergunt, idque aqua calida coquunt dum concrescat: tum exprimunt, & liquorem oculis infundunt. Ab acrimonia tamen cauendum. Cerusa Veneta (Galenus Rhodiacam vsurpabat) optima est dissoluta in lacte decoctionis foliorum capitum seminis papaueris: pulticula è semine papaueris albi, & hyoscyami, decoctum foliorum papaueris, capitum seminis, & inde fotus. In fœnugræco bene loto & macerato magna vis inest. Bene purgatur, multùm abluitur, maceratur per diem in aqua purissima, in fictili bene coquitur abiecta aqua, alia infunditur, coquitur puro igne, idque ter faciendum affusa semper aqua noua, vt omnis amaritudo eluatur. Coquitur verò ad liquidi mellis spissitudinem operto vase. Sine expressione colatur linteo. Colatura seruatur vsui ad tertium diem ad summum.

Narcoticis quando sit vtendum ex Galen.

ANTO. VALETII EXERCIT. XIX.

CVm adnata oculi membrana, quæ natura alba eſt, ob ſanguinis affluxum cruenta apparet, ex oculis lachrymæ reſudant, & in canthis maioribus ſordes quædam colliguntur, ægrum ophthalmia infeſtari certum eſt. Hujus cauſæ externæ, internæ. Externæ, fumus, Sol, corporis motus, caſus, percuſſio, &c. Internæ, plenitudo, humorum acrimonia, diſtentio à craſſis & viſcidis ſuccis, aut à ſpiritu flatulento. Eò confluit humor aut à pericranio, vel à cerebro: & tum dolor capitis interior eſt, ſternutatio frequens, curandi maior difficultas. Expeditam opem requirit hic affectus, quòd, negligenter ſi curetur, facilè in ſuffuſionem, pupillæ dilatationem, nonnunquã in tabem, ſeu corrugationem deſinat. Itaque antequam vllus topicis oculorum remediis ſit locus, toti corpori atque capiti ſectione vene humeralis patienti oculo è directo oppoſitæ, aut eius, quæ in extrema manu pollici eſt vicina, proſpicitur: deinde purgatione. Educendus humor ſi bilioſus, vt ſæpiùs eſſe conſueuit, ita vacuetur.

Ophthalmiæ cauſa ex Galen. cap. 22. lib. 3. Meth.

Ophthalmiæ curatio.

Rhaz. cap. 15. libr. 9. ad Almanſorẽ.

℞. expreſſ. ʒ. 3. myrobal. citr. in aq. cich. bugloſſ. vel borrag. infuſar. rhei elect. ſeorſim ſimiliter infuſ. ʒ. 2. cinam. ϑ. 1. In qu. diſſol. cathol. & ſyr. acetoſ. ſimpLana ʒ. ß. f. potio.

Pauperibus electar. de ſucco roſ. ſyr. laxat. roſ. pallid. diluuntur aquis ſuprà dictis. Si permiſta ſit pituita multa, pilulæ è hiera ſimplic. cocciæ, de agar. lucis, vtiliter præſcribuntur.

Mox topica veniunt vſurpanda. Ac quidem initiis phlegmones collyria ex repellentibus & anodynis oculo imponenda: cataplaſmata ex adſtrin-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 190 sur 805

gentibus, quæ vias contrahant, per quas fluit materia fronti & temporibus aptanda. Vt.

℞. mucag. sem. psilij in aqu. plantag. aut rosar. extractæ ʒ. 1. ß. cum albumine oui in lacte muliebr. agitato, vel cum aqu. ros. q. s. f. collyr. vel ℞. trochisc. albor. Rhazæ ʒ. 1. ß. pompholyg. lotæ, sacchar. cand. ana ʒ ß. aquar. plantag. & rosar. ana ʒ. 1. mucag. superioris ℥. 2. f. collyr. addita pauca caphura, si vrgeat dolor.

Fronti imponitur cataplasma ex bol. arm. terr. sigill. mastich. ana q. s. except. albumine oui. In incremento quia non modò repellendi, sed etiam digerendi, cura incumbit, superioribus mucaginibus & aquis adiicientur aquæ fœnic. euphras. verben. chelidon. maioris: mucagines lini, althææ, fœnugr. Et, si simul detergendum sit, proderit nonnihil syrupi ros. siccarum immiscere. In statu prævalebunt digerentia. Vt

℞. aqu. euphras. fœnic. & chelidoniæ ana ʒ. 1. aloës lotæ in vino albo ʒ. 1. ß. tuth. præparat. ʒ. ß. sacchar. cand. ϑ. 2. syrup. ros. siccar. ʒ. ß. f. collyrium.

1 *Quæ sit febris expers, cuius causa vel in cerebri vitio consistat, vel spiritus animalis, vel tunicarum & humorum oculi.*

In declinatione vacuabitur materia reliqua ex oculo fomento & decocto seminis fœnugr. meliloti, aquæ calendulæ cum spongia, aut linteolo molli.

De 1 *debilitate visus.* CAP. 20.

2 *Propter spiritus visorij paucitatem, tenuitatem, & tunicæ raritatem.*

MYωpas Græci vocant, qui à primo naturæ ortu non nisi admota oculis cernunt: eáque 2 exertis propè oculis, palpebris constrictis, atque conniuentibus. Id quod efficit ʒ tunicarum oculi raritas, tenuitas humoris, subtilitas spiritus visorij, qui priusquam angulum faciat, dissoluitur atque euanescit.

3 *Præsertim corneæ, & venæ.*

Sunt,qui eo nomine veſpertinam etiam 4 aciem appellant, cùm interdiu obſcurè: noctu & ſine lucerna,acutiùs videant. Rara affectio hominibus ab eadem cauſa, niſi quòd illîc infirmitas maior eſt: hîc luce quidem diffluit ſpiritus, nocte cogitur, atque temperatur. Contrà verò Nyctalωpes interdiu vident, 5 caligant ad lucernam: quanquam & hoc nomen nocturnæ cæcitatis ad Myωpas etiam tranſferant,vt Octauius.

4 *Quòd ambiente aere craſſiore animalis ſpiritus cogatur.*

5 *Quia ſpiritus eorum viſorius craſſior eſt,non aereus.*

Amaurωſim verò & Amblyωpiam, hebetudinem,atque obſcuritatem viſus ita diſtinguũt:quòd illius multæ cauſæ notæ ſunt: huius nulla 6 cauſa manifeſta.Quia cùm pupilla pura ſit, neque vitium vllum appareat in oculis,videndi tamen libertas intercepta eſt. Huius tamen 7 coniectura quadã curationem admolimur,medicamentis, quæ ὀξυδορκῆ, ἢ ὀξυδορκικὰ φάρμακα appellantur, quia videlicet, cùm nullum accidens manifeſtum inſit oculis,acuunt tamen viſum,atque inſtaurant.

6 *Vnde hæc à recentioribus gutta ſerena dicta, quod nullo, quod in oculo cerni poſſit, vitio, vidẽdi facultas amittitur.*

Cauſæ tamen vtriuſque mali, vel in humoribus oculi,vel in natura viſorij ſpiritus,vel in tunicarum habitu recondita eſt:vel quia interceptus eſt,aut reſolutus neruus opticus. Summatim in iis, quæ natura ad legitimam videndi facultatem inſtituit,ſpiritus neque 8 craſſior, neque tenuior eſſe debet, ſed aëria tum naturâ,tum ſubſtantiâ,tum qualitate moderatus, iuſta etiam quantitate, quæ omnia pẽdent à natura ſanguinis & pituitæ, in quibus ſubſtantia eſt ſpiritus. Temperatus enim ſanguis eundem ſpiritũ gignit:intẽperatus verò vitioſum reddit. Subtilior ſpiritus obſcuro loco meliùs habet, vt in veſpertina acie. Tenebris enim colligitur,craſſeſcit,&

7 *Vt cum clauſo altero oculo, pupilla nõ dilatatur: vnde nerui optici obſtructionis fit ſignificatio.*

8 *Aut impurior, vt ſcilicet contiguũ aerẽ illuſtrare non poſſit.*

frigidior redditur. Idem efficit, vt minima 9 cernamus, & pingamus calamo: sed tantùm ea, quæ in proximo sunt. Contrà verò crassior spiritus, vt in senibus, remotiùs posita intueri potest, tantùm cernit maiuscula, eadémque calamo pingit. Ex quo inuenta est ratio Opticorum in specularibus, vt conuexa, minores: concaua, maiores: plana, æquales formas & literas tepræsentent. Vt enim oculares radij maiorem minorémve angulum describant, ita formæ oculis proponuntur.

9 *Galen. ea. 1. lib. 1. de symptom. de caus.*

Curatio 10 Nyctalωpis & debilitatis visus.

Hæc vitia magna ex parte ab humorum vel vaporum crassitie excitantur: multò maximè, si derepentè orta sunt, & 11 grauitas sentitur in radice oculorum.

10 *Id est, excitatis nocturnæ, desiderata ratione* τῆς συναγωγίας *in spiritu animali.*

11 *Quæ signũ est partis ab humorũ copia oppressæ.*

Aperiatur itaque primùm cephalica, si res postulat. Alioqui, si 12 cacochymum corpus est, purgetur hoc modo.

12 *Et si humor crassus à concoctione segregatus videatur.*

℞. pul. hieræ picræ Gal. ℈.2. pul. diacol. ʒ.ß. casto. ℈.ß. sem. fœniculi, nucis moschat. an. Gr. 6. cum succo rutæ formentur pilulę. Possunt & pil. cocciis, pilul. lucis, elephanginis, mixto agaric. purgari. In glaucis oculis, quique venas plenas & amplas habent, mitioribus pharmacis vti oportet. Mollis teneatur aluus pilulis factis ex aloës ʒ.1. terebinth. ʒ.2 vel ex cassia. Alioqui 13 polypodio, cnico, mercuriali, multa borragine, iusculo concoctis. Tum 14 errhinis, apophlegmatismis, sternutatoriis vtendum erit.

13 *Si pilulis stomachicis vti non licet: vt in hæmorrhoidas habentibus.*

14 *Errhinis minimè vtendum, nisi sublato omni inflammationis metu.*

Cucurbitula occipitio fixa cum scarificatione ea vi obstructiones liberat, vt ea ipsa etiamdum hęrente aliquando visus restitutus sit.

Conſtructio colli ita ſpiritum impellit in oculos, vt inde ampliatis viis & ſpiritu liberiore, viſus reddatur, aut certè acuatur. Poſt hæc extrahendus ſanguis ex angulis oculorum. Rhazes etiam è fronte, Meſuæus è naribus ſanguinem educit.

Topica.

Infinita propè deſcribuntur, quæ ex variis authoribus colligi poſſunt. Tradunt capras nō minùs noctu cernere, quàm interdiu. Et ideo caprinum iecur, ſi veſcatur, reſtituere veſpertinam aciem iis, quos Nyctalopas vocant. Idem iecur aſſum & cum ſale comeſtum iuuat, aut ſanie, quę inde effluit, dum aſſatur, oculos illinunt. Alij vaporem elixati iecoris oculis excipi iubent.

Sunt qui hirci potiùs, quàm capræ, & hirci montani iecur imperant. Nonnulli configunt caryophyllis: alij irrorant aqua fœniculi: hócque remedium commune faciunt Myopibus, qui tantùm noctu vident, Octauius & Herophilus, quod 15 non probat Aëtius. In ſenectutis magis, quàm oculorum vitio ſuccum mali granati optimo melli æqualiter commiſcebis: aliquot dies inſolabis, aut calidis cineribus coques. Conuenit pictoribus, lectoribus, & ſcriptoribus.

15 *Nec eſt probandum. Non enim myopibus collyria ὀξυδορκῶν ſunt præſcribenda, ſed incraſſantia.*

Alij granatum acidum, depoſita duriore teſta, cōtundunt: melli miſcent: concoquūt, ac tandem vehementer exprimūt, eidem remedio, fœtori oris, firmandis dentibus, gingiuis, ozænis, quando carnes quædam adnaſcuntur dentibus. Herbæ cōueniunt, fœniculus, ruta, chelidonia, euphraſia, verbena, aſparagus, betonica, chamædrys, raphan⁹, balſamita, pimpin. caryophyllata, apiū, maiorana, marrubium,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 194 sur 805

parietaria, hyperici flores, meliloti, roſmarini. Aromata, macis, cinamomum, nux moſchata, lignum aloës, ſpica, ſantali. Conſeruæ, enulæ, acori. Horum omnium vſus eſt, vel quia eduntur, vel quia muſto feruent, aut in puluerem redacta ſicca collyria faciunt. Aut cum melle commiſcentur, & eorundem ſuccus: aut in alembico diſtillantur. Redditur aqua efficacior, ſi quid 16 mellis liquidioris commiſceas, dum diſtillantur. Atque hac etiam fortior, cùm mel ſcylliticum in alembicum coniicitur. Laudata eſt olim lactuca ſylueſtris. Cuius rei argumentũ, quod Ælianus ſcribit, Accipitrem tinnunculum (*Quercelam vocant*) acerrimo lactucæ ſyluaticæ ſucco oculos illinire, atque ita laborantem aciem inſtaurare. Quod deinde Medici ſecuti ſunt. Atque hinc oculorum medicina Hieracia, quaſi Accipitraria, vocata eſt.

16 *Præſertim Narbonẽſis, quod thymũ redolet.*

Aqua, quam ſcribunt reſtituiſſe viſum cæco nouem annorum.

℞. ſucci apij, fœniculi, verbenæ, chamædryos, pimpinellæ, caryophyllatæ, ſaluiæ, chelidoniæ, rutę, centinodiæ, morſus gallinæ, caryophyllorum, farinæ volatilis, ana ℥. 1. piperis craſſiuſculè triti, nucis moſchatæ, ligni aloës ana ʒ. 3. Omnia immergantur in vrina pueri incorrupti, & ſexta parte vini maluatici. Bulliant breui tempore: tum exprime, & percola. Repone vaſe vitreo bene obturato. Horâ ſomni ſingulas guttas ſingulis oculis inſtilla.

Dum efferueſcit muſtum, euphraſia iniicitur. Vinum repurgatum aſſeruatur ſingulari remedio.

Eiuſdem herbæ puluis ſorbili ouo inſpergitur, aut inde ſal oxydorcicum paratur.

℞. ſalis communis ℥.1. euphraſiæ ſiccæ ʒ.2. macis, cinamomi ana ϑ.1. miſce.

Flores roſmarini amphorâ vitrea concludun-tur: quæ duplicato linteo cerato obtegitur in are-na, vt mos Chymicis. Liquor redditur efficaciſſi-mus oculorum claritati. Accipiter (*Emerillon vulgò*) vnguento ſuſino decoquitur: vinum abſynthites, aut rhodinum, antimonium, tuthia in aqua fœnicu-li extincta. Pica auis in teſtaceo vaſe cremata, & in cinerem redacta, vehementer laudatum remedium à Practicis.

℞. Sileris montani, maioranæ, euphraſiæ, rutæ, chelidoniæ, ſummitatum fœnic. ana ℥.3. zinzib. ſpi-cæ nardi, piperis longi, caryoph. tuthiæ extinctæ & nutritæ, ſarco. nutritæ in lacte aſinę, ligni aloës ana ℥.1. fellis aquilæ aut accipitris, balſami ana ℥.ß. mel-lis roſ. ℥. 1. conquaſſanda conquaſſentur, liquabilia liquefiant, miſceantur: & Æſtate quidem, quadra-ginta diebus inſolentur, ſemper agitando & obuer-tendo vas. Hyeme in cineribus moderatè calidis, ſimpliciter macerentur. Reponantur vaſe vitreo ad vſum. De eſu viperarum alio loco. Vt vis medica-menti penetret, aqua tepida è goſſipio, vel molli linteolo fouebis oculos. Frequens vſus trypheræ minoris, chebuli condîti, mythridatij & theriacæ: ſed magis Hyeme commendatur. His autem vti o-portet iam bene purgato corpore, vt etiam ſinapiſ-mis & cauteriis. Rationem vitæ, & reliqua remedia localia ex aliis colligito.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ἀμβλυωπία, & Ἀμαύρωσις morbosæ sunt oculorum affectiones, cum visus vel hebetior est, vel omnino sublatus, sine tamen vllo oculi manifesto affectu, aut vitio, in partibus oculi, quæ sub aspectum cadunt, nobis apparente, solâque causarum intensione & remissione differunt: quòd illa imbecilliores: hæc vehementiores, & iam confirmatas causas habeat. Μυωπία, vel Μυωπίασις est, cum visus non omnino quidem sublatus, aut hebes & obtusus, vt in superioribus, sed diminutus, ita vt propiùs admota, etiam minima, æger cernat, & exactè distinguat: ad remota tamen, & paulò longiùs dissita penitus illi caligent oculi. Malum à natura sæpè contractum, quo laborantes Budæus Luscioſos, & Luscitioſos, & Nuscitioſos vocat, quales ferè, cùm paulò diutiùs legerint, aut oculos aliquò coniectos habuerint, exhausto spiritu tenuiore cœcutiunt, aut limis, semiclusísque oculis volitantia quædam in aëre corpuscula sese intueri putant. In Nyctalωpe visus itidem diminutus est, sed symptomata diuersa, quòd interdiu videant, Sole occidente obscuriùs, noctu nihil, quasi ὁ τὴς νυκτὸς ἀλαὸς, id est, noctu nihil videns. Atque hæ sunt affectiones, quæ visum solent intercipere, nullo manifesto affectu in oculo apparente, sed pupillâ planè pura, atque incolumi, si adiicias quosdam, qui noctu meliùs vident, quàm interdiu, quod rarissimè contingit. Duæ priores affectiones ferè sunt in neruis opticis, aut cerebro: posteriores in humoribus, tunicis, sed frequentiùs in spiritibus. Verùm & locum affectum, & causas affectus remota penitus nominum ambiguitate & confusione, quòd non omnes (vt in cæteris ferè paulò difficilioribus) in eadem significatione vsurpent, ita distinguere licebit, & quasi typo, vt Aristoteles loquitur, depingere. Si æger vel nihil omnino videt, vel diminutè, sed semper æqualiter, & vno oculo clauso, alterius pupilla non dilatatur, nullo, scilicet, irruente in eam spiritu, signum est spiritum transire non posse ad oculum per neruos opticos, aut si transeat aliquis, non sufficere tamen ad oculum illustrandum. Idque fiet vel vitio cerebri, vel meningum, vel nerui optici.

Spiritus visorio ad oculos deducendo quæ necessaria instrumenta.

Hæc enim sunt ad spiritum vel generandum, vel de-

ducendum neceſſaria. Sivitio cerebri ſpiritum non ſuppeditãtis, aut corrũpentis, vt poſt inſignem euacuationem, longum morbum, mœrorem in ſenectute, in cęteris etiam ſenſibus lęſio aliqua percipietur. Nam cùm omnes ſenſus inde prodeant, tanquam riuuli, quomodo vni morbum, quo afficitur, communicare poterit, cæteris integris manentibus? Ergo ſi ſimul cum viſu cæteri quoque ſenſus afficiantur, & grauitas capitis percipiatur (additis ſemper cauſis antecedentibus & externis, obſeruatiſque diligenter partium, quæ cum cerebro conſentiunt, affectibus) de cerebro læſo coniecturam certiſſimã habemus: ſiquidem quæ generali illo axiomate, tanquam fundamento firmiſſimo, nititur, membrum eſſe ſanum, cuius actio ſana eſt: læſum, cuius actio læſa. Si in meningibus, ad oculorum radices percipietur dolor, aut grauitas: ſin minùs, in neruo erit, vel reſolutio, vel obſtructio, vel contortio. In contortione vident obliquè: in obſtructione, ſi perfecta ſit, nihil: ſin minùs, parum, ſed eodem ſemper modo ſæpiúſque repentè, & vno impetu incidit ab humore, aut ſpiritu, vt poſt excrementa alui retenta, cruditates, inſolationem, capitis ardorem (quod in piſtore vidimus iuxta furnum ignitum repentè cęco facto) ictum, caſum, concubitum, & ſimilia, quæ caput replere aut humores commouere poſſunt. Reſolutio fit in neruis per inanitionẽ, aut repletionem, de qua ſatis in ſuperioribus. Hæc omnia in vniuerſum cauſæ ſunt & ſigna ἀμβλυωπίας, καὶ τῆς ἀμαυρώσεως. In ſpiritibus affectiones ex eorũdem naturali cõſtitutione deprehenduntur. Debet enim moderati eſſe in ſubtilitate, craſſitie, fulgore, obſcuritate. Paucitatẽ & multitudinem adderem, niſi quia vix vnquã ſat multi eſſe poſſunt. Qui multos ſubtiles & lucidos habent, atque in vnum coactos, nullo aliunde impedimento accedente, hi omnium vident acutiſſimè. Cæteri ſunt præter naturam. Quorum variæ differentiæ conſtitui poſſunt. Sed præcipuè, quæque occurrũt frequẽtiùs, ſunt huiuſmodi. Subtilis, paucus, lucidus: craſſus paucus: craſſus multus. Quia enim ſubtilis, paucus & lucidus, ſubtilitate facilè diffluit, paucitate reſoluitur, ac luce maiore offenditur, inde hæc ſymptomata conſequi neceſſe eſt, vt ita affecti remota intueri nequeant, propinqua exactè diſcernant, obſcuriore paulò aëre oblectẽtur, nec diutiùs legere, aut oculos in rem aliquam intentiùs defixos habere poſſint. Quibus

Spiritus vitalis proprię differentię.

si accedat pupillæ amplitudo paulò maior, parùm aberunt à cæcitate. Vt enim visio absoluta fiat, in firmum & densum conum spiritus coire necesse est, qui pupillæ amplitudine diffunduntur ferè in meatu. Quo fit, vt ita laborantibus nullum (si ab ortu contractum sit malum) præstantius remedium afferri possit, ocularibus ad oculi formam cauis, & circunferentiâ densioribus, quò spiritus in centrum, tanquam pupillam, cogantur, & confertim prodeant. Quod in multis feliciter sumus experti. Atque hæc est causa propria μυωπίας. Si verò pauci sint spiritus & crassi, paucitate hebetior visus est, crassitie obscurior, ob idque egent lumine externo, vt illustrentur. Hinc fit, vt interdiu satis acutè cernant, occidente sole obscuriùs, noctu nihil, aut parum. Quod de Nyctalωpe diximus. In quibus verò multi sunt spiritus & crassi, ij longiùs posita meliùs circunspiciunt, quia opus est multa luce, proindéque interuallo longiore ad illustrationem. Crassities autem omnis aliquando à crassiore sanguine, aut alimento originem habet, sæpè à vaporibus, aut humiditate cerebri. Et si ad maiorem angulum fiat fluxio, è syncipite: ad minorem, è venis post aures, & quæ in temporibus. Vnde etiã efficitur, in his noctu obtusiorẽ esse oculorũ aciem duabus de caussis: tum quia sufficienti lumine destituuntur spiritus: tum quia eo tempore lunę influxu humor accrescit. Cui consentaneum est, quod in plenilunio habent deteriùs. Quòd si qui noctu videant clariùs, quàm interdiu, vna ex duabus causis contingere poterit. aut quia igneos habent oculos, vt experientia in quibusdam animalibus obseruare licet: aut quia subtiliores spiritus, qui crassescunt nocturno aëre, & coguntur, nec dissipantur. Quibus omnibus fidem facit experientia & curatio, quæ singulis causis ingeniosè accommodata nunquam fallit: sed longior ac difficilior, quàm vt breui annotatione comprehendi queat. Sunt & aliæ causæ imbecillitatis visus, in crystallino humore, rhagoide, humore, qui crystallino prætenditur, vt infringat vim splendoris externi, & madefaciat crystallinum, cicatrix inducta corneæ, & similia. Sed hæc omnia iustum commentarium desiderarent.

Visio absoluta quî fiat.

Myωpibus ab ortu quid maximè conferat.

Οξυδορκῆ

Οξυδορκῆ, &c. Huiusmodi sunt collyria quædam apud Gal. 4. τῶν κατὰ τόπους. Similia sunt sequentia. Viperas quidam fimo sepeliunt: gignuntur vermes, inde aqua distillatur mirabilis. Ab aliis viperinus adeps, cum viperis, theriaca & rebus ocularibus distillatur. Viperarum capita cremantur ollâ. Cinis cum cremore lupinorum subigitur, & illinitur temporibus. Vina factitia, rebus conuenientibus cum musto coctis & racemato. Mel anthosatum distillatum cum suis floribus & cacuminibus rosmarini. Hyrundinis cerebrum ex melle tritum, vel exuuium serpentis ex melle quoque tritum. Nux moschata condita diuitibus, aliis ex vino manè & hora somni odorata, inspirata. In Nictalope hepar hircinum assato, & cremorem fluentem illinito: ipsum verò hepar edendum præbeto. Columbinum sanguinem illinito: aut fel capræ hepar caprinum coquito: obuelato capite, & in ollam aduerso, fumus oculis excipiatur: ipsum verò hepar assiduè edendum præbeto. Aut idem hepar concisum pipere longo, & sale gemmæ conspersum in carbonibus assato: excipiatur fumus. Ex hoc citò auxilium percipitur. Succus recens stercoris asini, fel vulturis illitum, vel cum succo porri, commixto melle. Peucedani succus cum succo fœniculi. Anagallidis succus tertio quoque die oculis iniectus idem præstat, & pannum iam factum in oculo consumit. Pulli hyrundinis acu ex ære in nido excæcantur, signantur, vt internosci possint. Tertio die capita præciduntur: incenduntur, puluis cum balsamo in oculum instillatur. Vasa ænea ocularibus medicamentis probata. Apodes (vulgò Martinets vocant) vescuntur chelidonia. Cinis vsus est: aqua hyeme. Aquæpotus. Argumento, quòd qui aquam bibunt, acutius vident, vt scripsit Arist. in Probl. inspirationes, quàm fotus meliores. Sed ante masticanda sunt ocularia medicamenta. Lingere oculos catelli lingua, vel pueri. Scarificatio auricularum, & perforatio, Barbarorum more. Parum bibendum in humidioribus oculis & excrementitiis. Emunctioni assuescendum sine vi. Vapor è decoctione rutæ, marrubij, fœniculi, euphrasiæ, chelidoniæ, ligni aloës, croci, coctorum in aqua & vino. Ex his cum melle distillatio. Decubitus, cum legit æger, & caput erectum, non demissum. Butyri magna vis. Illitum mollit, lenit, polit, laxat, resoluit, coquit: ideóque

Hydropeta acutiùs vident.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 200 sur 805

hebetudini, præsertim à siccitate, prodest: cicatrices & albugines exterit, declinationem calidarum fluxionum iuuat: soluitur: & linteolo inde madefacto fit fotus. Caput mundum & pedes.

Hieracia.] ἀπο τῦ ἱεράκος, id est, Accipitre. Apud Galenum 4. τῶν κατὰ τόπους cap. 7. & Cornelium Celsum, reperitur Hieracis collyrium, ad obscurum visum & scabras affectiones. Inde etiam nomen herbæ, quam rustici corrupto vocabulo ichoream luteam vocant, à florum colore, in pratis frequentem. Accipitres aiunt scalpendo eam, succóque oculos tingendo, obscuritati visus mederi, ob íque vocant ἱεράκιον

Cornel. Cels. cap. 6. lib. 6.

ANTO. VALETII EXERCIT. XX.

Galen. init. lib. 1. de caus. symp.

OMnis visionis imbecillitas, si oculo propria existat, aut est à primarij eius instrumenti, humoris videlicet crystallini, morbo aut à vitio facultatis, vel à partium, humori crystallino inseruientiũ affectu. Causæ sunt, spiritus crassior vel tenuior. paucior vel vberior, interceptus in optico neruo: humores quoque oculi crassiores, aut tenuiores, tunicæ eodem modo affectæ. Aliàs verò accidit hæc affectio ex subiectarum partium, vt pote ventriculi, consensu: interdum à toto corpore atrophia defecto. Quæ per idiopatheiam oculi fit, operosiorem curationem requirit, vt quæ per consensum, leuiorem.

Victus tenuet & siccet, vt causam coniunctam oppugnando, & antecedentem prohibendo prosit, vapor aditu ad caput prohibeatur. Hinc blando aliquo cathartico exhibitò, vt pilul. stomachic. catholic. vel simili, materiam apparato zulapiis è syru. de hyssop. stœchad. oxymelite vtróque, aquis fœnic.

beton.euphraſiæ,& aliis id genus oculatibus, concinnetis:& ſubinde purgato.

℞.pilul.elephang. ʒ.i.agar. trochiſ.ℑ.i. excipiantur aq. euphraſiæ,fœnic.vel chelidon.f.pil.molles.

Efficaciores erunt additis aliquot dacrydij granis, aut trochiſc. alhandal. Vel,cùm materia fuerit radicitus extirpanda,coccciis, vel fœtidis vtêris. Si æger catapotia abhorreat,potio imperetur.

℞.agar.trochiſ.ʒ.i.ß.rhei elect.ℑ.4. macerentur ſeorſim in aqu.fœnic.& beton. vel hyſſop.In expreſſ. diſſol. diaphœnic. ʒ.2.ſyr.è ſtœch.ʒ.ß.f.potio.

Quod ad particularia attinet remedia,infinita ferè ex Aëtio, Paul.Æg. Trallian. Rhaze. Gattinaria, Arculano, ab Hollerio recenſentur, in quibus tota curationis momenta ſunt.

De Catarrhacta. CAP. 21.

CAtarrhacta præcipitem 1 decubitum humoris ſignificat:hócque nomen poſitum à Practicis,quia ſuffuſionẽ exiſtimarent fieri defluxu aquæ in oculos,vnde & aquam deſcendentem in oculum appellant. Galenus 2. de ſymptom. cauſis, & 7. de placitis Hippoc. & Plato. ſuffuſionis cauſam facit craſſitudinem 2 tenuis humoris, qui pupillæ meatum intercipit,ne poſſit communicare radius externus cum cryſtallino humore. Tenuis is humor albugineus à quibuſdam Medicis eſt inter rhagoïdem & cryſtallinum humorem, quo cryſtallinus humor, præcipuum inſtrumentum viſus, partim fouetur,partim minuitur,vt lux refringatur,nec lædat cryſtallinum.

1 *Ex cerebro per nerũ opticum, vel inter corneã & rhagoidẽ membranas, ad pupillæ foramen.*

2 *Concreſcit hic humor aqueus ſenio, aut febre, aut epileſia, aut melancholia, aut graui alio quo affectu, qui aut præceſſit, aut cõmixtus eſt.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 202 sur 805

Pupillæ foramen via eſt ſpiritus animalis, aut etiam radiorum, qui à rebus externis ad videndi facultatem importantur. Præcluſa itaque viâ, quia, videlicet, humor ille albugineus longè craſſior ſeipſo factus eſt, ſuffuſio fit, quæ 3 ὑπόχυσις & 4 ὑπόχυμα dicitur à Græcis. Naſcitur hoc vitium ſæpè conſortio 5 ſtomachi: ſæpè etiam primario 6 vitio cerebri. Atque priuſquam ad curationem accedas, idipſum diligenter diſtinguendum. Diſtingues autem ex cap. 1. libr. 4. de locis affectis. Quòd ſi vitio 7 ſtomachi, vomitu, purgatione ex hiera picra, frugaliore vita & integra concoctione, conſenſu Græcorum & Arabum curari debet. Oportétque & vomitum & purgationem ex hiera ſæpiùs reuocari.

In alia verò, quæ primario cerebri affectu fit, natura ſuffuſionis primùm conſideranda eſt. Nam vel incipit, vel ad ſtatum progreditur, vel omnino confirmata eſt. Et hæc 8 quidem deſperata eſt.

Itaque pupillam primùm aſpicito. Colorem ſuffuſionis, concretionem, motum, magnitudinem diſtinguito. Si quid 9 præceſſit, aut adeſt, interrogato. Ætatis, temporis, conditionis totius oculi rationem habeto. Deſperata ſuffuſio eſt, quæ pupillæ figuram commutauit. Pura atque pellucida tum pupilla, tum ſuffuſio.

Suffuſionis color cæruleus, aut auri ſimilis, aut ferri nitentis, aut aquæ maris, curabilis eſt. Quæ verò grandinem refert, aut gipſum, 10 quæ nigra eſt, in ſumma, quæ ſine ſplendore cernitur, incurabilis eſt, feréque confirmata ad candorem

3 *Dum fugax eſt.*

4 *Dum confirmata, & τῦ ςάσις nuncupatur.*

5 *Vt in vomituris vomitione critica, vt in cardiogmo.*

6 *Vt ex epilepſia & melancholia.*

7 *Aut etiam pulmonũ, ex Hippocrate lib. 3. Prognost.*

8 *Niſi opechirurgica deturbetur, ſi modò curationẽ poſſit recipere. Paul. Æg. lib. 6.*

9 *Vt ſi epilepſia, melãcholia, cardiogmos, pulmonis itẽ affectio præceſſerit.*

10 *Quæ melãcholicus cõtingit ex melãcholiæ decubitu.*

vergit 11 sine splendore.

Concretionem ita distingues. Oculo incolumi clauso, suffusum digito apprimes: si humor ille tenuis consistit, neque ampliatur, quia minimùm concreuit, 12 desperatio est: si diffluit & dissipatur, sed statim, vt priùs, coit, desperata nondum res est. Si verò dilatatur quidem, sed non dissoluitur, maturitas est, vt punctione, id est, acu vacuari possit.

Catarrhacta, quæ locũ mutat, 13 incurabilis, hoc est, quę hâc atque illâc conuertitur. Quę verò compressa dilatatur, non etiam commutat locum, melior est.

Exigua faciliùs, magna difficiliùs curatur.

Interrogabis autem, num præcesserit grauis aliquis morbus, acerbior capitis dolor, vel ictus. Tum enim, vt etiam si adsunt, peior suffusio est. Ætate media faciliùs curatur. Prima & extrema, difficiliùs. Cœlo sereno & tranquillo, atque etiam temperato commodiùs curatur.

Addunt Astrologi decrescente luna: coëunte verò, aut eadem plena, atque vbi vel in ariete, vel aliis eiusmodi signis, curationes differũt. Nec omittendum, quod Galen. 14 Meth. docet, vt oculus sanus claudatur atque exprimatur. Si enim oculus suffusus inde non tumet, nec pupilla ampliatur, desperatio est. Alioqui vitio succurritur. Phantasinatum splendores & idolorum, quæ suffusis oculis obuersantur, lege 2. de sympt. causis.

Principiis 15 ergò obstandum est. Demosthenes apud Aëtium, & alij quidam Græci venam secant in cubito. Clysteribus 16 acribus, iisdémque pur-

11 *Tum enim ipsius oculi* νέκρωσις *significatur.*

12 *Hæc desperatio est ex magnitudine causæ & adynamia curandi.*

13 *Quòd sit perfecta concretio.*

14 *Gal. li. 4. de loc. affectis*

15 *Atque ad eam demum catarrhactã medicina instituenda, in qua nulla desideretur ratio, neque concretionis, neque magnitudinis, neque loci & motus, neq. vlla fontis perẽnis affectiõis melãcholicæ, nec epilepsiæ, aut obstructionis nerui optici excusatio possit afferri.*

16 *Vt ex decocto cephalico cũ hiera vtraque.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 204 sur 805

gationibus, ſed exigua quantitate & per interualla repetitis, Cucurbitulis in 17 occipitio cum ſcarificatione affixis, Apophlegmatiſmis, Errhinis per interualla vti iubent. Cornel. Celſus addit ſectionem venæ frontis, ſanguinis detractionem è naribus, vſtionem 18 venarum temporalium, quæ certè locum habere poſſunt, vbi grauis capitis dolor eſt, atque inde defluxio in oculos. Optimus victus, 19 qui pituitam extenuat, ſine vaporibus. Vitandum vinum eſt, piſces, liquidiora omnia iuſcula. Aſſa elixis meliora.

Collyriis primùm leuioribus: deinde paulatim maioribus vtendum eſt. Clyſteres è Centaurij decocto, vel ſimilium comparandi ſunt. Alioqui vel hieræ picræ ʒ.6. vel hieræ diacolocynth, ſemuncia, aut alia eiuſmodi pharmaca in clyſteribus diſſoluenda ſunt. Purgatio ex hiera picra, cui aliquid hieræ diaco. admixtum ſit. Exempli gratia.

℞. pul. hieræ picræ ϑ.2. pul. hieræ diacol. ϑ.1. cum ſucco fœniculi formentur pilulæ: capiat hora 20 ſomni. Hæc purgatio decimo quoque aut decimoquinto die reuocanda eſt. Per interualla mythridatij 21 aut theriacæ ʒ.ß. aut ϑ.2. aliàs ieiunis, aliàs hora ſomni, aliquando 22 quatuor horis ante paſtum imperanda ſunt ſemel in hebdomada. Poterit aliquando imperari ablutio capitis ex decocto abſynthij, betonicæ, ſtœchados, maioranæ,

17 *Ad materiæ, quæ in oculos fluit, reuulſionem.*

18 *Vt qui per eas ad oculos defertur vapor, intercipiatur.*

19 *Cuiuſmodi eſt hydromel ſimplex, aut organatum, loco vini, parata iuſcula ex hyſſopo & ſaluia, abſtinentia rerum acriũ & piperatarum, deductio alterius cibi aſſueti, cibi autẽ ſimplicis, & omnis alienæ mixturæ expertis.*

20 *Vt dormiendo coacto calore nativo anathymiaſis ad cerebrum feratur, quæ incidendo, tergendo & attenuando, materiam præparet, præparatámque ad ventriculum euehat, vt euacuari poſſit.*

21 *Vt ℞. conſeruæ beton. & anthos an. ʒ 1. ß. mythridatii ʒ. ß. f. bol.*

22 *Sunt enim alexypharmaca longè à paſtu, & antè paſtum imperanda.*

fœniculi, in lixiuio facto è cineribus ſarmentorum, adiecta etiam vini portiunculâ, quarta aut ſexta parte.

Collyria è melle, ſucco fœnculi; aut herbarum ſuperiore capite deſcriptarum comparari debent. Adiiciatur quoque 23 fellis aliquid lenioris, aut fortioris, ſemper habita ratione mollitiei, duritiei, temperamenti oculi. Alia enim remedia pueros aut ſenes, ruſticos & vrbanos, cœruleos & fuluos oculos, cæſios & nigros iuuare poſſunt.

23 *Vt fellis lucii, non accipitris, & rapacũ auiũ reliquarum.*

Hæc verò priuſquam adhibeantur, opportunum fuerit poſt purgationem fomentum affectæ parti inſtituere. Veſicula piſcis plena decocto fœniculi tepidè oculos applicetur pro fotu. Sed lauanda priùs veſicula.

In pueris lactantibus aliquando nutricis inſpiratio ſatis eſſe poteſt. Nutrix itaque mandat dentibus ſemen fœniculi, ſagapenum, ammoniacum, galbanum, aut eorum aliquid, quæ ſuffuſos iuuant: atque vbi os incaluit, leuiter inſpiret halitum oculo lactantis. Hoc conſilium etiam adultis prodeſſe poteſt. Secundum eſt, vt ex 24 eadem materia oculos ſuffumiges. Aqua è melle deſtillata & ſuffuſiones, & albugines interim percurat.

24 *Vt ex herbis, ſeminibus, aromatis & gũmiophthalmicis.*

Quæ diſtillatur è melle roſato, lenior eſt. Deinde quæ ex melle communi. Pòſt etiam è melle ſcyllitico.

In his aquis aliquando modicum ſacchari candi liquandum eſt. In diſtillatione proximo capite numeratæ herbæ & materia, tum etiam ſagapenum, ammoniacum, galbanum, cõmiſceri poſſunt. Aut ſi iam diſtillata aqua eſt, in ea macerentur. Si-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 206 sur 805

militer & vis aquarum, fœniculi, maioranæ, & cæterorum augeri poteſt. Collyria fortiora.

℞. fellis accipitris, balſami ana ℈. 2. adde, ſi vis, hellebori albi, piperis ana ℈. 1. cum aqua raphani fiat collyrium. Aliud.

℞. terebinthinæ ℔. ß. ſulphuris viui ʒ. 2. mellis roſ. ʒ. 4. plantaginis & arnogloſſi ana M. 2. fiat diſtillatio in alembico. A fortioribus collyriis, ſi mordetur oculus, ſtatim oui candido, aqua roſ. aut lacte muliebri temperandum malum eſt. Plura remedia ex proximo capite & 25 aliis repetes.

25 *Cuiuſmodi eſt collyrium Ioannis de Vigo.*

Punctionis verò, quæ acu fit, tempeſtiua occaſio eſt, cum materia ſuffuſionis mediocriter concreuit. Cuius formulam deſcriptam habes cap. 21. lib. 6. Pauli, & lib. 7. Cornelij Celſi, & 14. Methodi ad finem, & apud Albucaſim, vbi fingitur 26 Almagdan quod vocant.

26 *Inſtrumentũ eſt chirurgicũ Cæterũ dum pũgitur oculus, obliquo lumine æger ſedere debet, vt immotus maneat.*

℞. frumenti craſſiuſculè conquaſſati, M. 2. ſulphuris viui. ʒ. 1. ſagapeni ʒ. 6. ſalis, piperis, ana ʒ. 2. mellis ℔. ß. terebinthinæ ʒ. 2. cum vrinæ pueri ℔. 2. fiat diſtillatio in alembico.

℞. fabarum freſarum M. 2. conquaſſentur in mellis ℔. 2. terebinthinæ ʒ. 3. gummi elenij ʒ. 1. in ſucco fœniculi & marrubij ana ℔. 2. fiat diſtillatio. Vel.

℞. frumenti craſſiuſculè conquaſſati, hord. ana M. 1. mellis, lapid. calaminar. ana ʒ. 2. ſulphur. ʒ. 1. ſalis ʒ. ß. diſtemperentur in vaſe æneo cum aqua fœnicul. & plantag. ſucco granatorum, deinde fiat fortis expreſſio.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Diſtinguendum initio, ſitne ὑπόσφαγμα, ὑπόπυον, ἄνυξ,

λγαυκώμα, an ὑπόχυμα. Deinde si ὑπόχυμα, siue suffusio, an primò & per se, an per consensum. Postremò, sitne in principio, incremento, statu, aut penitus confirmata. Ὑπόσφαγμα, sugillatio est, sanguinis nimirùm effusio per tunicas in spatia, quæ venis circumiacent. Principio rubet: progressu temporis liuescit: postremò nigrorem contrahit. Multitudine & diuturnitate temporis aliquando in pus vertitur, vt sanguis omnis per grumos collectus sub cute in aliis corporis partibus. Tunc fit ὑπόπυον, pus nimirum sub cornea, dimidium nigri occupans, aut per totam corneam tunicam pellucens, vnde dolor pulsatorius, vehemens, rubor totius oculi, & temporum dolor. Fit etiam aliquando ὄνυξ, cùm, ab vlcere (vt ait Aëtius) profundiore pus defluens, & inter tunicas delapsum, ac in circulo iridis figuratum, vnguis resecti imaginem refert, differúntque ferè in sola vnguis similitudine. Ex quo intelligi potest, id symptωma, quod Galenus de symptωmatum causis sugillationi tribuit, vt ita affecti, quæcunque videant, rubra esse putent, haudquaquam esse perpetuum, sed in principio tantùm apparet. Nam aliis temporibus subnigrum quid ob oculos volitare existimant, quod multi sæpè similitudine decepti suffusionis principium esse credunt. Causæ sunt, ruptio vasorum, contusio, ictus, plenitudo, dolor capitis, lippitudo, inflammatio prægressa. In Glaucomate crystallinus humor densatur & resiccatur, neque vnquam curari potest. Alij putant viridem quendam humorem crystallino permisceri, atque inde fieri glaucum colorem ex viridi & albo. Ab omnibus differt. Suffusio siue catharracta, & loco & causa. Sugillatio enim est in tunicis & à sanguine: Glaucoma in crystallino humore vniuerso, & à siccitate: suffusio intra corneam & crystallinum humorem, ab humore potissimùm aqueo ibi concrescente: prætenditúrque ille humor aliquando toti pupillæ, & visum adimit, aliquando parti tantùm. Per consensum fit, cùm per interualla visa quædam visis propriè suffusorum similia obuersantur ob oculos. Idque vel à bilioso humore è ventriculo, vapore ad oculos sublato: vel à cerebro, fumis ab vsto humore delatis per venas & arterias cum spiritu, vt in phrenitide, & febrium ardentium vigore: vel à toto corpore, vt instante crisi. Per consensum fieri indicant, si altero tantùm

Aëtius serm. 3. Tetrab. 2.

Gal. lib. 1. de symp. causis.

Suffusio per consensum qui fiat.

Suffusio primaria à secũdaria suis signis distincta.

oculo incipiat, perpetua non sit, post cruditatem augeatur, pupilla non obscuretur, crisis instet, febris vigeat. Contraria oculum primariò affici demonstrant, túmque in principio veluti fumus est, quem si acu delere velis, diuulsus recurret, aut in particulas tenues dissectus visum grauiùs offendet, multiplicia obiecta pro vno repræsentans. Sub statum concrescit in nebulam, túmque ferè sine dolore acu dimouetur à pupilla. Vbi obduruit, acu si pungatur, tunicam simul adducit & lacerat, vnde periculum cum dolore maximo consequitur.

Purgato corpore conueniunt collyria fortiora ex fellibus, ad discussionem, ruptorium, cauterium post aures, sanguisugæ in temporibus, ibidem emplastra, venæ sectio, masticatoria, potiùs quàm Errhina, pulueres à pastu, condita, fotus, acus. Post aures in ceruice cauterium, aut funiculus setaceus in occipite plurimùm confert, si inter corneam & albugineum humorem intercipiatur nebula. Sed quæ inter crystallinum & pupillam hæret, non ita dissolui potest sine acu. Sit acus paulò minor longitudine minimi digiti, crassitudine, vt cæteræ, è materia firma, ne frangatur intra oculum, manubriolo striato, ad comprehensionem firmiorem. Albucasis compungit acu per cauam acum ducta, vt per cauitatem aqua defluat, nec in reliquum oculum incidat.

Quibus in oculis tutior sit ad catarrhactam punctio.

Punctio in pleniore oculo tutior, iam contracta catarrhacta, sed ferè aliquid albuginei humoris dissoluitur, & manet oculus minor. Remedium à capra inuentum, quæ stipite confixa in suffusione visum recuperauit, vt Galenus docet initio Isagoges. Aliquando tunica imbibita humore exturgescit, & indurescit, vbi emolliendum, laxandum priùs quam resoluendum. Barbari ad claritatem visus aures perforant annulo immisso, ne foramen claudatur. Fellium genera, prę̃sertim gruis, galli veteris, tauri, hirci, lac equinũ cum melle illitum, stercus lacertæ, hyrundinis. Sed acribus non vtẽdum, nisi paulatim assuefacto oculo, vt ęrugine, cuperosa, &c. Sinapismus è stercore colũbino, hederæ terrestris decoctũ, donec quarta pars supersit, ad fotũ per dies 25. Aqua mellis cum radice ireos, conizæ, chelidoniæ, triticum cum sale & melle in vase æneo insolatum, & liquor expressus, succus hęderæ, cocta faba in hydromelite, deinde cum melle rosato pistata, &

Punctio oculi remedium à capra inuentum.

expreſſa, inde oculorum illitus, puluis ex ſeminis raphani ʒ.1. cum ammoniaci aridi ʒ.ß. & balſamo. Vitriolum album in lacte aut aqua euphraſiæ, fœniculi, & ſimilibus, addita aloë, ſaculus plenus maiorana, naribus & oculis admotus, ſerpentaria in materia Chirurgica deſcribenda, ſoluta ſucco anagallidis rubrę, ſtercus corui, aut fel cum melle. Quidam ſuccum rutæ, fœniculi, ſaluiæ, vel herbas cum tritico & ſale incoquunt vino albo, & ita ſumunt. Decoctum fœniculi, guaiaci, euphraſiæ, rutæ, ſeſeleos, aromat. cum macere, ex eodem fotus & potio. Collyrium ſiccum ex macere, ſemine fœnic. ſeſeleos & euphraſiæ, aqua diſtillationis hyrundinum vel picarum. Vidua œconomi Regij de Chaulmont Lutetiæ aqua è phœnicea anagallide diſtillata multos curauit. Poteſt diſtillari cum melle, ſicuti & Monachus quidam ſalis M. 1. in vino albo nouem diebus agitato in vaſe æneo, donec vireſcat. Sequentia quoque probantur, ad obtuſum viſum, & catarrhactam.

Anagallidis phœniceæ aq. ſtillatitia multos ſuffuſione liberauit.

℞. Baccarum lauri purgatarum ʒ.4. Tere cum vrina pueri impubis, fiat fortis expreſſio. Deinde cum mucagine gummi arabici, vel tragac. extracta cum aqua argentar. fiat illitus.

℞. rad. ireos recentis ʒ.1. fortiter piſtetur cum ſucco fœniculi depurato per reſidentiam, deinde addito modico ſacchari candi, & mucag. fœnic. fiat linimentum.

℞. ſucci chelidonię & conizę an. ʒ.1. mellis. ʒ.2. &c.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXI.

QVod Græcis ὑπόχυμα, Latinis ſuffuſio appellatur, morbus eſt in compoſitione, ſeu in numero, cum videlicet aliquid toto genere præter naturã ſuccreſcit. In hac etenim affectione ſeroſus humor inter cryſtallinum humorem & corneam tunicam colligitur, qui paulatim cogitur, & denſatur. Quum primùm aduentat, tenuia, lucẽtia, atque

Hypochyma morbus in compoſitione.

etiã caliginoſa corpuſcula perperã ob oculos ægris videntur obuerſari. Quod etiam iis accidit, quibus per conſenſum ventriculi oculus vtérque ſuffunditur. Verùm affectus vtriúſque dignotio ex Gal. cap. 2.lib.1.de cauſ.ſympt.& cap.1.lib.4.de loc.mal. affectis ſatis manifeſta.

Gal.lib.13. Method. & Paul. Æg. ca.22.lib.3.

Incipiens hypochyma aliquando digeritur: ſed ſi diutiùs conſtiterit,& quaſi limus factus fuerit humor, ſola punctorij ſtyli mucronis per corneam pertuſione curari poteſt.

Hypochymatis curatio.

Apparabitur humor, vt antè in viſus imbecillitate,deinde educetur. Et quia iterata purgatione eſt opus, hanc pilularum maſſam, in plureis doſes vtẽdum,imperare licebit ℞.maſſæ pilul.lucis maior.& cocc.an.ʒ.2.ſpecier.hierę.dupl.aloë.ʒ.1.agar.troch. rhei elect.an.ʒ.1. aqu.fœnic. chelidoniæ infuſionis. ʒ.1. turpethi benè gummoſi cum tantillo zinziberis,f.maſſa pilul. adiecto, ſi velis, ſyrupo de ſtœchade.Doſis erit ℈.4.vel, ſi parum mouerit, gr.2. aut.3. dacrydij adiicientur.Vſus ſit ſemel in hebdom.

Si plethora adſit, aut ſi quæ inflammatio ſuaſerit,vena cubiti pertundetur:quanquam Rhazes ægro prohibendum cenſeat, ne cucurbitulis, neque ex venis in manum diſtributis,ſanguinem extrahat, ne ſcilicet humor magis congeletur, exhauſto per phlebotomen ſpiritu,à quo diſcuti deberet. Itaque cucurbitulæ ſine ſcarificatu ſæpè ac ſæpè hîc vtiliter apponuntur.

Antequam verò ad topica & collyria ab Authore præſcripta veniatur,fomentum oculo inſtituetur ex decocto huiuſmodi.

℞.fœnic.virid.parietar.& beton.an.M.1.ſemin. fœnugr. ʒ.

ß.flor.chamæm. & meliloti an. p. 1. f. decoct. in aqua & vino alb. pro fotu oculi cum ſpongia, vel goſſipio: vel demiſſo cap. excipiatur vapor.

Comparantur collyria ex exſiccantibus & incidentibus, qualia è fellibus ſiccis cum marrubij ſucco diſſolutis. De his Gal. libr. 4. de compoſ. pharm. κατὰ τόπους. Memorabile eſt, quod à clariſſimo viro, D. De Montifaut, accepit remedium, mihíq; commune fecit, Petrus Morellus Genabenſis Medicus exercitatiſſimus, amicus vnicè charus. Ouum recens ſub cineribus ad duritiem coquitur: medium diuiditur: detracto vitello, puluere è vitriolo albo & ſaccharo cando confecto impletur: ambabus partibus arctiſſimè colligatis maceratur in aqua roſ. aut euphraſ. per 4. dies: expreſſione facta fit collyrium. Huius præſtantiam experientia confirmat.

Non prætereunda ſunt, quæ caput roborant, & materiæ reliquias diſcutiunt, vt ſacculi antè commemorati, & quæ in eum vſum aſſumuntur opiatæ, electaria, pulueres, vt ℞. conſeru. anth. ʒ. 1. ſpec. electar. diamarg. calid. ℈. 1. conſer. roſa. ʒ. ß. miſce. capiat per ſe, vel diſſolu. in aqua. beton. fœnic. Cætetùm ſi ſuffuſio ſit per conſenſum ventriculi, facilem habet curationem, purgatione ex hiera imperata. Si ſuffuſioni ſimilis eruptio ſanguinis, aut alterius humoris ex ictu, aut plaga, vt in ſuggillatis, curanda proponitur, ſecatur imprimis vena: mox ſanguis turturis, aut columbæ ex tenellis alis expreſſus, in oculum inſtillatur.

De hæmorrhagia. CAP. 22.

HÆmorrhagia Græcis peculiariter intelligitur profluuium ſanguinis è naribus, vt conſtat ex

Hippocrate sect.3.lib.6. Epidem.sent. 21. Quanquã ex vocabulo, quodcúnque sanguinis profluuium intelligi potest. Quale est 1 è sede, 2 vtero, ore. Rarum est, quod quibusdam contingit peculiari natura, vt aperta è trunco corporis, hypochondriis, thorace, facie, venæ clausura, redundantem sanguinem depleant. Quibus eadem remedia conueniunt, quæ in hæmorrhagia è naribus.

1 *Vt in dysenteria αἱματώδη.*
2 *Vt purgatione menstrua, profluuio muliebri, lochiu.*
3 *Vt in iuuenibus, in febre ardente.*
4 *Vt in purgatione, & iuuenum hæmorrhagia, mutilorũ dysenteria, hæc bona, vt signum, & vt causa.*
5 *Ad reuulsionem obscuram.*
6 *Vulgò agglutinantia appellant.*

Hæc autem aliàs 3 critica est: aliàs ex 4 consuetudine naturali. Nonnunquam omnino præter naturam est. In duobus primis generibus sanguis supprimi non debet, nisi viribus iam metuitur. Multò etiam minùs, ac tardiùs ætate iuuenili, temperamẽto sanguineo, aut vbi consueta aliqua vacuatio intermissa est. Quales sunt hæmorrhoides, vomitus sanguinis, phlebotomia, & mẽstrua in mulieribus. Vbi verò supprimendus est, remedia sunt 5 vincula, cucurbitulæ, phlebotomia, Sanguisugæ, 6 anacollemata indita naribus, aut admota reliquis corporis partibus. Vincula ergo digitis pedum & manuum, testiculis, articulis interuallo trium digitorũ, auriculis iniicienda sunt. Frictiones etiam deorsum ductę, immersiones extremorum in aqua calida, vel frigida conueniunt.

Phlebotomia è cephalica eiusdem lateris, aut vtráque, si vtrinque profluit sanguis: ídque angusto vulnere, ne tanta fiat vacuatio. Tutiúsque aliquoties diuersionem repetere, quàm semel ducto sanguine animi deliquium excitare. Quod tamen animi deliquium Paulus & aliquot alij probauerunt. Gal. in Prorrhetico non expectandam animi deiectionem prȩcipit. Atque experimento certum est,

animi deliquio ſanguinem non reſtitiſſe. Sanguiſugæ poſt aures, aut in ſede, iis maximè, quibus conſuetæ ſupprimuntur hæmorrhoïdes. Cucurbitulæ ſtatim poſt vincula, & ante phlebotomiam hypochondrio eiuſdem lateris affigendæ ſunt. Affiguntur & ſcapulis, & ſummæ ceruici, etiam cum ſcarificatione, ſi opus fuerit, & vires tolerant. Anacollemata verò, & quæ induntur naribus, magna ex parte refrigerant: quorum vſus 7 poſt alia ſupradicta remedia tempeſtiuus eſt, iam reuulſa in partes contrarias materiâ, id eſt, in 8 partes inferiores corporis, aut poſteriores capitis. Alioqui vſu refrigerantiũ plurimi quidem deteriùs habuerunt: inde conuulſi, aut oborta ſpirandi difficultate ſuffocati. Et hæc remedia infirma omnia comperit Gale. præ maioribus 9 illis remediis, ex quinto Methodi, ex Prorrhetico, ex lib. de ſang. miſſione. Anacollematis ergò, & aliis topicis poſt reuulſiones vtendum erit, habita ratione naturæ capitis & partium, quibus admouentur. Anacollemata fiunt ex argilla, farina volatili, farina triticea, incorporatis cum oui albumine, addito momento aquæ roſar. & aceti. Poteſt quoque aliquid adiici boli armenæ, ſang. drac. & rerum eiuſm. quæ adſtringunt, quale hoc eſt.

℞. 10 argillæ ʒ.2. boli armenæ ʒ. ß. acaciæ, hypocyſtidos ana ʒ.2. cum oui albumine & modico aceti fiat emplaſtrum, applicetur fronti & temporibus. Induntur in nares, quæ refrigerant, adſtringunt, inuiſcant, aut cruſtam ducunt, interim mixta 11 portiuncula narcoticorum. Verùm & narcotica,

7 *Ne ſanguis in aſperam arteriã, aut œſophagum procumbat, vel caput efficiat, & parotidas excitet.*

8 *Vt in mulierum hæmorrhagia.*

9 *Quæ pugnãt cũ cauſa coniuncta, generationẽ prohibendo, intercipiẽdo.*

10 *Vel ℞. argillæ, farin. volatilis ana. ʒ.1. miſceãtur cũ albumine oui, & tantillo aceti. Imbuãtur goſſipio carpto, naribúſque imponãtur, ad pugnandũ cum anaſtomoſi. Vel ℞ ſucci lanceolæ (id eſt plantag. acutioris) hirſutæ paſtorię*

q. ſ. cum his maceretur ſanguis draconis. Excipiantur ſingula goſſipio carpto, & nari indantur. 11 *Vt hyoſcyami, opij.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 214 sur 805

& cauſtica cum periculo eſſe ſolēt. Sine metu ſunt,
12 *Præſertim lanceolæ, & fructus rubi immaturi.* 12 ſuccus plantaginis, ſuccus rubi, meſpilorum, cornorum, & alij eiuſmodi. Lanugo arboris, quæ foliis inſidet, aut quæ veluti nucamenta pendent è ſpecie populi, 13 vel maſculi ſalicis (quem Galli *Marſault* appellant) medio menſe Martio colliguntur, macerantur in aceto, ſiccantur, & vſui aſſeruantur. Vſus tempore induntur per ſe naribus, aut conueniente medicamine imbuuntur, atque ita imponuntur.

13 *Aqua etiam ſtillatitia ex nucamentis ſalicis.*

Athanaſia Nicolai cum ſucco pentaphylli. Alexandri puluis, qui ita paratur. ℞. conſolidæ, ſanguinis drac. carab. ana ʒ.1. hæmatit. corall. cornu. ceru. vſti ana ℈.2. f. pulu. Datur ad ʒ.2. vel ʒ.1. cum liquore conuenienti. Alius.

℞. rutæ vſtæ ℥.1. ſarcocoll. lithargyri, ſang. draco. ana ℈.4. f. pul. vulneribus etiam immiſſus ſanguinem mirificè ſiſtit. Alius.

℞. teſtæ pectunculi marini vſti, ſanguinis draco. carabe ana ℥.1. ſpongiæ nouellæ vſtæ noſtro more, punic. vſti ana ʒ.3. Licinium oui albumine imbuitur, ſuperaſpergitur puluis, & naribus, vel vulneri immittitur.

Spongia aceto acerrimo imbuitur: imbuta pice liquida circunducitur: tum fictili vaſe repoſita crematur: in puluerem redigitur. Puluis efficaciſſimus eſt, & per ſe inſufflatur naribus, vel liquidis medicamentis commiſcetur. Aliud.

℞. thuris ʒ.2. aloës ʒ.1. cum oui albumine incorporentur. Penicillus è molliſſimis pilis leporis, aut floccus è lanugine, aut nucamento ſuprà dicto, in eo medicamento incoquitur, & ita naribus imponitur. Penicilli etiam conueniunt è tela aranearum, cui inſi-

cui insideat farina volatilis.

℞.succi basil.ʒ.6.aceti ʒ.2. caphuræ ϑ.2. misce. Linamenta hoc medicamento imbuta induntur naribus

℞.aquæ plantaginis,ros.an.ʒ.6. aceti, vini albi adstringentis ana ʒ.3.caphurę ʒ.1. misce, & in miscella madefac.linteamina,quæ collo inuoluas, hepati,pedibus,testiculis,& mammis.

℞. aquæ panis porcini ʒ.1.caphuræ ϑ.1. attrahatur in nares. Terra sigillata, bolus armena, sanguis draconis,Trochisci de carabe,oui albumine & aceti momento dissoluuntur.

Hinc madefactus penicillus naribus imponitur.

Radix 14 pœoniæ subiecta linguæ sanguinem sistit:herba verò fronti imposita,aut naribus indita.

14 *Sic equiseti radix trita, & naribus imposita efficacissima ad sanguinem sistendum.*

Fragaria herba trita similiter iuuat.

Vtile est etiam olfacere caphuram in aceto dissolutam.

Quidam temerario remedio,cùm reliqua omnia non iuuissent, eum, cui profluebat sanguis, in balneum deduxit,atque demersit ad collum, & ita restitit sanguis.Verùm ab hoc remedio certum exitium est,si vires vehementer laborent.

Vulgus vtitur corallo è collo suspenso.

Lapides,iapsis,onyx,hæmatites,id est, lapis sanguinarius,eodem remedio esse creduntur.

Sunt,qui applicent parti,vbi debet fieri reuulsio.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

GAlenus scribit comment. 1. τῶν ἐπιδημιῶν, apud Hippocratem τῆς αἱμορῤῥαγίας nomine profluuium sanguis è naris. *Gal.comm.1. in li.1. Epid. sent.9.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 216 sur 805

ribus intelligi, si per se ponatur, non expressa particula, vnde effluit. Alioqui nomen generale est in omni sanguinis vacuatione, siue per crisim fiat, siue symptoma sit lætæ arteriæ, aut venæ. Sed ex arteria exilit tenuior, flauior & cum saltu. Quatuor in vniuersum modi sunt. Reseratio oris vasorum per ἀναστόμωσιν, ab eorundem imbecillitate, sanguinis copia, acrimonia: transcolatio, sudoris instar, per διαπήδησιν, à raritate tunicæ, sanguinis tenuitate vel sero, gracilium vasorum apertione. Diuisio tunicæ, à vulnere, contusione, ruptione per ῥῆξιν Postremò διάβρωσις eiusdem, id est, exulceratio aut erosio intrinsecus facta à vitioso succo & acri: extrinsecus à valentibus medicamentis, aut igne. Vix tamen ab externis venis sanguis profluit, nisi vel erodantur, vel rumpantur ob densitatem in cute externa.

Hæmorrhagiæ modi quatuor.

Si per διαπήδησιν profluat, serosorum humorum purgatio, venarum densitas, sanguinis crassities procuranda. Si per διάβρωσιν crustam inducentia erunt vsui. In cæteris vacuantia, repellentia, refrigerantia, adstringentia, obstruentia, resiccantia, sanguinis missio, diuersio, ligaturæ, cucurbitulæ, frigidiorum perfusio, epithemata, & similia.

Laudatur sanguinis profluuium post partum, tempore mensium, in synochis febribus, & aliis per crisim, ènaribus post capitis dolores, modò affectio frigida non sit. Proinde remedia nulla postulat, nisi immoderatum sit, vires superet, & futuræ hydropisis, aut cachexiæ periculū minetur.

Prosunt succus caudæ equinæ in vino, puluis Alexandri, Trochisci Rhazæ, de terra sigillata, de carabe, soluti in oui albumine, ex Heraclide, manuum, cruris, articulorum ligatio, frictio, cucurbitula supra vmbilicum, nisi sit imbecillior. Porri succus auxilium est sæpe probatum. Nonnulli accipiunt porros nouem, aut decem recentes, medios transfigunt filo, folia extrema amputant, vt odorem inspirent, circundant collo obuersis foliis naribus, & deorsum versis capitibus. Stercus asini odoratum, expertum etiam reiicientibus sanguinem, vrtica Græca trita, fronti alligata, cherepyllon ex oleo nucum, plantaginis, millefolij succus, herba trita, caphura aceto soluta, sanguis ægri.

Hæmorrhagiam sistentia.

Ἀνακολλήματα] Paulus explicat agglutinamenta. Fronti enim applicantur, habéntque agglutinandi & obstruendi facultatē,

cuiuſmodi ſunt tela aranearum, farina volatilis, emplaſtrum Comitiſſæ, & ſimilia ſoluta oui albumine. Sed inutilia, cùm per venas & arterias interiores humor decurrit. *Paul. Æg. ſub finẽ cap. 16. lib. 7.*

ANTO. VALETII EXERCIT. XXII.

HÆmorrhagia ſymptoma eſt, quod ſub genere excretionis immodicæ continetur: fitque vel venæ tunica diuiſa, vel vaſis ore reſerato, vel ſudoris modo ſanguine tranſmiſſo. *Gal. lib. 3. de cauſ. ſympt. & lib. 5. Meth. Hæmorrhagiæ cauſæ.*

Eius cauſæ ſunt externæ, internæ. Externæ, quæcunque rumpunt, incidunt, contundunt, clamor magnus, & acutus. Internæ, ſanguinis copia, praua qualitas, vaſorum infirmitas, facultas excretrix immoderatiùs mota. Vbi copia ſanguinis mali huius cauſa eſt, atque etiam acrior eiuſdem qualitas, nullum præſentius remedium reperitur venę ſectione: quæ tum præſertim celebretur, cùm moderata ſanguinis copia effluxerit, & fortis lationis impetus perſtiterit. Ducetur paulatim, & per interualla ſanguis, niſi viribus minùs metuatur. Quod ſi citatior hæmorrhagia iam vberiorem vacuârit, cucurbitulæ magnæ hypochondriis è directo affixæ, dein ſcapulis & ceruici, artuum frictio, deuinctióque ſatis erunt. Mox properandum ad ea, quæ calorem cohibent, propterea{que} ſanguinem refrigerant, & ad motum reddunt ineptiorem. Huius generis infinita cùm aſſumenda, tum admouenda comparari poſſunt. Sumuntur ſyrupi myrtill. roſ. ſiccar. de papauere, de nymphea, granator. cydoniorum, & ſimiles, cum aquis centimodij, plantag. portulac. arnogloſſ. vt. *Gal. cap. 10. lib. de curãt. rat. per ſang. miſſionem.* *Gal. lib. 14. Meth.*

℞. ſemin. plantag. portulac. lactul. ana ʒ. 3. roſ. rubr. roſ.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 218 sur 805

transmarin.ana p.1.f.decoct.in aqu. chalybeata ad quart.3. In colatura dissolue zulapij ros.syrup.cydon.ana ʒ.2.puluer.trochiscor.de carabe ʒ.1.ß.f.zulapium pro dosib.3.Vel. ℞. pulu. trochisc.de terra sigillata ʒ.1.coralli rub.cornu ceru.vsti an.ϑ. 1.syr.myrtill.ʒ.1.aquæ, vel succ. plantag. ros. vel nymph. ʒ. 2. vel 3.zulapium:exhibeatur.

Vel ex conseru.ros.symphyti,additis bol.armen. terr.sig.lotis, corall.rub. lap. hæmat. cornu cerui vsti,seminibus plantag. & lactuc.cum syrup. myrtill. parabitur opiata.

Eodem pertinet ciborum refrigerantium & incrassantium vsus.

Sed hæc refrigerantia non nisi post sanguinis fluxum alio reuulsum imperanda sunt. Neque verò fronti atque capiti illicò refrigerantia topica adhibenda:alioqui enim conuulsio,suffocatio,dyspnœa plerúnque accideret, aut ipsa etiam hæmorrhagia adaugeretur.

Hoc emplastrum fronti & temporibus appositum,sua lentitia meatus obstruendo sanguinẽ exitu prohibebit.

℞.bol.armen.sang. drac.ana ʒ. 3. mastich. farinæ volatilis ana ʒ. 2. cum oui albumine, vel cum plantaginis succo f. emplastrum.

Proderit etiam contortum ad ellychnij formam linamentum in nares immittere, quod in hac mersum sit mistura.

℞.bol.arm.terr.sigill.ana ʒ. 1. aloës & pilor. lepor.minutim concisorum ana ʒ. ß. excipiantur cum albumine oui & oxycrato,& in formam linimenti redigantur.

Sunt,qui rutam,aut vrticam viridem aceto maceratam naribus imponunt: alij spongiam eodem aceto imbutam. Lapidis molaris feruefacti,&aceto acerrimo extincti vapor naribus exceptus,prę̃stan-

tissimum creditur afferre remedium.

Escharotica, vbi prædicta omnia nihil promouerint, ex vitriol. chalciti. gypſ. & gummi æquis partibus, vel per ſe in nares inſufflanda, vel linamento capta indenda. Sed hæc, vt etiam narcotica, nō niſi ſumma vrgente neceſſitate ſunt vſurpanda.

Quod ſi ab hepate, aut liene, feratur ſanguis, epithema ex aq. plantag. cich. roſ. oxalid. ana ʒ. 2. aceti ʒ. 1. ſantal. citr. vel diamargar. frigid. ʒ. 1. comparabitur: quo imbuta linteola hypochōd. admouebūtur.

Denique poſt ſanguinis fluxum optimè repreſſum vtilis erit purgatio, quæ tollenda ſit hæmorrhagiæ cauſa. Et quia, vt plurimum, bilioſus, acer & mordax eſt humor, cholagogum huiuſmodi poterit imperari.

℞. prun. damaſ. tamarind. ana ʒ. ß. ſemin. melon. cydon. plantag. ana ʒ. 1. flor. violar. & nenuphar. ana p. 1. f. decoct. pro doſi. In colatur. infunde rhei elect. ʒ. 2. ſantal. citr. ℈. 1. In expreſſione diſſol. iulep. roſ. vel ſyrup. cydon. ʒ. 6. f. doſis.

1 *Quæ tumor eſt cōtra naturā, cum rubore, dolore, calore, & fluxu cōiunctus.*

2 *Quod ſi quis euaſerit, peripneumonicus fit, & intra dies 7. moritur aph. 10. lib. 5.*

3 *Obſtructo ſcilicet œſophago.*

4 *Vt liberè aërem ducāt.*

5 *Ne cōſtringatur meatus iam obſeſſus.*

6 *Nam non niſi ceruice recta ſpirare quēũt orthopnici.*

7 *Qualitate & conſiſtentia humida, qualia ſunt ptiſana, colatitia, pulli iuſculū & carnis vitulinæ, gelatina, quæque ſit cinamomi expers.*

De 1 *Angina.* CAP. 23.

ANgina inflammatio eſt faucium, aut muſculorum, qui ad fines aſperæ arteriæ ſiti ſunt. Nonnunquam etiam exteriorum ceruicis. Deſperatio eſt, 2 cum nuſquam apparet. Cum grauiſſimus dolor eſt, febris, cum os hiat, lingua exerta eſt, intercepta deglutiendi via, & potus per nares 3 refluit, aut ſi ad initia ceruicis cauitas eſt, intrò adducta vertebra. Hæc vt minuuntur, ita leuior morbus eſt. Oportet ergò ſtatim initio collocare ægros loco ſatis 4 amplo, 5 nec frigido: ita reſidere in lecto, vt 6 caputaltiùs attollatur. Liquidiora 7 ſun-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 220 sur 805

to alimenta.8 Parciſſimè viuant quantum vires tolerare poſſint. Abſtineant iis omnibus, quæ 9 fluxiones incitant, quale vinum, vaporoſa, & calida ferè omnia. Vitent enim 10 glutinoſa, quæ cùm etiã non detergeant, vias iam oppreſſas anguſtia intercipiũt. Primis diebus, atq; adeo initio morbi, 11 ſanguis detrahendus eſt, adhibito prius hoc conſilio. Mulieribus tum grauidis, tum quibus menſes ſupprimuntur, angina fit aliquando. In grauida, ſanguinem detrahes nullo metu ad tres, quatuórve vncias, plus minuſve, vt ſcopi 12 phlebotomię indicabunt. Minùs, ſi fœtus 13 maior eſt, vt poſt ſeptimum menſem. Quòd ſi mulieri grauidæ etiã tum menſes fluunt, 14 multò liberiùs ſanguinem è cubito detrahes. Hic enim & ab angina matri, & ab abortione fœtui periculum eſt. In iis vero, quę vterum non gerunt, & menſes ſupprimuntur, venam è crure vulnerabis, copioſiuſque detrahes. Tũ ad brachij venas, quæ morbo cõueniunt, phlebotomiam transferes. Hoc conſilium multis aliis morbis, quibus corripiuntur mulieres, commune eſt. In aliis, ſi quidem manifeſta ſigna plenitudinis apparcant, è ſaphena: ſi mediocria, è media cubiti. Alioqui è cephalica ſanguinem detrahes mediocri vulnere, ne ſi amplius ſit, nimium viribus detrahatur. Si anguſtius, effluat tenuis ſanguis, craſſus relinquatur. Hyeme, vbi anginę ferè phlegmaticę, partior detractio, ſed foramen maius eſſe debet. Vere, & reliquis temporibus copioſior, vulnúſque anguſtius imprimatur. Cucurbitulę ex libro de cucurb. collocentur.

8 Vel dies aliquot omnino à cibo abſtineãt, ſi vires valeant ſine infirmitatis metu.

9 Vt omnia piperata, & aromatica.

10 Hæc enĩ homines faciunt pneumaticos.

11 Ad euacuationẽ materiæ coniunctæ, & antecedentis reuulſionem.

12 Ex morbi eſſentia, ſymptomatum vehementia, dignitate partu, cauſa materiali & effectrice deſumpti.

13 Quia mulier grauida ſecta vena abortit, præſertim ſi fœtus grandior ſit.

14 Quòd ita comparata ſit mulierum natura, vt ſanguine abundet.

Mollis 15 aluus esto leuibus 16 clysteribus, multò magis si febris est. In quibus interim dissoluues cassiæ fistulæ ʒ.1. vel ʒ.ß. cathol. vel hieræ 17 picræ. Huius hieræ summa vis probata. Nam cùm angina multos Romæ suffocaret, eáque veluti pestis tota vrbe grassaretur, inuentum remedium à Medicis, vt post frugalem cœnam ϑ.1.pul. 18 hieræ in pilulas coactos exhiberent.

Quo auxilio quicunque vsi sunt, periculum declinârunt tam atrocis morbi.

Paulus in nonnullis, omissa 19 phlebotomiâ, acrioribus clysteribus vtitur dissolutis ʒ.3. hieræ diacolocynthidos. Sed quod antè dictum est, priusquam iniiciamus clysteres 20 acriores, leuioribus vti oportet, qui inueteratum stercus emolliant & detrahant.

Purgationes quoq; leues ex cassia, manna, ad ʒ.1. aut eo plus in 21 decocto passularum, hordei, florum cordialium, tamarindorum, sebesten, prunorũ.

Suspectum pharmacum, quod Asclepiades imperauit ex aloë & colocynth. tum quia in 22 pilulas conformat, tum quia fortius est.

Dissoluta enim liquoribus, non coacta in pilulas, pharmaca magis conueniunt, propter difficultatem deglutiendi.

Atq; dum hæc fiũt, gargarismis vtendũ est, initio quidẽ repellẽtibus: deinde admixta vi detergẽte, & resoluente: post etiam, si fuerit opus, maturantibus.

Atq; vbi dolor grauior est, & sentitur exulceratio, lenientibus, quorum materiã & compositionẽ

15 *Omnis enim angina alui profluuium desiderat.*

16 *Vt fiat decoctio ex sero lactis: in qua dissoluatur tassea, aut catholicam proclystere.*

17 *Non, si febris adsit.*

18 *Simplicis, ad exclusionem pituitæ salsæ, per derivationẽ in aluum.*

19 *Sed & ante venæ sectionem hic gargarismus imperandus.* ℞. *aquæ hord.* ℔.1. *aqu. ros. & plantag. ana* ʒ.2. *succi granatorum* ʒ.1. *f. garga. P. st sectionẽ vero venæ, ex lacte calido imperabitur.*

20 *Vt qui*

fiunt ex decocto capitali & hiera vtráque. 21 *Vel in decocto pulli, aut carnis vitulinæ.* 22 *Quas anginosus deglutire non potest.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 222 sur 805

repetes ex 6. κτ' τοπ8ς,& cap.43.octaui Aëtij.Recentiores Medici iisdem etiam vtuntur,vel his.

℥. decoctionis rosarum sicc. ʒ.4. cum diamor. ʒ.2.Ex sorbis,cornis,moris rubi,aut alioqui immaturis, è granatis acidis poterit exprimi succus, & quarta parte sacchari,aut mellis rosati dulcari.Dianucum & diamoron initio dissoluantur in duplo liquore adstringente, quales sunt supradicti succi. Decoctum rosarum,plantaginis,sorborum,cornorum, mespilorum, & similium adstringentium, vel in aquis inde distillatis. Conseruę sunt cornorum, sorborum, mespilorum, mororum immaturorum, quarum vncia in duplo liquore adstringente dissoluta reprimentem 23 gargarismum efficit. Et hic quoque laudatus reprimendo & leniendo.

23 *Quo vtũtur ineũte angina,præsertim æstiua.*

℥. 24 succi expressi è cassia fistul.ʒ.1. decocti rosarum aut aquæ plantaginis ʒ.2. vel decocti sebesten.ʒ.2.aquæ è sorbis,cornis,aut mespilis distillatæ ʒ.4.misce pro gargarismo.

24 *Vel.℥. decocti sebesten. ʒ. 2. aquæ è sorbis, aut cornis ʒ. 4.f.garg.*

Vt augetur morbus,ita repellentium 25 modus minuendus,& augendus resoluentium.Itaque plus mellis admiscemus : vtimúrque hydromelite, plus minúsve diluto, in quo rosæ 26 præbullierint, syrupo rosato, syrupo etiam de papauere, vbi fluxio tenuior est.Vbi his remediis nihil proficimus,venæ sub lingua incidendæ sunt. Alij ex Archigene & Asclepiade venã frontis, & quæ ad angulum oculi pertinet. Hippocrates lib.3. de morbis venam quæ sub mammis est, in paracynanche, quæ leuior est angina,pertundit.Nonnulli venas ceruicis.

25 *In quantitate,qualitate & vsu.*

26 *Huius hæc erit componẽdi ratio. ℥. ros. sicc. M.ß.fiat decoctio in tribus libris aquæ. In colatura ad ℔.2. dissol.mell.ʒ. 3. vel ʒ.2.fiat hydromel.*

Cæl.Aurelianus capite 4.lib.3.Acut.sanguinem trahere è locis sub mammis constitutis, noxium

esse atque putidum contrà Hippocratem contendit. Ac noxium quidem, quòd plurima oporteat corpora diuidi, cùm neque facilè sub visum venæ possint deuenire. Putidum, quia vlla sine difficultate, profundiore facto foramine, iusta sanguinis detractio è venis humeralibus approbatur.

Verùm tutius est post vniuersalem vacuationem perseuerante malo cucurbitulas cum scarificatione ad initia ceruicis adfigere, &c. Postea venas sub lingua, vel phlebotomo aperire, vel cultello scarificare.

Sanguisugæ iisdem locis, quibus cucurbitulæ, affigi possunt: quæ vbi detractæ fuerint, cucurbitulæ inducuntur, perpetuò habita virium ratione.

De cinere hyrundinum, humano stercore, canino, & aliis, quæ melli mixta, aut aliter præparata anginæ conueniunt, lege postremos lib. Galen. de simplicibus, vt de assellis & aliis remediis, commẽtarios secundum locos.

Lenies dolorem & asperitatem gutturis aquâ, in qua mica panis albissimi coxerit. Aut 27 panis ita coctus vehementer exprimatur: colluatur succus. Eodem modo è furfurum, tritici, pinguium cremore. Lac etiam per se, mucago semin. cydoniorum, lini, althææ, aut hic Sorani efficacissimus gargarismus.

27 *Vel fiet cataplasma ex radicibus liliorum & althææ, caricis pinguibus, cum butyro, farina lini, oleóque liliaceo.*

℞. glycyrrhizæ recenter rasæ & conquassatæ ℥ 3. mellis rosati ℥ 1. aquæ fontanæ ℔ ß. coquantur omnia ad crassitudinẽ, è colatura fiat gargarismus.

Penidia quoque in lacte dissoluta, ptisanæ succus, hordeatum, lac amygdalarum dulcium similiter colluatur. Maturant.

℞. ficuum pinguium ʒ.3. hyſſopi P.1. fiat decoctio ad dimidias, colaturâ colluatur.

In periculo ſuffocationis.

Anginoſi ſæpiſſimè periculo ſuffocationis laborant. Quòd ſi periculum inde natum eſt, quia erupit tumor, & ſanies in pulmones & cor defluxit, deſperatio eſt, niſi ſummo 28 beneficio naturæ adiuuentur. Alioqui ſæpè fit, vt cùm nimis increuerit tumor, omninò intercipiat vias ſpiritales, 29 vbi certa mors eſt, niſi occurramus. Itaque extremo malo extrema remedia tentanda ſunt. Repetenda ſectio venarum ſub lingua. Cucurbitula magna & cum 30 multa flamma initio ceruicis affigenda eſt. Collum & thorax onere leuanda ſunt, atque inungenda oleo de liliis, aut fœnugræco.

28 *Vt expectorato, aut alui profluuio, aut vrinæ purulentæ excluſione.*

29 *Impeditur enim actio, per quã eſt vita.*

30 *Vt maiorem attrahendi vim habeant vacui fuga.*

Caput his attollendum eſt, vt probè ſedeant, Aër frigidus introducendus eſt. Locus ſit lucidus & perſpiratus. Cucurbitulæ quoque in pulpis ſcapularum, ſub mento, in mento, & maxillis. Alij etiam in ſutura coronali, & ſub mammis coaptant. Rhazes etiam veſicante phœnigmo vtitur initio ceruicis, túmque gargariſmis acrioribus vtendum eſt, vt hydromelite, in quo pugillus hyſſopi, aut origani coxerit, aut radix gentianæ, cucumeris agreſtis, iridis. Aut.

℞. ſeminis ſinapi ʒ.2. canquaſſentur, & in aceto acerrimo macerentur. Incorporentur cum modico melle. Deinde diſſoluantur in ʒ. 2. mulſæ, ad gargariſmum.

Quòd ſi his artibus nihil proficimus, vtimur auxilio Aſclepiadis. Vtendum eſt tum etiam omnibus ferè medicamentis.

Hiante ore lingua deprimatur: culter ligneus acutus indatur in guttur, vt tumor diſrumpatur. Tum prono capite ſanies repurgetur. Vbi in faucibus manifeſtus tumor eſt, vellicandus eſt vnguibus, aut ferro aperiendus.

Alij 31 ſpongiæ partem ad magnitudinem auellanæ ſuſpendunt è filo, & ita ab ægro deuorari iubent. Intumeſcit ſpongia, atque dum vi retrahitur, tumorem rumpit. Hoc alij bolo carnis ſalſæ ſemicoctæ ita ſuſpenſo & deuorato, tum vi retracto, molliuntur. Alioqui ſcarificandus locus eſt ſub maxillis, ſub mento, in collo, vitatis ſemper neruis & arteriis. Sic enim aliquando ſanies effluit. Alioqui cucurbitulæ ſcarificatis locis apponendæ ſunt.

31 *Nonnulli etiam panis cruſtã deuorandam præbent.*

E nido hyrundinis in aqua decocto, aut oleo communi, vel chamæmelino emplaſtrum faciunt, quod inducunt collo. Alij è ſtercore humano recenti. Quidam, quod tolerabilius eſt, è lana ſuccida inſuccata in oleo communi, oleo liliorum, chamæmeli, aut ſimili, quorum conſilium eſt, vt foras materiam euocent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Anginæ ſpecies quatuor à Paulo conſtituuntur, quibus quintam etiam recentiores addiderunt. Omnibus communis eſt inflammatio aliquando cum tumore, deglutiendi difficultas, impedita reſpiratio, dolor circa laryngem & œſophagum. Differunt parte affecta. Fiunt enim in muſculis vel colli, vel gutturis, vel vuæ. σωάγχη in muſculis pharyngis: παρακωάγχη in muſculis faucium externi: κωάγχη in muſculis internis laryngis: παρακωνάγχη, in externis. Quinta fit luxa-

Paul. Æg. cap. 27 lib. 3 ſiatim in initio.

Anginis omnibus quid commune.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 226 sur 805

tis vertebris ad anteriora. In qua locus cauus apparet cum dolore, musculorum circumiacentium tumor, respiratio difficilis, hiatus oris, lingua exerta, & à sua radice mota, soláque veteribus Κυνάγχη dicebatur, vt scribit Aëtius. Periculosissima omnium, & quæ eodem die iugulat, si neque in faucibus, neque in ceruice tumor aut rubor apparet, si dolor vehemens, violenta inspiratio, cibi & potus refluxus per nares, & similia ab Hippocrate scripta in Prognosticis. Distinguitur à peripneumonia & pleuritide, quia dolor in gutture maximus cum angustia, nullus in thorace. Vbi pulsus magnus & vndosus, peripneumonia: durus & tensus, conuulsio metuenda est. Imminente suffocatione paucus & rarus: agentibus animum, creber & inæqualis apparet. Cuidam in musculis dextræ partis laryngis cùm orta esset inflammatio, neque appareret, sed tactu duntaxat externo dolorem præ se ferret, mors subita tribus horis à missione sanguinis consequuta est. Alius iussit sibi gurgulionis finem amputari absente Medico, cùm inde suffocaretur, & seruatus est. Quod mirum certè videri non debet. Nam & Antonius Beniuenius medicus eruditissimus de Nicolao Rota angina laborante idem fermè commemorat.

Aët. serm. 4. Tetrab. 2. cap. 47.

Hipp. lib. 3. Prognost. sententi. 16. & sequentibus.

Anginosorũ duorũ histor.

Hic cùm opportunis præsidiis nihil leuatus esset, & arescente corpore, pallente facie, ac vertentibus oculis spes salutis adempta foret omnis, ne æger Deo & naturæ incuratus dimitteretur, ad insolitum, vtile tamen, auxilium visum est confugere. Locum iussit altioribus plagis sub ipsis maxillis acetiam supra collum scarificari: ex quo cùm sanies multa prorupisset, adeò morbus sedatus est, vt faucibus ipsis spiritum simul & cibum captantibus, facilis dein ad bonam valetudinem ægro ipsi data sit regressio. Post febrem repentè inuadens, & non apparens, lethalis. Si ad pulmonem conuertitur, septem diebus interimit.

Hipp. aph. 20. lib. 5.

Remedia sunt sanguinis missio è cephalica dextra, repellentia intrò sumpta, gargarismata, sectio venarum sub lingua, clysteres ad reuulsionem, inunctiones, vnguenta, syrupi, potiones, lohot. Mulier quædam superstitiosè butyrum mense Maio asseruabat, & colligebat tribus diebus rogationum, viris è lacte vaccæ, quæ marem peperisset, mulieribus, quæ fœminam. Vrgente malo inungebat collo, ceruici partibus vicinis, carpo plurimùm fricando. Atque hac ratione non pau-

cos ſanitati reſtituit. Datur diacodion, vbi ſomnus conciliandus, & tenuis fluxio. Vbi educendum, magis cum melle. Poteſt addi glycyrrhiza, interdum ſapa, & mel.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXIII.

Συνάγχη affectio Latinis angina dicta, muſculorum guttùris internorum, ſeu faucium eſt inflammatio, in qua nullo exiſtente in thorace, vel pulmone vitio, difficilis redditur ſpiratio. Anginæ ſpecies ex differentiis ſymptomatum, partium laborantium natura, cauſæ duplicis diſtinctione, periculo maiori aut minori petitas, videre eſt apud Hippocratem ſent. 16. 17. & ſequentibus lib. 3. Prognoſtic. & apud Gal. cap. 4. lib. 4. de loc. mal. affect. & comment. in aph. 34. lib. 4. *Gal. lib. 13. Meth.*

Acutiſſimus eſt hic morbus, primo, ſecundo, tertio interdum die iugulans, ob interceptam reſpirationẽ. Quocirca quum primùm reſpirationis & deglutitionis difficultas obrepit, venæ ſectio in cubito, ſubducta priùs blando clyſtere aluo, præſentaneum eſt remedium. Verùm ſanguis non ſubitò ac ſemel, ſed pluribus interpoſitis vicibus, euacuandus: ne cumulata, ſemélque facta vacuatione, anima ægro deficiente, ſuffocationis periculum ſuperueniat, dum materia in affectam partem collectim prorumpit. Altero à venæ ſectione die lenis purgatio exhibeatur: quam ſi ſumere æger nequierit, acrior clyſter iniicietur. Mox, fluxio ſi penitus conſiterit, vena ſub lingua pertundatur. *Angine curatio.* *Paul. Æg. cap. 27. li. 3.*

Quinetiã in ipſo anginæ principio, vt & inflammationum reliquarum, indicatur affluentis humo-

ris repulsio. Hæc perficitur repellentibus, non foris adhibitis, si quidem materia intrò regerenda non est, sed ore tantum contentis gargarismis, quales ab Hollerio parantur multi. Hic omnium instar esse poterit.

℞.agrim.& plantagin. ana M.1.granor. berber. cortic. mal.granat.semin. acetos. & portulac.ana ʒ.2. ros.rub. hord. integr.ana p.1.passularum non mundatar.ʒ.ß.f.decoct. & colatura ad ℔. 1. In qua dissol.diamor. dianuc. & succi granat. ana ʒ.1.ß.

Huius partem ore continebit æger ad leuiorem gargarizatum. Vehementior enim partes affectas mouet, quibus incalescentibus augetur fluxio.

Vigente, aut inclinante morbo & laryngi impactam materiam concoquere, & dissipare oportebit. Itaque ad gargarismũ parabitur decoctum ex maturantibus & discutientibus, vt ex beton. hyssop. origan. floribus chamæm. melilot. seminib. lini, fœnugr. cum glycyrrhiz. & passul. mund. in quo dissoluetur mellis rosacei, aut syr. ros. quantitas proportioni decocti respondens. Extrinsecus verò eiusmodi applicabitur cataplasma.

℞.sem. lini, fœnugr. ana ʒ.ß. coq. in hydromelite: adde ol. amygdal. dulc. & dialthææ. q.s. f. cataplasma.

Fit etiam emplastrum è medulla cassiæ cum oleo communi, vel chamæm. adiecta portione dialthææ, vel emplastri de mucaginibus vel de meliloto. Vel denique vsui erit topicum ex sterc. canino albo medicamentum Musæ, quo fortius nullum nouisse se, neque in angina, neque in magna tonsillarum inflammatione, aut iis, quibus ex glandulis suffocationis periculum immineret, Galenus ingenuè professus est.

Gal. part. 4. cap. 2. lib. 6. de cõpos. pha. κατὰ τόπους. & cap. 19. libr. 10. de simpl. medic. facult.

De 1 Tussi. CAP. 24.

TVssis causa sola 2 intemperies, partium 3 cõsensus, vt lumbricis, vel humore acri, stomachum infestantibus, & quod sæpè fit, à cerebro defluxio, aliàs calida, aliàs frigida, tum etiam humor in pulmonibus conceptus, aliàs crassus, aliàs tenuis, interim viscidus, nonnunquam etiam asperitas 4 arteriæ. Vt rectè cures, causa cognoscenda est.

Intemperies 5 frigida, quod sæpè fit, hyeme 6 rigente, domicilium calidum, animæ retentio vini 7 dulcis & calidi potus, partium pectoralium munitio ex linteis calentibus, 8 pedum calor & capitis, sufficienti remedio esse possunt.

Defluxio tenuis, maximè si copiosior est, retinenda est incrassantibus: multò magis, si acris est. Id quod intelliges ex oculorum & faciei rubore, titillatione, aut etiam mordicatione oris interioris, sapore, vrinis multùm coloratis, tum etiam antecedentibus causis. Hæc enim tussis, etiamsi initio leuis est, 9 tabem denuntiat.

Itaque statim initio medicamentis vtendum est, quæ inspissent & obtundant materiã. Conueniunt itaque aqua hordei, syrupus violatus, de papauere, mucag. psilij, se. cydoniorum, decoctum papauerum, adiecta sapa, vt & somnum cõcilies, & fluxionem incrassatam cohibeas, nec attenues. Melitismis

1 *Ex suffla-tione vehemẽtissima, qua spiritus multus celerrimè foras erumpit, ad exclusionem materiæ, quæ pulmones lacessit, & vias intercipit.*

2 *Frigida scilicet. Gal. cõment. 1. in libr. 1. Epid. sentent. 12.*

3 *Vt hepatis & ventriculi: vel etiam aliarum affectionũ metastasis & trãslatio symptomatica, vt in pleuritide, & hydrope.*

4 *Quæ sicce tussu causa vna existit.*

5 *Cuius signum est tussis leuiter irritans, quæ tacendo cessat, fiátque à spiritu, non à maligna distillatione.* 6 *Tempestate præsertim Aquilonia repentè obortæ.* 7 *Ex lib. 3. de diæta in morb. acut.* 8 *Nam venarum, quæ ad pedes ferantur, continuitate calor superiores petit partes.*

9 *Quæcunque enim distillationes à capite tussiculosos & raucos homines reddunt, nisi tempore conquieuerint, alteram faciunt tabis differentiam.*

plurimùm vtuntur Medici in tussi, quibus tamen abstinendum est, vbi fluxio est tenuis. Mel enim attenuat. Sed loco mellis vti oportet vocato melle passulato, ficato, quod syræum nonnulli vocant, succo glycyrrhizæ, aut prunorum. Hæc autem ita comparabis. Passulas, ficus, pruna, iuiubas, sebesten, horum aliquot in aqua coques ad putrilaginem: tum vehementi expressione percolabis, & iterum coques ad mellis crassitudinem.

Hîc etiam vtimur mucagine gummi tragacanthi, gummi arabici extracta in aqua rosarum, & incorporata in aliquo succorum prædictorum. Vt gratia exempli.

10 *Item ad sistendum serinum catarrhum hoc poterit cõmodè præscribi* ℔ *syrup. ros. de siccis cũ quadrupla infusione ros.* ℥.ß. *pilul. de cyno gloss. gra. 4. aut 5. excipiatur cochleare vnũ ante horam somni.*

℔. mucag. gummi tragacanthi extractæ in aqua rosarum ʒ.6. incorporentur in mellis passulati, succi glycyrrhizæ, aut similis ℥.1.ß. Quòd si vigiliæ vrgent, & dolor maior est, misce pilularum de cynoglosso ʒ.2. & affunde aliquid syrupi de papauere, violati, aut rosati. Finge pilulas pondo vnius scrupuli, quas contineat 10 in ore. Atque vbi maior fluxio est, secta 11 cephalica diuertenda erit. Deinde etiam purgatione è cassia fistula, manna, aut penidiis admixtis. Vt.

11 *Vena sectio et ad catharri generationẽ prohibẽdam, & ad fluẽtis materiæ auersionem confert.*

℔. cassiæ ℥.1. penidiorũ ʒ.6. dissoluantur in aqua hordei, passulorum decocto, aut glycyrrhizæ. Sæpè vtendum est hordeato cum saccharo violato. Partes quoq; colli & thoracis, si incaluerint, illinendæ.

℔. ol. viol. ℥. 2. mucag. sem. psilij extractæ in aqua vngulæ caballinæ ℥.1. cetæ lotæ in aqua viol. quantum suff. fiat linimentum.

Nimis vrgente malo, cauteriis etiã vtendum est, cùm in syncipite, tum etiam in ceruice & scapulis.

Multa

Multa repetenda ex capite de Catarrho.

In materia frigida neque phlebotomia, neque purgatione vtendum eſt, niſi corpus 12 admodum plenum ſit, túmque caſſia, addita terebinthina, vt ſint caſſiæ drach. 6. terebinthinæ drach. 3. fiat bolus cum ſaccharo, vel diſſoluentur in ficuum decocto, vel ſimili.

12 Et ea cacochymiæ plethora per oppreſſionẽ diaphragmatis, atque pulmonum, morbũ augeat.

Poſſumus quoque vti 13 agarico, inde pilulis formatis cum rhab. cum pul. hieræ picræ, hieræ diacoloc. cum elephang. pil. aut etiam fortioribus.

13 Vt, ℞. agarici troch. rhei electi, hieræ picræ, an. ℈. 1. macerentur aquæ hyſſopi infuſionis agarici f. pilulæ.

Sed melius fuerit vti priùs 14 melicrato, in quo vel hyſſopum, vel thymum, vel marrubium, aut aliquid tale incoxeris. Alioqui vti 15 ſyrupo capil. ven. de hyſſopo, de marrubio, & ſimilibus. Iam purgato corpore incidendum, detergẽdum, ſiccandum. Sed in deſiccantibus cautio eſt, vt ne nimium calfaciant, qualia ſunt acria, diuretica, inimiciſſima 16 expuitionibus è thorace. Nec ſtatim initiò vtendum eſt, maximè ſi materia craſſa, aut viſcida eſt. Præterea vtimur ſemine apij, vrticæ, naſturtij, ſcyllæ, eriſimi, raphani, fœniculi, & torrefiunt, atque in puluerem rediguntur: tum horum ʒ. 2. commiſcentur ʒ 6. mellis deſpumati.

14 Vt. ℞. hyſſop. orig. ana M. ß. coquatur in tribus lib. aquæ fontanæ: in colatura ad lib. 2 diſſolue mellis ʒ. 3. f. melicratum.

15 Vel ℞. oxymel. ſemplic. ſyrup. capill. ven. & de hyſſop. an. ʒ. 1. diſſolue in decoct paſſularum & glycyrrhizæ, f. iulepus.

Laudant, vt per interualla bis aut ter in hebdomada mythridatium aut theriaca ad magnitudinẽ auellanæ ex vino albo exhibeatur.

Ambarum ex cõuenienti decocto datum, v tpote paſſul. mund. aut ſimil. tuſſis à tenaciore materia inueteratæ præſtantiſſimum erit remedium.

16 Itaque hic poterit ſyrupus præſcribi ℞. pruna damaſc. & iuiubas ana num. 14. paſſul. mund. ʒ. 1. ß. ficus ping. dactylos ana num. num. 3. hechy, ſcabioſæ, an. M. ß. hyſſop. 1. glycyrrhizæ raſ. ʒ 6. f. decoctio, in colatura ad ℔. 1. diſſolue ſac-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 232 sur 805

char.albiſſ. quart.3.electarij diatreos ſimplicis ʒ.2. velʒ.3.f.ſyr.

Animaduertendum quoque hoc loco liquidioribus potiùs vtendum eſſe, quàm craſſis & ſolidis medicamentis, vbi repurgandi conſilium eſt. Contra verò ſolidis, vbi coquendum. Deinde etiam non vtendum eſſe viſcoſis, niſi habeant 17 aliquid deterſionis, vbi exaſperata arteria eſt. Conueniunt viſcoſa ſine mordicatione, quale eſt tragacanthum, gummi arabicum, oui luteum ſorbile, butyrũ, mucago ſem. Cidoniorum, lac per ſe, mel paſſulatum, ſuccus iuiubarum, ficuum, dactylorum veterum, nõ recentium (recentes enim exaſperant) hordeatum, lac amygdal. dulcium, penidia, ſaccharum violarum, alphenia ex dulci oleo, medulla Articaulis vulgò dicti cum butyro, pineol. amygdal. cum butyr. Vbi coquendum eſt, aliquid croci, thuris, myrrhæ, & eorum quæ leniunt, medicamentis adiiciendum eſt, vt ſemen irionis, vrticæ. Detergent mel & ſaccharum. Deſiccant aromata, ſed non niſi liquore aliquo diluta, imperanda ſunt.

17 Ne faciãt homines pneumaticos.

Plura remedia capite de aſthmate & pleuritide.

Suffumigia initio quidem, ſi modica fluxio eſt, nec eſt capitis plenitudo. In fine verò, roborando capiti & thoraci.

Senes tuſſiculoſi, ex 3. de victus ratione in morbis acutis, potu vini dulcis tepido, butyro recenti, addito ſaccharo, dulcoramentis, condimẽtis, atque interim decocto 18 caulium, leuibúſque remediis curandi ſunt.

18 Præſertim rubrorum: in quo ſaccharũ ſit diſſolutũ.

Narcoticis aliquando vtimur, vbi tuſſis moleſtior eſt, & perpetuæ ferè vigiliæ. Illicitur ergò ſyrupo de papauere cum decocto palmularum, aut pilula de cynogloſſo, pondere ſcrupuli ſemiſſis. Aut his.

℔. spicæ celticæ ℈. 1. cinamomi ℈. 2. croci gr. 8. castorei gr. 6. opij in sapa macerati gr. 4. Omnia excipiantur melle, fiántque paruæ pilulæ pondo ℈. 1. teneat in ore.

Tutior est vsus narcoticorum iam purgato corpore, & thorace non ita pleno. Vehementer commendant syrupum myrtillorum sedandæ tussi. Calidæ quidem, cum iulepo rosato: frigidæ, cum decocto passularum aromatizato modica spica.

Adhæc voci læsæ à frigido diaireos Salomonis: à calido diapenidion & diatragacanthum frigidum cum syrupo violaceo vtiliter accommodatur.

Optimum contra tussim siccam, exasperatam arteriam, & raucedinem istud est electarium.

℔. penidiarũ, succi glycyrrhiz. ana ℥. 1. amygdal. purgatar. nucleor. pini. passul. enucleat. tragacanth. ana ℥. 1. rhodomel. q. s. f. electar. Datur ad ʒ. ß.

Comparatur etiam antidotum, quod ad tussim ita confert, vt vnica potione liberet ægrotantem. Quale est. ℔. castorei, ana ℥. 4. succi baccar. lauri, cinamom. spicæ, succi mandragoræ, cardamomi ana ʒ. 2. croci, cassiæ lign. dauc. ana ʒ. 1. ß. costi, myrrhæ, galbani, piperis alb. ana ʒ. 1. mellis q. s. Dato ad magnitudinem castaneæ cum tepida. Idem pleuriticos & empyicos maximè iuuat.

Diapente asthmaticis, tussientibus, & omnibus affectionibus pectoris & pulmonis instituitur.

℔. styrac. optim. bdellij, tragacanthæ, galbani, opij ana ʒ. 6. olei nardini q. s. detur in modum auellanæ. Sed & ad siccam tussim sequens formula multum proderit.

℔. radic. pulegij ℥. 1. apij virid. M. 1. infundan-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 234 sur 805

tur hor. 24: in mellis optim. ℔. 1. aceti ℔. ß. coquantur lento igne ad craſſitudinem: dein linteolo tranſfundes. Dabis cochlear vnum, vel duo, per ſe, vel cum decocto paſſul. mundatar. Idem è decocto fœnugr. ſæpiùs loti, & reiecta aqua, addito melle ſubquadruplo, vel inde facto ſyrupo.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Tuſsis quî excitetur.

Vt in ſternutatione cerebrum, in vomitu ventriculus quod noxium eſt, concitato quodam naturæ impetu expellere conantur, ita in tuſſi, partes thoracis ſimul inſurgunt, concutiuntúrque muſculi, vt vel quæ carni ſuæ moleſta ſunt, in pulmonum arterias expellant: vel quæ in aſpera arteria præter naturam continentur, foras eiiciant, non per contractionem, ſed confertim emiſſo per eius interiores ductus plurimo ſpiritu, haud ſecus ac ſi quis, quæ in fiſtulæ cauitate hærent, afflatione vehementi expurgare velit. Cauſa eſt, vel humor, vel corpuſculum aliquod, vel inæqualitas ab intemperie liberum ſpirituum exitum prohibens, vel compreſſio diaphragmatis à tumore. Humor eſt aliquando viſcidus & lentus, ſiue ſit infarctus pulmonibus, meatus expirationis & inſpirationis opplens: ſiue defluat à capite in aſperam arteriam, vt in catarrho, pituita: ſiue è thorace educatur. Aliquando verò tenuis defluxio ſubſtantiæ, quæ cùm à ſpiritu comprehendi non poſſit, ſæpiùs repetitur tuſſis, vt quum ſeroſa humiditas in hydrope, & tenuis quædam materia, aut ſanies in pulmonum inflammatione (præſertim in principio) vel pleuritide, vel tabe reſudat in aſperam arteriam. Poteſt in meatu illius panis aut potus portiuncula, aliqua illapſa contineri, vel tuberculum, vel vlcus, vel cùm defluxio diutius reſtiterit, in pulmonibus craſſior reddi, & quaſi lapideſcere, vt expurgari non poſſit, vel, vt in gibboſis, tuberculum in ſpina, quod ſi non ita durum ſit, aliquid deſudet in arteriam. Poteſt naſci, materia è cerebro in ſpinam delapſa per tuſſim, aut inde augeri. Intemperies vel frigida eſt, quæ ſola interdum, ſi leuis fuerit, ſpiritus cohibitione, ore & naribus clauſis ſupprimitur: vel

Tuſsis cauſa multiplex.

Gal. cõment. 2. in libr. 6. Epidem. ſententi. 24.

ſicca, vt in hecticis, aut cum columella exeſa eſt, vel diuiſa. Opprimitur diaphragma tumore, vt hepatis, in eiuſdem inflammatione, quam ſequitur tuſſicula, vel tuſſis ſicca: quæ in ſcirrho non ita apparet, fortaſſe quia nulla fit reſudatio. Cognoſcitur tenſione ac duritie hypochondriorum, & ſignis ex recrementis.

Tollenda cauſa per contraria. Remedia ſunt, ſputum prouocantia, inſpiſſantia, attenuantia, detergentia, pilulæ, ſyrupi, lohot, vel eclegmata, bechica, tabellæ, trochiſci, narcotica, ſuffumigia. Sed in his, quæ ſiſtendis fluxionibus è capite in aſperam arteriam & ſtomachum imperantur, videdum ne tam naribus hauriantur, quàm ore. Non enim viam naturalem, qua diuerti debent, præcludere oportet, aut adſtringere: ſed quà deſcendunt, per palatum nimirum, niſi maior noxa ſuppreſſa, quàm procedente materia metuatur.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXIIII

FErinas è capite in pectus & pulmones deſtillationes ſæpe ſequitur tuſſis, nonnunquam aliquam intemperiem. Calidam quidem, vt in febribus: frigidam, vt Aquilonia tempeſtate, eáque magis eſt ſicca. Aliis quoque morbis, quibus concidit, tuſſis ſymptoma efficitur, vt pleuritidi, hepatitidi, tabi. Si à ſimplici ſit intemperie, facilè ſuo contrario oppugnatur. *Paul. Æg. cap. 28. li. 3.*

Tuſsis curatio.

Si coniunctam habeat materiam, vti frequentiùs habet, ea fluere parata conuenienter apparabitur: craſſa & frigida tenuantibus: incidentibus & tergentibus lenta: calida frigidis atque incraſſantibus: mox purgabitur, vt in capite de catarrho. Quibus autem præſidiis concepta pulmonibus materia expui facilis reddi poſſit, in pleuritide dicetur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 236 sur 805

De 1 Asthmate. CAP. 25.

1 Pathemate primigenio febru experte, nõ symptomate aut à pulmonu tuberculo aut etiamà labefactata vi motrice in cerebro & ceruicalibus neruis

ASthma, 2 suspirũ Latinis, à pituita 3 crassa & viscida, inclusa 4 bronchiis pulmonis. Vnde anhelitus molestissimus, magísque 5 iacentibus quàm sedentibus. Affectus 6 senibus familiaris, & iis, qui metalla, 7 hydrargirum, & arrhenicum & alia eiusmodi tractant. Hyeme magis, etiam extrema, & phlegmatica conditione excitari solet.

Curatio.

8 Superiore cœnaculo, loco 9 lucido, & calore 10 plusquam temperato, altioribus, 11 mollibusque stragulis, capite & thorace subleuato, multo etiam magis, cùm dormiunt, collocare oportet.

Frugalis 12 vita, potus 13 vini tenuis, & veteris 14 dulciusculi, mellita 15 alimenta, vel condita 16 iis rebus, quæ leniunt, incidunt, 17 tergent citra manifestum calorem. Iam liberalior potus esse debet, cum repurgandi consilium est. Omninò abstinendum frigidis, adstringentibus, minúsque calfacientibus.

Vitanda asthmaticis, ex comm. 3 lib. 6. Epid. acria, vt allium: dyspepta, vt bubula, ouilla, suilla, omnis denique cacochymia, vt & ea, quæ tensionem facere sunt nata, qualia flatuosa. Nec minùs

2 Adest enim sũma spirãdi difficultas, vt non nisi erecto corpore spirent.

3 Quæ vel ìo calẽ in cerebro habuit generationẽ vel è cerebro defluxit.

4 Quibus aer recipitur & fuligo excluditur.

5 Propter pulmonum compressionem. 6 Non enim senes firma habent latera ad materiæ, cuius fit σωλροισμὸς, exclusionẽ: quia cerebro sunt humidiore, excremẽtitio siccíore temperamento, & pulmones in his infirmiore calore languent. 7 Quod venenata metallorum aura pulmones & vim cerebri motricem, atque ceruicalium neruorum resoluat. 8 Ad vitandum rheumatismum. 9 Vt foco luculento, aere tenui, non caliginoso. 10 Ad mundificandã materiã frigidam, quæ contumaciter bronchiis pulmonũ adhæret. 11 Vt residẽdo cubet nõ iaceat. 12 Qua deducitur altera pars cibi assueti, simplicis & euchymi. 11 Neque crassi, neque austeri: nam tale meatus intercipit. 14 Id enim pulmones recreabit male affectos, alas pulmonum explicabit, materiamque præparabit. 15 Modo biliosus non sit & sitibundus. 16 Cuiusmodi ex butyro, medulla, sapa. 17 Vt iusculà ex hyssop. thymo, satureia.

fugiendæ animi perturbationes, motus vehemens, clamor, ira, & similia. Phlebotomia concedi potest ætatibus mediis, si nihil est in scopis vniuersalibus mittendi sanguinis, quod repugnet.

Si vehemens malum est, si suppressi menses, aut hæmorrhoides: alioqui inedia, aut vita parcissima aliquot diebus imperãda est, & clysterum frequens vsus vtilissimus. Leuiter mollienda aluus est.

Materia in thorace concepta, incidenda, abstergenda, 18 diluenda, repurganda tum pharmacis catharticis, tum iis, quæ sputa ducunt. 19 Materiâ repurgata, desiccantibus vtendum est. Roborandæ sunt partes. Peregrinatio, nauigatio 20 in mari, vectatio è curru, aër maritimus, alia quoq. eiusmodi, quæ calfaciunt & siccant, sunt præcipienda. Clysteres primùm molles sint, ex remollientium decocto cum cassiæ ʒ. 6. in ea dissolutis. Aliqua verò ex parte præparata & purgata materiâ dissoluemus semunciam diaphænici, ʒ. 3. hieræ diacolocynt. ʒ. 6. benedictæ, in pectorali decoctione.

Leuiter aluum remollies ℥. 1. cassiæ, & ʒ. ß. penidiorum, dissolutis in hac decoctione.

℞. glycyrrhizæ, passul. enucleatarum ana ʒ. 3. iuiubarum, sebesten, ana N. 6. florum anthos & borraginis ana P. 1. spicæ ʒ. 1. fiat decoct. In col. dissol. &c. vt cassiæ, penidiorum, & cæt. Laudatur melicratum hoc modo paratum.

℞. fœnugræci M. 1. hyssopi P. 2. ficus N. 6. Fiat decoctio ad ℔. ß. In col. dissolue mellis crudi ℥. 4. Parari quoque poterit syrupus ex succo radicum enulæ camp. hyssop. aq. vngu. caballinę, & scabiosę,

18 *Vt ex facili expectoretur.*

19 *Ad hanc conferet oxymel simplex Gal. vel hyssopo cõditum melicratum, syrupus de hyssopo, de prasio, syrup. capil. ven. violac. vt ℞. syrup. violac. de hyss. sop. oxymel. simpl. aa. ʒ. 1 Misceantur. Vtatur loco lohoc.*

20 *Vt sine spirandi difficultate moueatur corpus. Videtamen ne tabidus sit æger. Nauigatio enim vomitũ inducit, quæ πλεπυγώδεις, (id est, ei, cui extant atque eminent scapulæ retrorsum in medũ alarũ excarnes, cuiusmodi sunt homines tabi obnoxij) pernicioſus perhibetur.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 238 sur 805

vel ex herbarum ſucco extracto, aquis additis, & melle albo.

Laudatur quoque ius galli decrepiti, tum quia morbo conuenit, tum etiam quia ventrem leuiter ſubducit.

Oribaſius hoc modo incoquit. Gallum rufum & decrepitum infarcit ſale: tum incoquit cum porro, anetho multo, & oleo. Loco olei, butyro vtitor, aut oleo pingui. Poteſt & concoqui cum polypodio, ſemine carthami, cumino, aniſo, hyſſopo, thymo, ſatureia, & aliis eiuſmodi. Decoctio quoq; poterit dulcari melle albo, aut ſaccharo. Per interualla quoque fortioribus purgationibus vtendum eſt, vt pil. factis ex pul. hieræ picræ, & agarici trochiſc. ana ℈.2. aut pilulis elephanginis, maſtichinis, de hiera, aſſaieret, cocciis, & ſimilibus. Maſſa earũ pilularum ℈.2. cum 2. ℈. agarici. Ex oxymelite ſcyllitico formantur in pilulas.

Pulueris quoque hieræ diacol. ℈.2. agarici trochiſcati ʒ.ß. coniungitur ex ſyrupo de hyſſopo. Alioqui.

℞. catholici ʒ. 6. diaphœ. ʒ. 2. cum infuſione ℈.2. agarici, modico ſpicæ, & hydromelite ſufficienti fiat potus.

Iam bene purgato corpore, thorax repurgandus eſt, cui rei materia conuenit ex lenientibus, incidentibus, detergentibus, poſtremò etiam ſiccantibus. In viſcida enim materia & craſſa tenuare & adſtringere, in tumoribus tenuia ſiccare expedit.

Paſſulæ, ficus, ſebeſten, iuiubæ, glycyrrhiza, penidia, ſaccharum, Alphenia, ſemen althææ, lini, & ſimilia leniunt.

Incidunt verò & tergẽt ariſtolochiæ radix, gentianæ, enulæ, centaurij, ſemen melanthij, ſcyllæ, irionis, vrticæ, bombacis, origanum, thymum, ſatureia, calamẽthum, pulegium, braſſica, abſynthium, abrotonum, hyſſopus, allium, porrum, piper, caſtoreum, gutta ammoniaca, ſerapinum, & à proprietate, aſelli, vermes ſerici, pulmo vulpis & erinacij, ſtercus lacertæ, vermes ſubiecti vrticis, interiora oculi Philomelæ cremata, & in puluerem redacta, guaiacum quoque, ſiue lignum ſanctum manifeſta ratione hîc conuenit.

Deſiccant ſulphur viuum, & arrhenicum rubrum.

His autem ſic vti oportet. Nam è radicibus, herbis, ſeminibus decoctis melicratum parari debet: deinde reliquorum, quæ à pròprietate iuuant, in puluerem redactorum ℈.2. plus, minúſve, melicrati vnciæ inſpergi debent.

Alioqui ex aliis ſuccus expreſſus melli commiſcetur, aut horum puluerum ʒ. 2. mellis ℥.2. commiſcentur, quale hoc erit.

℞. hyſſopi M.1. ficus 6. fiat decoctio ad ℔.ß. in qua diſſol. mellis ℥.3. aut 4. aut 2. fiat melicratum, cui inſperge puluꝛis facti è pulmone vulpis ʒ. 3. pro duabus doſibus. Aliud.

℞. pul. gentianæ, enulæ, aliptæ moſchatæ, diaireos ʒ.2. mellis quantum ſufficit.

Optimum eſt vti melle ſcyllitico per ſe, vt cum decoctione pectorali, melicrato hyſſopi, aut ſimili.

Per interualla quoque theriacæ aut mythridatij ʒ. 1. per ſe aut cum modico aquæ ſcabioſæ, vngulæ caballinæ, vino albo tenui, veteri, plurimùm

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 240 sur 805

conuenit.

℞.styracis pinguis, terebinthinæ ana ℈.4.spicæ ℈. 1. cum melle despumato fiat electarium. Sed interim dum hæc fiunt,thorax fricandus est,atque inungendus oleo amygdalarum dulcium,chamæmelino,anethino,de keiri,iasmino,de lilio,laurino,irino,costino,de spica,ordine ducto à leuioribus. Aut poterit ex his linimentum fieri cum æquali parte mucaginis seminis lini, althææ, fœnugræci & ceræ quantum sufficit. Gratia exempli.

℞. ol. iasmini ℥.1.ß. mucag.seminis althææ ℥.1. mucag. seminis fœnugr. extractæ in aqua scabiosæ ℥.ß.cum cær.quantitati.sufficient,Fiat linimentum pro thorace. Post vnctionem lana molli, gossipio, aut lana sordida thorax contegendus est.

In periculo suffocationis,& nimis oppresso spiritu, cucurbitulæ scapulis affigendæ & cruribus. Dandáque,vt ore contineat, aquæ hordei ℥. 3. sacchari ℥.1. croci Gr.4.

℞.oxymelitis ℥.2.salis ammoniaci ℈.1.croci Gr.3.

℞. salis ammoniaci, sem.nasturtij,pulmonis vulpis an. ℥. 1. croci Gr. 4. dissol. in iulepi violati ℥. 4. pro duabus dosibus.

Túmq. frictiones & vincula extremitatum conueniunt,& ea,quæ in angina iam dicta sunt.

Deficcandum iam bene purgato corpore & thorace hoc modo.

℞.styracis,mastichis,terebinthinę,arrhenici rubri ana ℈.4. incorporentur in vitello oui. Deinde cum hoc medicamẽto frustula ligni iuniperi illinantur: postea siccentur:ex siccatis fiat suffumigium, quod per tubulum ore excipiat. Similiter fiat ex sulphu-

ris viui & arrhenici rubri pari pondere.

In debilioribus arrhenico abſtinendum eſt, vtemúrque ſolo ſulphure incorporato in terebinthina, ſtyrace, maſtiche.

Iam bene procedente morbo, cucurbitulis ſub mammis, ſed breui mora vtendum eſt, vt tantùm attrahant, non etiam diſcutiant.

Similiter Dropaces, Sinapiſmi, Phœnigmi, exulcerantia, thoraci aptanda ſunt.

Extremum eſt, cauterium in medio pectore. Crudelius eſt auxilium vſtionis, quod ab Aëtio deſcribitur, cap. 57. Sermonis quart. Tetrabibl. 2.

In vigiliis dabis ʒ. ß. philonij, quod etiam anhelitum iuuabit.

In ſiti vehementi, aquâ hordei, cum ſaccharo, vtendum item iulepo violato, glycyrrhizæ ſucco, ſed ore contineatur tantùm, non etiam deglutiatur.

Adhæc in abſceſſu triticea farina in marrubij decocto coquitur, & inde pectus fouetur ſalutari aſthmatici auxilio. Et illud quoque parabitur.

℞. ſcabioſæ M. 1. iuiubar. ficuum, dactyl. ana n. 6. glycyrrhiz. ℥. 2. bull. in aqu. ſ. in colatura diſſolue mell. optimi ℥. 2. penidiar. ℥. 1. oxymelit. ſimpl. ℥. 1. ſ. ℞. diaireos Salomonis ʒ. 2. incorporentur in ℥. 2. butyr. loti cum aqua ſcabioſ. cardui, &c.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Aſthma, difficultas reſpirationis, qualis iis, qui diu cucurrerunt. Ex quo ἀσθμαίνειν, anhelare, quod à curſu, & vehementi exercitio commouetur. *Alexand. Trall. cap. 4. lib. 5.*

Anguſtia quoque fit peripneumonicis, ſuppuratis & Pleuriticis, ſed cum febre. Hic autem eam ſpirandi difficultatẽ, quę

cum respiratione densa, & sine febre est, intelligimus. Cuius causa licet in multis præsens semper adsit, grauiùs tamen spirant commota materiâ, vt & in pleuritide. Duo habet perpetua symptomata, & signa, quibus facilè ab omnibus vel solo intuitu internosci potest: angustiam seu arctationem partium thoracis, quam ægri sensu manifesto deprehendunt.

Asthmatis duo perpetua symptomata.

Ορθόπνοιαν, id est, rectam spirationem, quòd ægri non nisi recta ceruice spirare queant. Cùm enim aspera arteria à gutture in pulmonem porrecta, ibi scindatur in multas propagines, per quas spiritus diffluit, si thorax cum collo curuetur, meatus comprimi necesse est, ac spiritum magis intercipi, vnde capite & thorace subleuato stare coguntur.

Asthmatis causæ duæ vulgo statuuntur.

Causam duplicem quidam constituunt, crassum & viscosum humorem, non in leuibus, sed asperis arteriis, quæ sunt respirationis instrumenta: vnde obstructio sufficientem efflationem & inspirationem prohibẽs, quæ facit vt parua sit, densa, & velox respiratio. Velocitate enim, & densitate compensare nititur natura, quod deest ad refrigerationem cordis, aut excrementorum fuliginosorum excretionem, ob paucitatem aëris ingredientis, & expirationis. Altera causa est tuberculum aliquod crudum in pulmonibus genitum. Causam tamen huius symptomatis, siue morbum ipsum, non semper in fistulis aut cauitatibus pulmonis consistere, experientia constat. Anno 1549. mense Septembri Monachus quidam in Collegio d'Arras breui asthmate interiit. Corpore dissecto abscessus repertus est in vena arteriosa, & sine pari, integris omnino pulmonibus. In quodam (nomine Britio) asthmate mortuo in via Calendæ, pulmo, tanquam spongia, imbutus multò humore pituitoso inuentus est. Fit & à reseccatione, vt in aurificibus, chymistis, fabris ferrariis, & similibus. Quibus addi possunt, inunctiones & remedia à morbo gallico. Rhazes libro quarto continentis adiecit pectus strictum, & paruum pulmonem. Qui naturalem cõstitutionem habet, iugiter (inquit) fit asthmaticus. Hippoc. verò Apho. 46. libr. 6. fieri significat aliquando à tuberculo nato in spina, vt in gibbis. Quod si magnum est, & durum, siue crudum, asthma facit: si non ita durum, & aliquid desudat in arteriam, tussim. Aliquando etiam suppuratur, & interimit. Si fuerit in collo, asperam arteriam contrahit: in dorso, pulmonem & vicina corpora: sub septo,

Asthmatis causam non semper in pulmonum cauitatibus consistere.

Monachus asthmate sublatus.

Britioni asthmate mortuo inuẽtus pulmo multa pituita imbut⁹.

Asthma etiã fieri à reseccatione.

renes & lumbos: vrinam quoque intercipit. Huiuſmodi tuberculorum materia poteſt cieri è cerebro in ſpinam per tuſſim. Vel cauſæ ſunt, ictus, caſus, non cõueniens decubitus pueris, inconcinna deligatio, geſtus deformis. Moriuntur ferè ſuffocati pure, vel cùm adoleſcunt, ad incrementum cordis & pulmonis non accreſcente thorace, iugulantur. Philotimus ab influente ſanguine, ſed contra rationem, fieri ſcribit. Sunt igitur in vniuerſum Aſthmatis cauſæ, craſſus humor, vel tuberculũ in cauitatibus aſperæ arteriæ: bronchia intercepta multa & viſcida materia: reſiccatio vehemens, abſceſſus, ſtrictura pectoris, & pulmonis compreſſio: tubercula in ſpina, ſiue ſponte enata, ſiue à cauſa externa: flatus multi ſeptum tranſuerſum diſtendentes, ex quibus ſequitur, viis intercluſis, neque expirationem, neque inſpirationem ſatis conuenientem fieri. Periculum autem maximum imminet, cum omnes muſculi intercoſtales, ſuperiores ſcapulæ, & omoplatæ trahuntur, virium imbecillitas, vehemens calor, anguſtia partium ſpiritalium conſpicitur. Vbi omnes, aut plures concurrunt, æger morti proximus eſt: vbi duæ, non facilè ſeruari poteſt.

Aſthmatis cauſæ in vniuerſum quæ ſint.

In abſceſſu, totius corporis habita ratione, attenuantibus, vt aromatis & ſiccantibus: in craſſis & viſcidis humoribus, attenuantibus ſine manifeſto calore, & detergentibus vtendum. Syrupi, pilulæ, purgantia, conſeruæ, eclegmata, vnguenta, apozemata, flatus diſcutientia. Augenda vis medicamentorum, ſi materia non in bronchiis pulmonis, ſed in ſpatio thoracis, & membrana ſuccingente hæret. Suffumigia, dropax, ſinapiſmus, phœnigmus, cucurbitulæ ſub mammis. Quidam in medio thorace cauterium laudant, alij vnum in brachio quatuor digitis ſub oſſe ſcapulari, alterum in crure quatuor digitis ſupra genu inter duos muſculos. Clyſteribus vtendum, potu pauciore, ſed paulò craſſiore, dum materia coquitur: largiore & dilutiore, dum expurgatur: phlebotomia ætate media, ſuppreſſis menſibus, hæmorrhoïdibus, & ſi febris adſit.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXV.

DYſpnœæ genus eſt aſthma, motricis facultatis ſymptoma, in quo crebra tuſſi correptus æger ſpiritum ſine ſono & anhelatione ducere nequit. Huic malo cauſa eſt & flatus, pituitæque multæ, craſſæ præſertim & viſcidæ, è capite in pulmonis bronchia per aſperam arteriam delapſus, vel pleuritis in ea tranſlata. Eò confluentes, aut ibi ſenſim congeſti humores, cum efferueſcunt ac tument, aſperam arteriam haud aliter occupant, quàm quum arietinum pulmonem cum aſpera arteria elixamus: quo tempore cogimur ipſum aſperæ arteriæ caput extra vas deducere, vt conceptæ intus pituitæ multæ ſit exitus.

Gal. cõment. ad ſent. 30. Prorrhet. 2.

Aſthmatis curatio.

Laborioſa & difficilis eſt aſthmatis curatio. Etenim neque venæ ſectio, niſi æger ſanguine abundet, hîc multum iuuat, quòd quæ obſtruit materia, viſcida ſit & craſſa: neque purgantia medicamenta, quia vix ad pulmones pertingunt: neque clyſteres, qui aluum diſtendendo diaphragma premunt, & grauiorem inducunt ſpirandi difficultatem. Dante tamen inducias affectu apparabitur ad eductionem infarcta pituita hoc apozemate.

℞. radic. petroſ. fœnic. aſparag. ſeminis cartham. ana ʒ. 1. rad. ireos, ſerpentariæ maior. enul. campan. ana ʒ. ß. thym. epithym. hyſſop. marrub. ſcabioſ. tuſſilag. capill. omn. bugloſſ. borrag. ana M. 1. iuiub. ſebeſten, dactyl. ana num. 12. paſſul. mund. ʒ. 1. ſemin. quat. calid. maior. & alth. malu. bombac. vrtic. ana ʒ. 3. glycyrrhiz. raſ. ʒ. ß. flor. cardiac. anth. & geniſtæ an. p. 1. f. decoct. ad ℔. 1. In colatura diſſolue ſyrup. capill. ven. & de hyſſop. ana ʒ. 2. f. apozema conditum triaſantal. & diaireos ſimpl. ana ʒ. 1. pro doſib. 4.

Ab his purgatio ſequitur. Quæ quia ſæpè iteranda eſt, ex ſuperiori apozemate, additis ſemi. cartha. & folior. ſennæ mundat. ana ʒ.1. agaric. trochiſcati ʒ.ß. ſyrupus ſolennis bis in hebdomade ad ʒ.2. vel 3. in ſingul. doſ. cum aq. hyſſop. aut ſcabioſ. exhibẽdus, præſcribetur. Vel hæc cõcinnabũtur catapotia.

℞. puluer. hieræ picræ ʒ. iij. agar. recens trochiſc. ʒ.2. rhei elect. in oxymelit. infuſi ʒ.1. pulpę tamarindor. & ſalis gemm. ana ϑ.2. ſucci glycyrrhiz. ʒ.ß. cum ſyrup. de hyſſopo f. maſſa. Detur ʒ.1. ſemel in hebdomad.

Conferent intereà, quæ materiam fluere paratam auertant, errhina, apophlegmatiſmi, cauſtica, de quibus cap. de catarrh. & tuſſi. Hûc etiam pertinebunt ſputum promouentia, vt ſyrup. thoracici, de glycyrrhiza, hyſſopo, iuiub. praſſio, & linctus, quæ vulgò lohot ſeu eclegmata appellãtur. Quanquam hæc peritioribus quibuſdam Medicis non ita probantur, quod lentore ſuo in ipſo tranſitu adhæreſcant, & propterea expectorato viam minùs liberam relinquant.

Euporiſtum eſt, & Græciæ plebeculæ hac etiam tempeſtate vſitatum remedium ad pulmones infarctubus à craſſis humoribus liberandos: quod ipſe aliàs ab Angelo Vergecio natione Græco, Regio nuper Scriptore, viro omnis cultioris literaturę Protomyſtæ, & mihi ſtudioſa neceſſitudine coniunctiſſimo, accepi. Animalcula Millepedæ & aſelli Latinis, Græcis ὄνοι, Gallis Cloportes appellata, quæ ſub aquariis vaſis ſtabulantur, panno lineo inuoluta in vino albo macerantur, hinc facta expreſſio potui datur. Dictu mirum, quàm breui ſaburratos pulmones depleat. Id quod obſeruare licuit in

De millepedis vide Dioſcorid. ca. 34. li. 2. & Gal. lib. 11. de cõpoſ. pharm. κατὰ τόπους.

Ludouico Iouin, ſcriba & bibliopola, in ædibus D. Ioannis Lateranenſ. è regione collegij Triquetici: qui tamen inueterato tandem aſthmate contabuit.

Probatum eſt ad leuandum aſthma quantumuis magnum, tabellam vnam diatragacanthi guttulis aliquot olei ſaluiæ, aniſi, aut roſmarini arte chymica extracti, irrigatam, præſentaneũ afferre adiumẽtum. Optimum quoque erit thoracem totum illinere, vt ſeſe faciliùs explicare atque colligere ad ſpuitionem queat.

℞. olei liliacei & amygdal. dul. ana ʒ. 2. buty. recent. axung. gall. & anſer. ana ʒ. 1. mucag. ſemi. lini & fœnugr. cum aqu. vngul. caball. extractæ ana ʒ. 6. hyſſop. ſicc. enul. campan. ana ʒ. ß. cum cera pauc. & croco f. linimentum.

Dein veniendum ad ſuffumigia, quæ materiam reliquam abſumant, & cerebri catarrhum haud aliter abſorbeãt, quàm ſi quis colluuialem in cloacam viuam calcem iniiciat. Ore per tubulum excipiuntur. Iiſdem capitis integumenta ſuffiuntur. Interdum capiti emplaſtrum aptatur ſiſtendæ fluxionis gratia.

℞. pic. naual. maſtich. ammoniac. ana ʒ. 2. emplaſtr. contr. ruptur. ʒ. ß. nuc. moſch. ʒ. 1. ex his emollitis f. emplaſtrum.

Adhæc ſi ſubitaneum ab aſthmate periculum immineat, nec ſuperioribus detur locus remediis, quamprimùm cucurbitulæ lumborum partibus paulò ſupra renes, quò diaphragma peruenit, & pulmonis portio, admouendæ, quia conſcendentem ad aſperam arteriam pituitam promptiſſimè reuellunt.

De

De 1 *pleuritide.* CAP. 26.

PLeuritis dolor eſt lateris 2 acutus, 3 pungens, cui 4 aſſidua febris, 5 difficultas ſpiritus coniuncta ſunt. Pulſus 6 durus & ſerratus, ſupinus ferè decubitus. Nam in latus ſanum conuerſis tumor ſuſpenditur, atque ita diſtenditur membrana quæ patitur, ideóque ita aſperatur dolor. Vbi verò ægro lateri incumbunt, ex eo, quòd ſubiecto corpore ſupprimitur, ampliatur doloris ſenſus, fuſa latiùs materia. Tum quia pulmo lateri affecto innititur. Hic tamen decubitus altero tolerabilior eſt. Optimus autem, qui in aſthmate præſcriptus eſt. 7 Noctu ferè exacerbatur, ac diebus imparibus. Ab exercitio frigidæ 8 potus, vini 9 intemperantia, inſpiratio 10 gelida & Aquilonia, multò magis, ſi præceſſit Auſter, ac de repente ſuccedit frigus, venena 11 interim, concuſſio etiam externa huic malo occaſio eſſe conſueuerunt.

Materia ferè 12 bilioſa, aut ſanguinea, quod partim ſputis, partim aliis 13 excretionibus & antecedente vita coniicies. Rarò pituitoſa & 14 melancholica. Interrogandus æger eſt, num ſuppreſſa ſit ſolennis aliqua purgatio, vt in mulieribus menſes,

1 *De inflammatiõ tunicæ coſtas ſuccingentis, aut etiam muſculorũ intercoſtium, quibus illa adhæret tunica.*

2 *Vehemens & intolerabilis, qui ſuã celeriter abſoluit hiſtoriam.*

3 *Ob membranæ naturam.*

4 *Ob cordis vicinitam & pericardii.*

5 *Eſt enim reſpiratio parua. & frequẽs.*

6 *Ob naturam mẽbranæ, & materiæ copiam.*

7 *Pleuritis noctu magis ingraueſcit, quòd in ſomno partes internæ & viſcera magis incaleſcant, cum calor à ſuperficie corporis ad centrum ſe recipit.* 8 *Quia frigidi, conſtringendo meatus, ſanguinem in coſtas exprimit.* 9 *Vnde materiæ ὄρχαμος, & catarrhi generatio.* 10 *Præcipuè ſi Auſter antè diu flauit. Nam cùm Auſtrina tempeſtas bellum cerebro indicat, corpus replet humoribus, quos Aquilonia conſtringendo exprimit: tum verò dum frigus ipſi thoraci nocet, fluxioni excipiendæ ſit idoneus, hinc pleuritis.* 11 *Vt Leporis marini vſus.* 12 *Quod tunicam coſtas ſuccingentem, quæ denſa eſt, craſſa materia ſubire nequeat.* 13 *Vt alui, & vrinarum.* 14 *Quæ ferè funeſta quòd pepaſmi expers.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 248 sur 805

in viris hæmorrhoides, aut anniuersarium profluuium, aut alioqui statũ certis interuallis, vt ex aluo, naribus, vlceribus. Ex his enim vitium lateri contrahi potest, præcipuè 15 quibus ea pars infirma est. Quæ etiam hyeme ideo faciliùs patitur, quòd infirmatur frigore. Frigus 16 enim omnibus partibus thoracis inimicissimum est. Hoc modo igitur methodum distinguendæ pleuritidis instituito.

15 *Nam si pars aliqua prædoluerit, in ea se morbus obfirmat, aut si lassitudine antè fuerit obsessa.*

16 *Apho. 24. lib. 5.*

Quæ pleuritidem imitantur.

Quibusdam corporibus à natura datum est, vt 17 hepar fibris quibusdam costis inferioribus copuletur. Itaque laborante hepate imago pleuritidis repræsentatur. Aliis materia quædam crassa & viscida in membranis pectoris colligitur, toto etiam thorace, vnde dolor grauis, tussis, 18 dyspnœa, & 19 ficta pleuritis Nam nec pungit dolor, nec febris incenditur, vt nec si flatus membranis, aut intercostalibus musculis impactus est. Aliquando etiam musculi inflammãtur, 20 sed pulsus hic alius, nempe mollis. Dolor grauis est, non pungens, & omnia ferè leuiora sunt. Membranæ quoque thoracem distinguentes, si inflammantur, par negotium vitæ faciunt, atque verus lateris dolor. Sæpe etiam inferioribus costis inflammatis, diaphragma, atq; hinc stomachus grauiter laborat magno periculo. Morbus hic proximo vere, *Anno* 1551. *antè Pascha*, plurimos, & eos maximè, qui vel temerè, vel negligenter curati sunt, sustulit. Omnia ergò via ac ratione distinguenda sunt, vt etiam vniuersalia 21 morbi tempora, è sputis maximè, tum vrinis, alui excretionibus, & aliis, de quibus Apho. 12. lib. 1. & commentario lib. 2. Prognost. & Criseon. 1. Ex his enim

17 *Quod animaduertisse scriptoris mãdauit Sylurus i latomo quodã, cuius hepar cũ nothis costis vinculis & fibris colligabatur.*

18 *Parua & frequens spirandi difficultas.*

19 *Neq. materia, neque loco vera.*

20 *Inflammati musculi magnus est pulsus & frequens: tunicæ verò inflammatæ paruus & durus.*

21 *Vt principiũ, augmentum, status & declinatio.*

tempora distingues, tempus euentúmque crisis pronunciabis, meliúsque auxilia 22 institues.

23 *Curatio.*

Vitæ ratio 24 methodo illa vniuersali, quæ ab Hippocrate primo 25 Aphorismorum indicatur, æstimanda est. Nunc etiam consuetudo adiungenda, cùm ægri inediam Hippocratis non ferant, & aliis ciborum, potúsque generibus assueti sint. Initio aqua hordei, ex hordeo pulticula. Principiis, 26 liquidior: post etiam 27 crassior, ac deinceps mixtis amygdalis, tum amygdalogala. Post etiã eadem ex pullorum iusculis dissoluta. Tenellæ pullorum carnes, intrita madida, quæ & infriatas carnes, & synterimata appelles licet, vulgò coliria, & colatitia iuscula. Præter hæc, vulgi expressiones, tortiua iura, atque iis omnibus liquidiora instauratitia distillata, quæ ad 28 ἡδέα καὶ ὠφέλιμα πόματα (sic enim appellat Paul. Æg. cap. 15. lib. 7.) & reliquas id genus potiones referri possunt. His autem 29 defectis viribus vti mos est. Nam integra virtute nutries 30 tenuiùs Synterimata ergo è pulpis galli decrepiti, postquam longa decoctione remolliueris, & exactè infriaueris, conficies. Atque eo iure, in quo gallus coxerit, dissolues. Alioqui id quod conficitur à natura, meliùs ex assis pulpis, quæ alis copulantur, & sub iis positæ sunt. In capis, perdicibus, & iuuenibus gallinis detrahendũ lardum est, priusquam infrientur, atque dum assantur, aquâ violarum, scabiosæ, borraginis, conspergi possunt. Tor-

22 *Indicatas pharmacia, & chirurgia.*

23 *Actionũ, quas labefactat pleuritis per causæ amotionem restitutio.*

24 *Vt ineũte morbo, dũ siccus manet, si vires valeant sine infirmitatis metu, priùs in curam morbi incũbamus, quàm naturæ studeam⁹: deinde victũ loco & iure præscribam⁹ tenuem, vt exquisitum intelligam⁹, quibus paucus & semel sit exhibendus.*

25 *Et libr. 2. de victus rat. in morb. acutis.*

26 *Ne pleuriticum faciant anheloſum.* 27 *Cùm humescere os cœperit.* 28 *Paulus Ægineta lib 7.* 29 *Vt æquè naturæ studeas, & pugnes cum morbo.* 30 *Si breuis sit morbi historia, & cum virium integritate ad statum peruenire queat.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 250 sur 805

tiua iura, id eſt, expreſſiones ex eodem modo aſſis capis, perdicibus & cæteris ſucculentis. Ideóque priuſquam legitimè coctæ ſint carnes, etiamdum ſuccoſæ prælo bene mundo ſupprimantur. Sed & exoſſari priùs melius eſt: deinde ita contorqueri, vt vberem ſuccum reddant, qui interim hyoſacchará, id eſt, ſaccharo violato dulcari poteſt. Inſtauratitia hac conuenient formula.

℥. Conſeruæ borragi. violarum, capill. ven. an. ʒ.1. conſeruæ enulæ ʒ.ß. diamargariti frigidi, triaſantali ana ʒ.ß. quatuor 31 ſemin. frigid. excorticatorum, ſem. limonum, cardui, bombacis ana ʒ. 2. aquarum diſtillatarum è violis, ſcabioſa, borragine, bugloſſo, vngula caball. an. ʒ.4. aquæ decoctionis galli decrepiti, alterati cum borragine, bugloſſo, calendula, & 32 modico hyſſopi ℔.4. cum carnibus vnius capi iuuenis bene carnoſi, & 33 mica panis fiat diſtillatio in alembico ſecundum artem.

℥. ſupradictæ diſtillationis ℔. ß. cum ſacchari violati ʒ.1. ß. & ϑ.1. cinamomi. Coletur per manicam Hippocr.

31 *Cucurbitæ, cucumeris, melonum & citruli.*

32 *Propter amaritudinẽ.*

33 *Quæ macerata ſit in aqua ſcabio.*

Inſtauratitium pro pauperibus.

Minori ſumptu gallus decrepitus ad putrilaginem coquitur cum vitulina: expreſſio fortis cum iuſculo ſorbetur, cuius alimenti vim maiorem exiſtimant, ſi cum numis aureis, aliquando etiam gemmis nodulo incluſis & inditis ventri galli. Præterea vocata gelatina, concreto ſucco carnium vires fouendæ ſunt. Permulti pleuritici vinum appetunt, quo tamen 34 interdicendum eſt, niſi virtute collabente animi deliquium metuatur. Túmque buc-

34 *Inflammationis metu.*

cella panis in vino tenui, & modico aquæ violarũ immergatur. Sæpiùs naribus admoueatur, fugatur interuallis. Acida adstringentia, quæ refrigerant vehementiùs, aut calfaciunt 35 vitanda sunt.

36 Loco lucido mediocriter elato, molli culcitra, capite ac thorace subleuato, collocandi sunt. Qui si decidunt 37 in pedes, lignũ aliquod, aut aliud corpus pedibus obiicitur, vt in ea figura persistant. Hæc vbi ita fuerint 38 prouisa, statim initio de 39 maioribus remediis cogitandum est.

Maiora remedia sunt, purgatio & phlebotomia. Si subsistit aluus, clyster mollis iniici debet. ℞. mal. bismal. violar. ana M. 1. fursur. hordei ana M. ß. viol. p. 2. f. decoct. ad ℔. 1. plus, minúsue: pueris enim selibra, aliquando vnciæ nouem satis esse possunt. In colatura dissolue cassiæ ʒ. 6. vel ʒ. 1. saccharicrassioris ʒ. 1. mellis rosacei colati ʒ. ß. olei violac. ʒ. 3. vel ʒ. 2. Purgatio interim satis esse potest. Nec perpetuò 40 phlebotomia opus est.

Placuit enim Hippocrati, cùm dolor ad hypochondrium inclinaret, vt pharmaco 41 potius, quàm phlebotomo vteremur. Pharmaca verò præcipua credidit helleborum nigrum, aut peplion. 42 Gal. verò hieram diaco. quæ helleboron, non scammonium, vt peplion, recipit. Posteritas Meditorum, leuioribus inuentis, veterum pharmaca reliquit. Leuissimum, ac plurimùm vsurpatum cassia. Datur hæc ad ʒ. 1. ß. ʒ. 10. ʒ. 1. ʒ. 6. eáque dissoluenda est aqua hordei, sero lactis, passularum, glycyrrhizæ, eiusmodíq; pectoralium decocto, vel cum saccharo in bolum cogenda est.

35 *Hæcenim expectoratiũ prohibent.*

36 *Vt materia foras euocetur, & refrigeretur corpus.*

37 *Quod fit iactatiõe, vel virtũ infirmitate.*

38 *Adhibita scilicet prouisione loci, aeris & decubitus.*

39 *Quia propter impedimentum partis cuius officio vita carere nequit, prius est in morbi curam incumbendũ, quàm naturæ studendum.*

40 *Vt cum expectoratũ cruentum est, facileque excutitur.*

41 *Ad amotionem coniunctæ causæ*

42 *Gal. commentario in sent. 11 lib. 2. de ratione vict. in morb. acutis.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 252 sur 805

Datur etiam, sed ferè 43 aucto modo, mel aëriũ, id est, manna. Vbi verò obstructionis cõiectura est in primis venis, rhabarbari ʒ. 1. vel. 2. in aqua hordei, endiuiæ, aut similium infundũtur, & cum modico cinamomi, fit potus. Neque metuenda eius adstrictio est. Nam & mastiches ʒ. 3. mouendo ventri 44 pleuriticorum veteres imperauerunt.

Alternis diebus, maximè paribus, in quibus ferè quies est, aut lenior morbus, clyster mollis iniici debet, si non descendit aluus. Alioqui, quod vtilius est, Cassiæ ℥ ß. aut ʒ. 6. in bolum cum saccharo cogendæ sunt. Dandæque vel manè, vel vesperi, horæ dimidio ante cibum.

Consilium vsus pharmaci augebit, si dolor leuis est, si natura æger non ita eusarcos, aut aliena 45 opinio à phlebotomo. Alioqui si 46 grande malum est, etiam si ad hypochondrium declinet dolor, tutius auxilium phlebotomia est Galeno. Priùs etiam quàm de pharmaco decernas, interroganda ægri natura est. Alij enim 47 difficilius purgantur: aliis 48 vel leui pharmaco immodicè turbatur aluus. Hi ergò à phlebotomo habere possunt commodius. Quòd si incognita ægri natura est, & pharmaco vti decet, medicamentum eliges tum qualitate, tum quantitate medium, ne vel non purges, vel supra modum vacues.

Tempestiua purgatio turgente 49 materia, prima die, aut non vltra secundam. Et, si pleuritidem eò processisse perspexeris, vt sputa prodire incipiãt, purgans medicamentum minimè exhibendum, ne

43 *Quòd purgandi vis ei fit imbecillior.*

44 *Mastix enim ex euẽtu purgat, dum ventriculum adstringit.*

45 *Vt si expectatiũ & μετρίως procedat, si vires sint infirmæ si difficultas expectorandi in lateris infirmitate cõsistat, si pleuritis mitificata fuerit, & ad coctionem perducta.*

46 *Magnitudine causæ & symptomatum vehementia.*

47 *Vt melãcholici.*

48 *Vt iis qui sunt λεπτοὶ καὶ πικρόχολοι ἄνω.*

49 *Effera scilicet, & quæ nullo cõsistit loco, diuersáque excitat symptomata pro varia parte, in quam influxit.*

ſputi motus inhibeatur, ex Hippocrate libr. 3. de morbis. Nec omnino agarico, aut etiam hiera diacol. interdicitur, quin vti licet, dolore in ventrem declinante, non ita vehementi affectione, atque vbi à pituita malum eſt.

Imperabis ergo 50 catholici ʒ.6. rhab. & agar. infuſorum, vti decet, an. ʒ. 2. cum hydromel. quantum ſufficit, fiet potus. Eodem modo 51 & catholico ℈. 4. pul. diacol. miſceri poſſunt. Diaphœnicon quoque & diaprunum pauperibus imperari poſſunt.

Phlebotomia remiſſionis tempore, & eo die quo leuior eſt paroxyſmus, cõmodior eſt. Itaque etiam veſpere & nocte media, vrgente malo, & oblata occaſione ſanguinem detrahes. Nec perpetuo ſemel is ducendus eſt. Nam ſuſpectis viribus, vacuationem partiri melius eſt, vt manè ʒ.6. veſperi vnciæ ſex depleantur. Eſt præterea, cum de repente noua fit affluxio, vt inde omnia ſymptomata recrudeſcãt, ſputa quoque vel cruda ſint, vel retineantur: túmque & ſexto die, & octauo, vt 52 Anaxioni, aut etiam tardiùs, ſanguinem mittimus. Hócque remedium ſecundò ac tertiò reuocamus, ſi quidem non repugnant vires. In quo tamen cautio eſſe debet. Nam aliquando vbi anteà ſigna omnia ſalutem prænuntiauerint, criſis tempore, quæ ferè fit ad ſeptimum, aut aliam diem criticam, vehementer pleuritis exacerbatur, ſymptomata omnia increſcunt, tum nihil mouendũ eſt: ſed omnia naturæ 53 cõmittẽda ſunt.

Deſperatis rebus, nihil quoque mouendum eſt.

In pueris etiam bimis, ſenibus octogenariis, mulieribus grauidis, 54 remedium hoc temperari debet, non omnino prohiberi.

50 *Vel ℥. ex preſſionem ʒ. 2. rhei electi, & ʒ. 1. ß. vel ℈. 4. agar. in hydr. cocto optimè infuſorũ cũ ℈. 1. cinamomi, in qua diſſolue catholici, ſyrupi viol. an. ʒ 6. f. potio.*

51 *Vt. ℥. catholi. ʒ. 6. pul. hier. diacol. ʒ. 1. vel ℈. 4. f. bolus.*

52 *Hippocr. ſect. 3. lib. 3. τῶν ἐπιδημ.*

53 *Vt ſi humoris corruptione phlegmone in gangræna abierit, ſi vires ſuffœ a lãgueat, ſi expectorandi difficultas in lateris infirmitate cõſiſtat, & πλεῦρος ſiue ſtertor adſit. Tũc enim de ſalute eſt deſperãdum.*

54 *Præſertim ſi grãdis ſit fœtus.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 254 sur 805

In pueris venæ interim anguſtiores non apparẽt, idque magis in pinguiuſculis. Qua in re ſanguiſugis vti licet, 55 decurtata harum cauda, vt vacuationis modus certò finiatur.

Suppreſſa aliqua per partes inferiores vacuatione, vbi malum inde ortum eſt, in inſigni plenitudine, in materia virulenta, cúmque ſtatim initio materia in caput rapitur, ac mentem cõmouet, è 56 venis cruris eiuſdem lateris ſanguis trahẽdus eſt. Alioqui è baſilica eiuſdem lateris.

Vacuationis modus è 57 pulſu, 58 ſanguinis motu, 59 colore, & corpore præſcribendus eſt. Si initio purus ac rubens effluit, vacuationis modus, cum iam liuidus excernitur. Si aquoſus & crudus initio, claudenda vena eſt, cum iam rubentior & flauior apparebit. Si baſilica non apparet, media vulneretur. Atque cum iam vulnerata eſt, 60 pollex ramo cephalicæ imprimatur.

Animaduertendum pleuriticos iuuari phlebotomia, locis perflatis ab Aquilonibus: lædi verò regionibus, quæ obuertuntur Auſtris. Hîc ergo vel purgatione vtendum eſt, vel temperanda ſanguinis detractio.

In bilioſa pleuritide Arabes phlebotomia 61 interdicunt. Hippocrates quoque hac ſententia prohibuiſſe viſus eſt. Sanguinem, inquit, non detrahes, vbi expuitur ſanguis, ſi regio repugnat, ſi æger pleuriticus eſt, ſi natura eius admodum bilioſa.

Galenus ſentẽtiam Hippocratis recipit, niſi quòd 62 non probat ſanguinem non detrahi, ſpuentibus ſanguinem pleuriticis.

55 *Vt tantũ effluat ſanguinis, quantum Hirudo ſuxerit.*

56 *Quandiu ſit pulſandi me. Nam ſi malũ iam factum ſit, cubiti venã ſecare eſt ſatius.*

57 *In ictu, motu & dilatatione*

58 *Si ἀθρόως ſiue cõfertim fertur ſanguis, aut pigro lapſu fluat propter plethoram.*

59 *Si ruber fluxerit, mox niger, vltimo loco melior: præſertim ſi pleuritis in ſuperioribus ſit coſtis.*

60 *Nequid ex capite diffluat, ex quo vacuare non inſtituimus.*

61 *Quia ſanguis fœnum eſt bilis.*

62 *Imò probat hanc ſententiam Gal. commentar. in librum de humoribus.*

Hippocrates priuſquam veniat ad maiora remedia, 63 fomẽtis vtitur, quę aliquando ſatis eſſe poſſunt, aliquando morbum indicant.

Itaque ſi ſputa bilioſa, veſica ſuis ex aqua calida ad dimidium implenda eſt, admouendáque lateri. Alioqui goſſipiũ, vel lana mollis infuſa in aqua tepida, & expreſſa ſubinde apprimatur lateri. In ea aqua, ſi vis, incoques violas, melilotum, chamæmelum. Fouebis quoque oleo violato & chamæmelino, ſi craſſa & viſcida ſputa ſunt.

℔. milij frixi M. 1. furfuris frixi P. 2. ſalis torrefacti ʒ. 1. Interim dum friguntur, vino tenui conſpergi poſſunt, & ſi perfrixit latus, aqua vitæ vel hyſſopi, aceto etiam, ſi corpus carnoſum eſt & calidum, neque vehementer vrgeat tuſſis. Inde fiunt ſacculi, qui calidi lateri applicantur. Poſſunt hi ſacculi in vino aut aceto immergi, in quibus vel hyſſopũ, vel origanũ, vel thymum, aut aliquid tale coxerit. Inunges tum ex anethino & rutaceo. Eiuſmodi quoque ſacculis cumini ſemen, baccæ lauri, ſicc. hyſſopus, origanum, roſmarinus, & ſimilia immiſceri poſſunt.

In tenui & cruento ſputo ſacculus ex milio, furfure, & ſale deſcriptus, ſed ſiccus & calefactus, applicari debet, inunctio ex chamæmelino & amygdalino.

Oportet autem omnia, quæ lateri admouentur, eſſe 64 lęuia, mollia, calida: videndúmque, ne quæ calida admota ſint, tempore refrigeſcant, calórque linteis calentibus, aut alia arte fouendus eſt. Sunt, qui nullis eiuſmodi remediis vſi, neque fomentis, neq; maioribus illis auxiliis certas antidotos commendant. Quales ſunt. 65 Dens apri in ſcobem cõminuitur, dantur ʒ. 2. ex vino albo tenui. Aliud.

63 *Liquidũ, ſiccus, miſtis, ſuauibus, acribus, curãdi, & exploràdi gratiæ.*

64 *Neſua inæqualitate partem offendant.*

65 *Valet ineunte morbo ad materiæ orgaſmum, palyndromẽ, aut fluxionẽ prohibendã. Habet enim dẽs apri vim adſtringendi maximam.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 256 sur 805

Radicis lappæ ſiccæ, quæ purpureum florem gerit, aut floris ʒ. 2. è mulſa propinantur. Aliud.

66 Cōmēdatur mirificè pudēdum bubulum, aut ceruinū, toſtū & in tenuiſſimum puluerē redactum: datur ad ʒ. 1. cū oxymelite, aut vino albo

67 Ad reuellendum & vacuādum.

68 Simplici aut ſcyllitico, ſi materia ſit lēta, nec alui imbecillitas, aut melancholia hypochōdriaca ab eius vſu euocet.

69 Leuiter: nam coctione longiore amareſcit.

70 Vt ʒ. 4. ad ℔. 1.

66 Coralli rubri & teſtæ auellanarum rubrarum ana ʒ. 1. datur è mulſa. Ruſtici ius ſerpilli expreſſum cū aqua cardui benedicti vtiliter vſurpant. Poſſunt hæc quidem tentari, non neglectis aliis remediis.

Cucurbitularum in pleuritide 67 plurimus vſus eſt, de quo Galen. in lib. de Cucurb. Vtimur quoque plurimùm aqua hordei, ſacchari, ſyrupo violato, de iuiubis, 68 oxymelite, hydromelite, decoctione pectorali, ſyrup. capil. ven. & de glycyrrhiza.

Aqua hordei, ſi quidem detergendum eſt, & ſiccandum, ex integro hordeo parari debet.

Si leniendum, ſi extinguenda ſitis eſt, idem hordeum fricandum aſperiore linteo, & exteriore tunica ſpoliandum eſt.

Si nutriendum magis, proportio hordei ad aquam augenda eſt, magiſque coquendum eſt, dum diſfringatur hordeum. Ferè parant aquam hordei, vt ſit aqua vigecupla, id eſt, vt ſint xx. partes aquæ, & vna hordei.

Sæpè etiam quartam partem ſyr. viol. commiſcemus, aut modicum ſacchari violati, vel, vt in ptiſana vulgari, glycyrrhizam raſam 69 concoquimus. Aqua ſacchari deterget, coquit, lenit, nutrit.

Sit autem ſacchari ʒ. 1. in viginti partibus aquæ: coquitur ad ſui dimidium. Poteſt tamen ſacchari modus augeri, vt etiam aliquando 70 ſub quadruplum ſaccharum ſit, quale hoc eſt.

℥. aquæ coctæ, vel aquæ hordei ℔. 1. ſacchari communis vel violati ʒ. 3 atque aliquando colatur aqua illa cum dicto ſaccharo, & modico cinamo-

mi: cum videlicet nutriendum magis, coquendum, detergendum, repurgãdum & roborandum. Iulepi violati vſus eſt, vt leniamus ſitim, & calorẽ temperemus, leuiter cõcoquamus, & facilius ſputum reddamus. Syr. de iuiubis lenit, maturat, tẽperatus eſt: conuenit quoque, vt violatus, incraſſando ſputo.

Oxymelitis ſuſpectus vſus in pueris 71 macilẽtis, iis quibus genus neruoſum infirmum. Quibus aſperior tuſſis, vigiliæ maiores, ſputa quoque tam craſſa, vt propè ſicca ſint, ſimiliter & ſi æger debilior eſt. Tempeſtiuus autem vſus fuerit, ſi nihil horum repugnat, ſi fluxio tenuis non eſt, ſi ſputa mediocriter craſſa, hoc eſt, nõ ita reſiccata. Hydromelite, vt aqua ſacchari vtendum eſt, niſi quòd calefacit magis & omnino maiore vi præditum eſt, quàm aqua ſaccharata. Decoctione pectorali ad ſitim, ad coquendum, leuiter detergendum, & incidendum vti licet.

Syrupus capill. ven. incîdit, deterget ſine manifeſto calore. Syrup. de glycyrrhiza ad omnia ſupradicta vtilis eſt & pectus roborat. Itaque vt poſtulabit vſus, modò his, modò illis vtendum eſt. Veteribus quoque melicrata probata ſunt ex aqua, in qua radix violę purpureæ, ſtœchas, chamędrys, chamępitys, horum vnum coxerit. Atque 72 initio ſupprimendæ fluxionis ſuffitu vtimur.

℞. 73 vernicis ʒ.1. maſtichis, roſ. an. ʒ.2. fiat pul. pro ſuffitu cum ſtupis cannabinis. Item.

℞. diatragacant. frigidi ʒ.ß. teneat alternatim in ore. Plura in cap. de catarrho.

In coquendo verò quod influxit, vtendum eſt 74 lacte amygdalino, butyro per ſe. Coquit enim, lenit modicè, educit.

71 *Tenuib⁹, qui aluo ſunt infirmiore, & mulierib⁹ hiſtericis, & melãcholicis.*

72 *Cum excluſio fit à capite in fauces*

73 *Vel ℞. vernicu, maſtich. nigellæ romanæ ana ʒ. 1. furfuris macri ʒ. 1. pulueris roſarũ rubrarũ, ʒ. 2. ſi. pulus pro ſuffitu. Excipitur pileo nocturno. Hùc etiam ſpectant ſacculi & marſupia ex milio, ſale & furfure capiti admouenda manè.*

74 *Si nulla alſit καρηβαρία ac non ſit æger δύψιος.*

Poterítque modicum ſacchari violati commiſceri, vt paulò pleniùs educas, poſtea verò aliquid mellis. Ita magis repurgabis. Magis etiam, ſi ad ʒ.2. butyri, ϑ.2. diaireos ſimplicis admiſceas, vel amygdalas amaras, perſicorum nucleos, aut 75 ſimilia amara torrefacta, & in puluerem redacta.

Butyro quoque quarta pars terebinthinæ lotæ in aqua maluæ commiſceri poteſt.

Parabilia quoque remedia ſunt 36 melicrata, in quibus radix althææ coquendo, hyſſopus, thymum, & ſimilia incidendo & repurgando coxerint. In eandem rem comparant eclegmata, initio quidem cum multo 77 diatragacantho: poſtea verò cum 78 multo diaireos. Feréque in remediis pleuriticis lenientia, detergentia, incidentia, repurgantia commiſcentur: quale hoc eſt.

℞. electarij diatragacant. frigidi ʒ. 6. ſacchari candi, penidiarum, pilularum albarum ana ʒ.3. diaireos ſimplicis ʒ. 2. ſyrupi violati & iuiubarum an. quantum ſufficit, fiat eclegma.

Vbi verò magis repurgandum & extenuãdum, loco penidiarum, mel album: loco ſyrupi prædicti ſyrupum cap. ven. & aliquid oxymel. miſcebimus.

Iam aucto morbo, ad hos vſus vinum album, tenue & aquoſum concedi poteſt. Inunctiones lateris fiunt ex oleo violarum & aliis, vt ſupradictum eſt, oleo de keiry, de lilio, mucaginib. ſemin. cydoniorum, althææ, lini, fœnũgræ. extractis in aqua violarum, vngulæ caball. ſcabioſæ, hyſſopi, butyro, ſordibus lanarum, terebinthina, axungia galli-

75 *Hæc in pituitoſa pleuritide, affecto & declinante morbo.*

76 *Vt ℞. ſalſæ parillæ ʒ. 2. radic. enulæ campanæ ireos an. ʒ. 1. ſaluiæ & betonicæ M. 1. fi. decoct. In colatura diſſolue mellis lib. 1. fi. hydromel, quod maxime hyeme vſum habeat.*

77 *Ad fluxionem ſiſtẽdam.*

78 *Ad expectoratũ promouendum.*

79 *Vel ℞. iuiubas, pruna damaſc. an. num. 20. paſſul. mundatar. ʒ. ß. dactylos, ficus pingu. an. num. 3. vngul. caballinæ M. ß. hyſſop. P. 1. glycyrrhizæ raſæ ʒ. ß fi. decoctio: in colaturæ ad ℔ b. 1. diſſolue ſacchari quart. 3. electarij diaireos ſimplicis ʒ. 3. fi. ſyrupus.*

næ,anſeris, anatis,ſuis, & quæ plurimum laudatur, vrſæ. Adduntur pulueres, ireos, thymi, hyſſopi, marrubij, gentianæ, ſinapi, cnici, braſſicæ, & ſarmentorum vitis, non initio quidem, ſed iam progreſſo morbo. Sic enim ferè poſteriorum Medicorum vſus. Veteres autem vehementioribus remediis vſi ſunt. Latus lana ſordida leniente & concoquente integitur: poſtea etiam in fine morbi lana ſulphurata. Formulæ ſunt.

℞.ol violarum,amygdalarum dulcium an ℥.ß. miſce. Cui adde poſt initia, mucagin.ſem.cydoniorum excorticatorum ʒ.6.mucag. ſem.lini ℥.ß. cerę modicum, fiat linimentum pro latere.Poſtea.

℞.mucag. ſem. althææ & cydoniorum ana ʒ.6. mucaginis ſemin. lini & fœnugręci ana ℥.ß. ol. de keiry, adipis vrſi ana ʒ.3. œſypi ʒ.2. cerę modicum, fiat linimentum.

℞. dialthææ ℥.2. cum oleo amygdalarum dulcium,fiat vnguentũ molle. Atque vbi iam reſoluendum eſt, adde pul.ireos, aut ſimilis ʒ.2. Túmque bonum fuerit, 78 folium braſſicę ad ignem tabefactum, & butyro illitum ſuperponere lateri, vel ex eiuſdem braſſicę caulibus combuſtis, & in cinerem redactis, mixta adipe, linimentum conficere. Nam id medicamenti affatim diſcutit.

78 *Hæc ex Paulo Ægineta, cap. 33. lib. 3. deſumpta, ad pleuritidem notham.*

Atque vbi ad ſuppurationem vergit, ſemen naſturtij & ſinapi cerato cómmiſceri poſſunt. Quo tempore.

℞. rad. althææ & liliorum repurgatarum ana ℥.1. ficus pingues N. 2. Coquantur omnia in vino albo. Deinde cum axungia & oleo de liliis pinſentur in mortario. Fiat emplaſtrum molle, cui inſper-

ge semin. nasturtij & sinapi in puluerem redacti ana ʒ.1. Tentatis omnibus his remediis, si quidem desperatio est, & vires tolerare possunt, cauterium actuale, aut potentiale (quod vocant) lateri inferendum est.

Scarificatio quoque cum cucurbitula, eo modo, quo in libello de cucurbitula dictum est.

Pleuritis notha.

Est nonnunquam lateris dolor, qui pleuritidem ementitur, & propterea pleuritis notha solet appellari. Eius causæ scholiis nostris proximè describuntur.

Ad curationem verò hæc remedia comparari poterunt. ℞.farinæ tritic. M.1.mell.ʒ.2.coquantur in decocto rutę & nepetę: deinde addita vitulinę axung. lot. in aqua chamæmeli ʒ.1.f.f. cataplasma dolenti parti admouendum. Rustici succo nepetę lana excepto, superposita fascia, contra pleuritidem, & internos dolores vtuntur.

℞.maioranę, rut.ana M.1.baccar.laur.p.2.vehementer tere in mortario: adde mell.ʒ.4.f.velut cataplasma, quod impingatur lateri calidum: superponatur lana, & fascia alligetur.

℞. decoctio.absynth.ℏb.f.ficuum pinguium tritarum ʒ.3.f.decoctio ad crassitudinem: f. fortis expressio. In expressione rursus coque mellis ʒ.1.f. radic.ireos puluerate, rad.caul.an.ʒ.f. iteretur expressio, & cum cerato laurino fiat vt priùs.

Nicol.part. 2.libr.2. Acharistion à Nicolao descriptum ad nucis myristicę magnitudinem datum omnibus interaneis doloribus subuenit.

Olea muscellinum, styracinum, ex descriptione

Nicolai compoſitũ,ſcylliticum,puleginũ,è floribus in oleo infuſis,& in vaſe duplici coctis, & vehemẽter expreſſis,hypericinum, maſtichinum lateri tepida cum lanis ſordidis vtiliter apponentur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Anto. Muſæ erronea de diſtinctione pleuritidis opinio.

Muſa in Aphoriſmos, ita pleuritidem diſtinguit, vt notha ſit in ſuperiore parte tunicæ tegente coſtas, aut inter coſtas: vera, in mediaſtino. Quod & rationi, & experientiæ repugnat:quibus perſpicuum eſt in ſuccingente coſtas, aut perioſtio, aut ſaltem in muſculis intercoſtalibus veram cum veris propriiſque ſymptomatis excitari: notham in muſculis externis. Licet haudquaquam negandum intra thoracem ſpeciem quandam pleuritidis non veræ fieri poſſe. Multis enim ex ratione vitæ, quæ craſſa & viſcida gignat, multus humor eiuſmodi in corpore cumulatur, qui in vacuum ſpatium thoracis & pulmonem delatus, membraníſque hærens, dolorem pleuritico ſimilem affert,ſed ſine febre, vel certè febricula, aut etiam frigidiore corpore, quàm antè, reſpiratione quaſi in collo ſuffocante, pulſu difficili, tardo, minimo, vbi neque phlebotomia, neque ſimilibus remediis ad pleuritidem accommodatis, ſed iis, quæ humorem illum incidant, tenuent, & ducant, ſemper eſt vtendum. Signa autem certiſſima, quibus in cæteris & pars affecta, & materia affectus internoſcuntur,huiuſmodi ſunt. Si æger in partem lateri dolenti oppoſitam decumbere non poteſt, in membrana coſtas ſuccingente affectio eſt, quæ ſuſpenſa pondere concepto grauatur. Si in partem affectam, digito leuiter premenda pars exterior cutis. Nam ſi æger dolorem inde percipit, in muſculis externis: ſin minùs, niſi coſta grauiùs tractetur, vel in perioſtio, vel in muſculis intercoſtalibus ſubſiſtit. Tum notanda erit pulſatio ad diſtinctionem vtriúſque. Nam in muſculis intercoſtalibus comprimitur arteria, vnde pulſatilis dolor. Omnibus eadem ferè ſunt alia ſymptomata, exceptis febre & ſputo. Spuria in muſclis externis à materia frigida vel flatulenta, ſine febre eſt. Sputum in inflammatione intercoſtalium, ob minorem reſudationem, pau-

Pleuritidis ſigna, ex affecta parte & materia affectus petenda.

cum: in perioſtio, ferè nullum, tum ob materiæ paucitatem, tum quòd ſudore ſæpè & inſenſili tranſpiratione reſoluatur. Sanguineam indicant (cæteris ſignis non prætermiſſis) ſputum cruentum: bilioſam, ex rubro flaueſcens: pituitoſam tardè apparens, ſubalbidum. A melancholia rariſſimè fit, & ſi fiat, vix curatur. Cùm autem morbus iudicetur, vel excretione, vel coctione, vel abſceſſu, niſi ſoluatur celeriter in ſanguinea miſſione ſanguinis: in bilioſa, vel eodem modò, vel ſæpiùs ſudore, aut hæmorrhagia è naribus, ſaltem intra diem ſeptimum, in peripneumoniam degenerat: aut poſt 14. in ἐμπύημα. Peripneumonicus eſt æger, ſi dolor punctorius imminutus, febris & ſpiritus difficultas aucta, ſputum ſpumoſum, rubentes genæ, mórſque eſt ferè ſemper in propinquo. In hac dolor fit aliquando, non ratione pulmonis, ſed mediaſtini & membranarum. Quòd ſi non repurgetur materia, cocta in pus vertitur, fitque empyema, ſanie, quæ per ſputum educi debuit, in ſpatio thoracis collecta. Terminus autem iudicandæ pleuritidis per expuitiones, decimuſquartus. Non, vt Fuchſius, & alij, ab eo die numerando, quo cœpit æger expuere. Nam id falſum eſſe, & ea quæ ſæpius accidunt, & Anaxionis hiſt. 3. Epid. demonſtrant. Si enim ita numeres, non 14. diebus eo modo iudicatus fuiſſet, ſed ferè 24. quia cœpit 11. Rectè igitur Hipp. Quicunque morbo laterali laborantes, in quatuordecim diebus non repurgantur, ij ad ſuppurationem vertuntur.

Morbus tribus iudicatur modis.

Hipp. aph. 8 lib. 5.

Phlebotomia & purgatio.] Ex eodem latere fit, dextro quidem ob venam vulgò ἄξυγον dictam, quæ è directo eſt: ſiniſtro verò, tum ob intercoſtalem, quæ oſculis ramorum venæ ἀξύγους in ſiniſtrum latus perreptantium copulatur: tum ob naturæ conatum, quæ ſeſe ita exonerat. Verùm de phlebotome è directo celebranda nobiliſſima eſt diſceptatio à recentioribus agitata.

Andræas Veſalius Bruxellenſis, inſignis Anatomicus, & Carol. Q. Imperatoris Medicus, ſemper ſecandam brachij dextri iecorariam, ſeu ſit in dextro latere, ſiue in ſiniſtro pleuritis, ingeniosè cauſatur. Ab eo ratio aſſignatur eiuſmodi: quòd vena ἄζυγος dicta, hoc eſt ſine pari, à latere dextro venæ cauæ propè cor oriatur, quæ per ſpinam delata ex vtróque latere octo coſtas alit inferiores, ac

ad dia-

ad diaphragma, & membranam interſepientem diſtribuitur: vnde expeditus multò pleuritidem committens materia retrahatur, ſi ſanguis è brachio dextro extrahatur: quia baſilica dextri brachij ἄξυγον magis reſpicit, quam baſilica ſiniſtri. Sed id argumentum nullius eſt momenti apud eum, qui rem Anatomicam paulò oculatiùs perſpexerit. Nam vena ſine pari, quem recipit à caua vena ſanguinem, non ampliùs ad eam remittit: imò ſuis in oſculis venæ cauæ coniunctis ita fabrefracta cernitur, vt ei idem ferè eueniat, quod veſicæ vrinariæ, aut cordis vaſorum orificiis. Quòd verò ſanguinem ſemel receptum ἄξυγος non reuomat, ex diſſectionibus certum eſt.

Nam ſi venam cauam in parte ſuperiori ſecueris, & fiſtula in eam intromiſſa inferiorem verſus partem ſufflaueris, tota ipſa caua vena in parte inferiori ſimul cum vena ſine pari inflabitur, & tumida euadet: at ſi venam ἄξυγον parte infima ſecueris, immiſſaque cannula ore ventum ſurſum impuleris, dubio procul vena caua non inflabitur, nec tumida euadet: quia aër in vena ſine pari contentus exire nequit. Quòd ſi aër à vena ſine pari ad cauam non deriuetur, quomodo ſanguis aëre corpulentior refluet? Quæ queſtio vt diſcutiatur, obſeruandæ ſunt cauæ venæ aſcendentis propagines ad inſtitutum noſtrum facientes. Caua vena aſcendens ſurſum ad cor contendit, rectáque ad iugulum fertur in multas diuiſa partes, è quibus duæ illæ ſunt memorabiles axillaris & cephalica. Inter quas venas duas prope iugulum ab vtroque latere vena quædam media eſt ex axillari ferè enaſcens, quæ inde obrepens in multas finditur venulas, quæ in vniuerſum cum ramuſculis & venulis ſine pari copulantur, quæ, vt dictum eſt, octo coſtas alit inferiores. Quum igitur iecoraria vena in pleuritide pertunditur, ſanguis non tantùm in vena caua contentus educitur, ſed is potiſſimùm, qui in inflammatione continetur, aut eſt prope inflammationem, præcipuè verò ſi morbus octo coſtas inferiores occupet: ſed multo magis ſi quatuor ſuperiores, quòd cum his magnam habeat axillaris vena communionem. In quibus ſecari vena tutò non poteſt, cucurbitulæ in principio inguinibus affiguntur ad diuerſionem. Purgantia multis de cauſis reiiciun-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 264 sur 805

Pleuritidi cathartica cur minùs cõferant. Hipocr. aph. 19. lib. 6. & Gal. in comment.

tur. Primùm, quia cùm ſputa prodeunt, eorum prohibent motum: deinde in inflammationibus internis nihil è parte inflammata educunt, & partes ſanas colliquant: poſtremò, quia in pleuritide & peripneumonia habitis profluuium ventris metuendum. Quæ omnia docet Hippoc. Sed hæc poſtrema ratio infirmior. Addit enim Galen. in cocto morbo, & mediocri, non inutiliter aliquando aluum profluere, licet in maligno malum, & vt cauſſa, & vt ſignum. Cauſſa quidem, quia vires exoluit. Signum, quia attractricis hepatis, & alteratricis, vẽtriculi imbecillitatẽ ſignificat. Quod autem Hippoc. cum

Hipp lib. 2. de vict. rat. in morb. acu. ſent. 11. & Gal. ibid.

dolor ad hypochondrium extenditur, laxantia præſcribit, Galenus concedit, ſed tantùm ad materiæ antecedentis eductionem, ſiue è ſplene, ſiue è cauis hepatis, non è thorace, aut latere. Soranus Hippocratem reprehendit, qui non ſecet venam, vbi ad hypochondrium deſcendit pleuritis. Idem Galenus tacitè in Hippocrate taxat. Sed enim in exiguo dolore

Galen. ad finem comm. 3. lib. 6. Epid.

lateris & ſputo cruento, quod eſt indicium clementiſſimæ pleuritidis, non eſt neceſſaria phlebotomia: ſed aliis auxiliis profligari debet, maximè in homine bilioſiſſimo, ætate iuniore, vel ſeniore, ex libr. de Humoribus. Perperam igitur faciunt, qui in cruento ſputo ſtatim ſanguinem detrahendum eſſe colligunt. Rarò autem vtendum purgantibus, iiſque leuibus, in principio, morbo pituitoſo per defluxionem, & ſi materia fluat ab hepate. Sed tutiùs adhuc clyſteribus agitur.

Peripneumonia an venæ ſectionem deſideret.

In peripneumonia etiam de venæ ſectione dubitari poteſt. Primùm, quia ex Anatome non ſatis perſpicuum, qua via materia inflammationis in venam ſectam veniat, cùm nullus ramus à vena caua pulmonibus diſtribuatur, & per venam communem phlebotomia fieri debeat. Deinde quia poſt pleuritidem, aſthma, aut anginam, venæ ſectio ferè lethalis, quod iam afflictas vires occupent. At ſi ſuppreſſis menſibus, hæmorrhoidibus, aut ſolenni aliqua euacuatione vteri, & ſimilibus oborta ſit, in quibus hæpar in thoracem & pulmonem ſanguinem reiicit, ſi ſputa rubra, plenitudo, & quæ ſanguinem indicant nondum degeneraſſe in melancholiam, aut bilem, de venæ ſectione non dubitandum: alioqui abſtinendum. In cæteris curatur peripneumonia ferè vt pleuritis, clyſteres, ſanguinis miſſio, ſyrupi, decocta, vnguenta, ſacculi, eclegma-

ta, condita, frontalia, emplastra, linimenta, cerata, pasta regalis & similia.

Io in perflatis ab Aquilonibus.] Lib. 3. Epid. scribitur in pleuritide Romanos & Athenienses obiectos ventis calidis male ferre sectionem venæ: Parios & Hellespontios melius. Cæterùm non omni pleuritico conuenit necessariò, etsi expuat concocta. Lege 6. Epid. & historiam pithyonis initio tertij.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXVI.

Pleuritidis generatio vnde.

ILLabens in membranam costis subtensam sanguis tenuis & biliosus (crassus enim & pituitosus densum membranæ corpusculum vix subit) tumorem & inflammationem, pleuritidem, mutuato ab affecto loco nomine, appellatam, gignit. Talis verò phlegmone ad tria morborum genera referri potest. Quatenus enim tumor, ad morbum in compositione: vt inflammationem sequitur calor & tensio, ad intemperiem reducitur. Et quia tussis ab hoc affectu separari nequit, dum rumpitur abscessus, & effusa in spatium thoracis sanies in asperas pulmonis arterias recipitur, tussiendóque excreatur, soluta quoque vnitas adest. Pathognomonica pleuritidis veræ à spuriæ notis distincta signa fusè describuntur ab Hollerio ex Galeno cap. 2. libr. 5. de loc. mal. affect. lib. 12. & 13. Meth. itémque comm. 1. in lib. de Humorib. secundum Hippocratem.

Pleuritis ad tria genera morborum reducta.

Pleuritidis curatio.

Affectum hunc quia fluxionis sobolem esse intelligimus, & inhibitionē materiæ affluentis, iis maximè in inflammationibus, quæ sunt νόσηματα γιγνόμενον, esse vacuatione priorem ex Galeno didicimus, basilica dolentis lateris secatur: quæ tamen præterquam quod reuellit, deriuat etiam cōmodè & eua-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 266 sur 805

cuat. Promptè, vel ante solutam aluum, ducitur sanguis: alioqui dolore, ardore, & partis debilitate perpetuò attrahentibus, magis phlegmone exasperatur. Sanguinis detrahendi modum doloris conditio, corporis habitus, & anni tempus indicabunt. Quanquam verò sanguinem vsque ad coloris mutationem mittendum præcipiunt, nisi vel malignitas inflammationis, vel vires hoc denegent, & ægri facilè propter calidam atque humidam temperiem, qualis est in pueris, & iis, quibus mollior corporis habitus, resoluantur, cauendum tamen diligenter, ne missione sanguinis copiosiore vires multùm atterantur, in quarũ robore salutis spes in pleuritide consistit. Cathartica valentiora non imperantur, ne agitato corpore fluxionem augeant. Itaque leuior erit purgatio, qualis hæc.

Hippo. sent. 74. lib 4. de rat. vict. in morb. acut.

℞. rh. elect. ʒ. 2. infundantur in decoct. pect. cum santal. citr. ʒ. ſ. in expressione leui dissol. syr. de hyssopo, vel capill. ven. & cathol. ana ℥. ß. f. potio.

Rhei sic imperati adstrictio tanta non est, quæ sputo expellendo obsit, vt meticulosi medici subuerentur.

Quoniam autem coniunctæ pleuritidis materiæ vacuandæ ratio & via cõmodior non est, quàm per asperam arteriam, eclegmatis, syrupis, vel etiam apozematis promouebitur sputum, non omissis interim, etiam ab initio, topicis anodynis paulò pòst explicandis. Magis aliis placet syruporum, quàm eclegmatum, vsus, quòd internam asperæ arteriæ capacitatem promptiùs subeant, quódque longè sint paratiores. Si itaque sputum admodum tenue incrassandum sit, hæc formula præscribetur.

℞. syr.de glycyrrhiz. & iuiub.ana ʒ.1. Misce. Vtatur eclegmatis loco cum baculo glycyrrh.

Vel syrup. violaceus in hanc rem faciet. Syrupis licebit aliquid diacodij immiscere. Aut.

℞. cass.recens mundatæ ʒ.6. diatragacanth.frigid.ʒ.ß.pilular.hypoglottid.ʒ.2.sacchar. cand.ʒ.1.ß.radic.ireos.Florēt. ϑ.1.syrup.capill.vener.& de glycyrrhiz.an.q.s.f.eclegm. Adde ℈ velis,conserue.ros.borrag. bugl.ana ʒ.1.

At si sputum præ lentore & crassitie expelli non possit,ex vsu erunt incidentes syrupi.

℞.syr.acetos.simpl.& capill.ven. ana ʒ.1.vtatur cum bac. glycyrrh.vel.℞.oxymelit.scyllitic.ʒ.1.syr.de hyssop.& acetos. simpl.ana ʒ.6.cap.vt.antè.

Quod si fortiore sit opus,ex eclegmatis ad asthma ʒ.ß. radic. ari priùs in hydromelitè cocti ʒ.1. syrup.de hyssop. & oxymelitis simplic.ana ʒ.6.fiet lohot. Sæpe accidit, vt vnà sputum promouere, & vires recreare oporteat: atque tum tabellæ,opiatæ, condîta instituuntur.

℞. conserue. rosar. borrag.bugloss.enul.campan.ana ʒ.2. diatrag.frig.& diair.simpl.ana ʒ.1.ß.penid.ϑ.2.electar.de gēmis ϑ.1.rasur.eboris,corn.ceru.ana ϑ.ß.cum syr.iuiubino fiat opiat.vel cum sacch.conditum.

Contingit aliquando, vt copiosa sit fluxio,quæ se in pulmones receptat: in qua ad ea quæ sanguinem incrassant, catarrhúmque sistunt, confugiendum, etiamsi sputi eductionem remorentur. Nam suffocationis periculum, quod à catarrho impēdet, magis vrget.

℞.conserue.ros.antiq.ʒ.1.ther.veter.ʒ.3.bol.arm.lotæ in ap. ros.ʒ.1. cum syrup. ros. sicc. aut papauerino s.opiata. Vtatur horâ somni ad magnitudinem nucis auellanæ.

Sed de reliquis id genus remediis plura cap. de catarrh.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 268 sur 805

Extrinsecus adhibenda, quæ foras trahunt, linimenta, cataplasmata, denique fomenta, si tamen ab his largioris attractio materiæ non metuitur, vel si pleuritis sit notha, vel à flatu, aut fluxione exigua.

℞. olei keirini ʒ.1. olei anethini ʒ.6. olei lilior. ʒ.ß. f. litus, superposita lana succida.

Syluius duos aut tres parabat sacculos ex floribus chamæm. melil. aneth. furfur. mil. solis in tartag. frixis: quos iubebat admoueri nunc lateri, nunc ad anteriorē thorac. partem prope collum, per quam flueret humor, vt eius fluxionem sisterent.

Efficacissimum est & hoc vnguentum.

℞. olei amygdal. dulc. & irini ana ʒ.1. axung. gallin. capi. anser. cunicul. butyr. recent. ana ʒ. 2. croc. gr. 5. cum tantillo ceræ f. vnguentum.

Perielitatores empyrici in oleo ceræ arte Chymica extracto, cum vino albo aut aqua cardui, epoto, vel etiam per se lateri illito summam pleuritidis medelam reponunt.

Cataplasmata si admoueantur, videndum ne crebriore eorum vsu pus promoueamus, dispolam diaphoresim consilium est moliri. Versa enim in empyema pleuritis funesta.

1 *Symptomate tum simplici, tũ cum phlegmone coniuncto.*

De 1 *sputo sanguinis.* CAP. 27.

SAnguis expuitur à thoracis venis 2 niger, 3 grumosus 4 fœtidus, cum doloris sensu. A pulmonibus 5 flauus, tenuis, 6 spumosus, sine 7 doloris sensu. Atque hinc rupta, exesa, aut aperta vena. Rupta affatim erũpit ex clamore, casu, cõcussione pectoris, perfrictione, plenitudine. Plenitudo ex ratione vitæ, suppressis mensibus, aut

2 *Quia crassus & non arteriosus.*

3 *Quòd in capacitatem confluxerit.*

4 *Quandoquidem sit corruptus.*

5 *Refert enim partis, vnde manat, ideam.*

6 *Crebro pulmonis motu.*

7 *Pulmones namque sensus sunt expertes.*

ſolenni aliqua vacuatione. Exeſis, 8 ſenſim & per interualla ab humore acri, quem vel caput demittit, vel ratio 9 vitæ, aliquando etiam inedia 10 collegit. Apertis ex 11 calidiore & humidiore ratione vitæ. Ruptis glutinantia, quæ citra morſum ſiccant: exeſis 12 cibi boni ſucci, & pharmaca ſarcotica: apertis adſtringentia conueniunt.

Expuitur ſanguis ab arteria aſpera, túmque dolor ſentitur. Omninò paucus ſanguis expuitur ex faucibus & ore, cum ſcreatione, non tuſſi. Tuſſis enim excitatur, cùm ab arteria, pulmone, thorace, 13 ſanguis excernitur. Ex gingiuis tantùm leui ſputatione eiicitur. Aliis à capite defluit, nō adeò paucus, niger, læuis, linguam & palatum commaculãs, titillans, ad nares grumos relinquens, ex vulnere, frigore, ebrietate, & capitis plenitudine. Qui ſi parte aliqua in arteriam defluit, tuſſes irritat leues, faciléque gargariſmis 14 adſtringentibus ſupprimitur. Sanguis quoque aliquando euomitur à ventre, liene, hepate, proximíſq; venis niger, grumoſus multus. E ſtomacho verò aut œſophago admodum 15 exiguus reiicitur. Hæc omnia igitur, priuſquam remedia inſtituas, diſtinguenda ſunt.

Curatio ſputi ſanguinis è pulmonibus.

Inedia, ſilentium, leuis reſpiratio, veneris & vini abſtinentia, quies tum animi, tum corporis imperanda ſunt. Medicatis alimentis vtendum eſt, quæ morbo conueniunt.

Si à capite defluxio, ſupprimenda ex iis, quæ cap. de catarrho dicta ſunt. Componenda tuſſis, quæ vexat grauiùs. Sanguis, ex interna brachij, anguſto vulnere, modica quantitate, bis aut ter vna die, aut

8 *Quia diſtillationes è capite, quæ tuſſiculoſos & raucos homines reddũt, per exeſionem vaſis tube afferũt.*

9 *Cuiuſmodi eſt vſus caſei putri, & leporis marini.*

10 *Præſertim in biliosis.*

11 *Vt vini generoſioris vſu.*

12 *Ad ſiſarcoſim faciendam.*

13 *Thorax enim tuſſi ſe expedire contendit omni moleſtia, vt ventriculi vomitu, & cerebrũ ſternutamento.*

14 *Vt ex decocto plãtag. balauſtij, centinodij, ſucco granatorum, & aqua roſacea.*

15 *Quia paruas habet venas.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 270 sur 805

duabus detrahi debet, ſed viribus conſtantibus. Nam in infirma muliere Romana Galenus libro 5. Method. ſanguinem non detraxit: quam tamen percurauit, cùm veniſſet initio (hoc autem initium 1.2.vel 3.die) pauco ſanguine excreto. Si plenitudo in cauſa eſt, largiùs. Si ſuppreſſis menſibus, vena cruris aperienda eſt, & aliis artibus menſis irritandus. Iniicienda vincula coxis & brachiis, ad articulos, & in eiſdem locis adhibenda frictio. Cucurbitulæ hypochondriis, ilibus, atque inguinibus affigendæ. Sanguiſugæ in pectore affigendæ ſunt: tum remediis, quæ intrò aſſumuntur, & topicis vtendum eſt.

Comparentur illa ex adſtringentibus, portulaca, plantagine, polygono, omphacio, ſumach, galla, cortice glandium, radice rubi, conſolidæ, althææ, centaurij maioris, hæmatite, electro, corallo, balauſtiis, roſis. Alius ordo.

Bolo armeno, terra ſigillata, ſanguine draconis, gummi arabici, tragacantha, thure, maſtiche, mirrha, melle cocto. Hæc poſtrema ruptis venis magis conueniunt, vt illa apertis. Oportet autem vitare omninò, quæ nimiùm adſtringunt. Propterea medicamenta hæc ex glutinantibus, adſtringentibúſque mixtis componuntur: vt ſi aperta vena eſt, adſtringentia: ſi rupta, glutinantia ſuperent. Sed quia horum vis non facilè penetrat, neceſſe eſt aliquid admiſcere eorum, quæ tenium ſunt partium: qualia ſunt aromata, ſpica, cinamomum, ſantali, doronicum, & ſimilia ex particularium compoſitio. Galen. libro 7.

Atque vbi immodicè perturbat tuſſis, etiam nar-

cotica miſceri debent, opium, ſemen papaueris albi ſemen hyoſcyami albi, & cicutæ, cortex radicis mandragoræ, philonium, theriaca vnius anni.

Particularia remedia.

Xenocrates apud Gal. hœdi ſanguinem nondum concretum cum pari menſura aceti elixabat, dabátque tribus deinceps diebus. Doſis ʒ.ȝ.

Frequens vſus antiquis, maximè initio, atque vbi grumorum ſuſpitio, oxycrati diluti, id eſt, aceti ita commixti aquæ, vt bibi poſſit. Acetum quoque in vſu fuit: ſed animaduertenda ſunt, quæ de oxymelite proximo capite annotauimus.

Coagulum cerui, hœdi, leporis, Græcis & Arabibus hac in re commẽdatur, quod mirum eſſe poſſit, cùm natura ſit acri, digerente, & exſiccante.

Auerrhoës & Arabum familiæ parte aliqua refrigerare, adſtringere, & reprimere ſcribunt, aut elemẽtari qualitate, aut proprietate quadam. Certum eſt experimento, quod & Dioſcorides ſcripſit, & in lacte probari poteſt, diſſoluta coagulare, coagulata diſſoluere. Deinde modica quantitate exhibetur, & ex iis, quæ vim acrimoniæ refringant.

Doſis ciceris magnitudo ex oxymelite, vel poſca, ſi grumi diſſoluendi ſunt. Alioqui ex aqua ferrata, plantaginis, & ſimilibus.

℔. coralli rub. torrefacti, & in aceto extincti, terræ ſigillatæ, ana ʒ. ß. ſpicæ ϑ. ß. cum ȝ. 2. ſucci portulacæ, aut polygoni, vini granatorum, lactis vſtulati, fiat potus. Vel ex eodem corallo, terra Lemnia, bolo Armena, cum ſyrupo roſarum è ſiccis, vel myrtyllorum, concinnabitur potio. Rhabarbarum mãditur, datur in ſubſtantia cum aqua plantaginis.

Herbas dat Celſus edendas ſanguinalem, plantaginem ex aceto. Sũt qui animalium oſſa cum ſuis cartilaginibus & tendinibus ſiccata in puluerem redigant, quem cum aqua adſtringente potui dent.

℞. carnium limacum coctarum in vini auſteri, & aquæ plantag. ℔. 2. conſeruæ conſolidæ maioris, & roſ. ana ℔. 1. Cum decoctione limacum fiat diſtillatio in alembico.

℞. ſuprà dicti diſtillati ℔. 1. coletur per manicam Hippocratis, cum ſaccari roſati diſſoluti in aqua plantaginis ʒ. 2. ſantali, ſpicæ ana ϑ. ß. Symphyto ſæpe vſi ſunt veteres in ſanguinis reiectione, quẽadmodum Galen. lib. de theriaca hanc vſurpauit cum ſymphyti decocto.

Puluis è limacibus in tegula ſiccatis, ſanguinem comprimit.

Idem præſtant trochiſci de carabe, de terra ſigillata cum decocto hæmatitis conquaſſati: athanaſia cum decocto polygoni, vinum ſaluiatum. Aut.

℞. lapid. hæmatitis, bol. arm. optim. corall. rub. mummiæ, pulmo. vulp. ſicci ana ϑ. 1. ſeminis botryos, cinam. ana ϑ. 1. ſacch. roſ. ʒ. ß. cum mucagine tragacanthæ extracta in aqua ſaluiæ vitæ & myrtillor. f. troch. Vel incorporentur in conſerua roſ.

Vbi viribus metuitur, expreſſionibus vtendum eſt è perdicibus, turturibus, quarum ventres adſtringente materia farciantur. Aut diſtillata hoc modo imperanda ſunt.

℞. conſeruæ roſ. cornorum, ſymphyti an. ʒ. 2. electarij diarrho. Abbatis, diamargar. frigidi, triaſantali, aromatici roſati ana ʒ. 2. ſpicæ, cornu cerui, coralli rubri, puluerator. ana ʒ. 1. ß. trochiſcor.

de terra ſigillata, de carabe, de ſpodio ana ℈.4. ſeminis acetoſæ, portulacæ, plantaginis ana ʒ.1. aquarum portulacæ, roſarum, plantaginis, vini granatorum ana ℥.4. decoctionis duarum turturũ, & vnius perdicis ℔.4. cum mica panis albiſſimi infuſi in vino granatorum, & carnibus vnius capi fiat diſtill. Coletur per manicam Hippocratis vt priùs. Licebit etiam parare ſyrup. è ſucco plantag. vngula caball. centaurio, ſcabioſa, bipinella, quo tanquam lohot vtatur.

℔. teſtarum oui, detracta membrana interiores, ℥.2. pulueriſentur. Dentur ex aquæ plantaginis ℥.3. ſucci ſaluiæ ℥.2. ſacchari roſati ℥.ß. Detur ieiunis.

℔. gummi arabici, tragacanthi aſſi, boli armenæ ana ℈.1. coralli torrefacti, cinamomi ana ℈.ß. Ex lacte cocto eodem modo ſucci ex ſupradicta materia ad ℥.2. aut ʒ. per ſe exhiberi poſſunt. Poterit inſpergi ʒ.1. eorum, quæ comminui poſſunt, aut decoquuntur in aqua pluuiali, in lacte, in aqua ferrata, aut ſimili.

Centinodium & in iuſculis coctum, & partibus adhibitum efficaciſſimum comperi reiectione ſanguinis, menſtruis, &c.

Similiter hordeata, lac amygdalinum, ex eiuſmodi liquoribus parari debent, iidémque pulueres inſpergi poſſunt. Interim quotidie aqua hordei cum ſaccharo roſaceo, ſyrup. è roſis ſiccis, ſyrupo myrtill. ſanguini temperando erit accommoda. Vſu autẽ adſtringentium aliquando ſputum ſupprimitur, & fit ſpirandi difficultas: vbi ad lenientia redeundum, vt paulò pòſt obſeruabitur.

Admouenda thoraci, non quæ adſtringunt vehementer (horum enim vis ad pulmonem non penetrat, cogítque ſanguinem in pulmones) ſed iam vacuata copiâ, ſedato motu, vinum adſtringens cum oleo roſato, myrthino, cydoniorum. Commodum erit emplaſtrum præſcribere, pectori, dorſo, & lateribus affigendum. Quale hoc eſt.

℞. ceræ, pic. reſinæ pini, bitum. ana ℔.1. mannæ thuris ℥.6. ceruſ. ℥.4. vitrioli ℥. 4. opopanac. ℥.2. ol. quod. ſ. aceti ℥ 20. Confectionis modum petito ex cap. 4. lib. 3. de materia chirurg. Hyeme etiam nardinum conuenit cum lana ſordida in eo madefacta, & appreſſa pectori. Loco vini, aceti vſus eſt æſtate, benè carnoſo corpore, robuſto genere neruoſo, nec vrgente tuſſi.

E thure, terra ſigill. bolo armena, oui albumine incorporatis cataplaſmata fiunt adiungenda thoraci, adiunguntúrque poſt vſum lanæ ſordidæ prædictæ. Quòd ſi malum ex perfrictione ortum eſt, tapſia, ſinapi, & quæ ex his conficiuntur medicamenta ex vſu ſunt. Oportet autem hæc permittere, dum calor medicamenti penetret. In grauiore tuſſi philonij aliquid imperabis, quod aliter Græcis, aliter Arabibus deſcribitur.

Philonium Græcorum.

℞. piperis albi ʒ.20. opij ʒ. 10. croci ʒ. 5. ſeminis hyoſcyami albi ʒ. 20. ſpicæ nardi, euphorbij, pyrethri ana ʒ.1. excipiantur melle cocto.

Philonium Arabum.

℞. papaueris albi, hyoſcyami ana ʒ. 20. opij, terræ ſigillatæ ana ʒ.10. hæmatitis lapidis, croci ana ʒ.5. caſtorei, ſpicæ, euphorbij, pyrethri, margarita-

rum non perforatarum, carabe, zedoariæ, doronici, galliæ moſchatæ ana ʒ. 1. caphuræ ϑ.1 cum melle roſ.colato incorporentur. Doſis eſt à ʒ.ß. ad ʒ.1. cum ſucco arnoglоſſi,aut vino diluto modica aqua roſarum.

Rhazes Philoniũ ſic deſcribit. ℥.piperis, ameos, foliorũ rutæ,mentaſtr.caſtorei,baccar. laur. cumin. an.ʒ.1.opij,mandrag.ſeminis hyoſcyam.alb.an. ʒ.1. mellis q. ſ. quoniam ſcilicet omnium doſis ʒ. 1. aut ϑ.4.Si addas dacrydij ϑ 1.fiet ſolutiuum.

Idipſum, vel philonium Romanum,cum polygonij ſucco vehementi tuſſi, vigiliis, fluxionibus medebitur. Vel.

℥. mummiæ puluerat. ʒ. 2. maſtichis ϑ. 2. cum mucagine tragacanth. extracta in aqua ſaluiæ fiant hypoglottia.

Trochiſci de bolo armena,& ſimiles cum pulueribus conuenientibus & ſyrup. roſ.ſicc. in modum lohot ſumi poterunt.

Meminiſſe verò oportet nunquam vtendum eſſe narcoticis recens paratis, ſed ſemeſtre ſpatium eſſe expectandum,aut eò plus.

Nec ſtatim his vtendum eſt,ſed tentatis priùs leuioribus remediis,& vbi natura robuſta eſt. Datur tamen interdum theriaca recens, vt quatuor menſium,craſſioris fabæ magnitudine,ſomni conciliandi gratia, fluxiones ſiccandi & craſſandi. Exhibetur autem veſpere.Poſtridie quoque, perſeuerante fluxione datur eodem veſpertino, tempore, ſed quantitate paulò minore.Quieta verò iam fluxione, mane ſumitur,ſed ætate vigente,vt annorum 10.

Vel ex ſyrupi de papauere, de iuiubis, roſarum

de ſiccis ana ʒ. 1. parabitur zulapium ad ſomnum promouendum, & fluxiones præpediendas accommodatiſſimum. Multa ex quinto methodi colligenda ſunt, quæ ad ſputum ſanguinis pertinent.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ἀναφορικοί, quaſi ἀναφέροντες, ſurſum ferentes, & αἱμοπτοϊκαὶ Græcis dicuntur, qui ex inferioribus partibus per os ſanguinem reiiciunt. Ex ore quidem & gingiuis, ſi expuitione prodeat ſine tuſſi, & paucus: è gutture, ſi cum ſcreatu: ex aſpera arteria, ſi cum tuſſi leui: ex pulmone & thorace, ſi cum tuſſi vehementi. Sed vehementior adhuc tuſſis eſt, cum è thorace reiicitur, quia primùm ad pulmonem trahitur, & inde per aſperam arteriam deturbatur. Vomitu redditur è ventriculo, ſiue è cerebro defluxerit, ſiue ibi concreuerit, aut caſu, vel percuſſione, vel eroſione cumulatus fuerit. Interpres tamen Coacorum præſagiorum ita habet. Qui ſpumoſum ſanguinem euomunt, dolore infra ſeptum tranſuerſum non exiſtente, de pulmone vomunt. Et quibus quidem magna in ipſo vena rumpitur, multùm vomunt, & in periculo verſantur. Quibus verò minor, minus educunt, & ſecuriores ſunt. Quanquàm Galenus refert quendam in palæſtra graui plaga accepta, ferè duas cotylas ſanguinis tuſſiendo expuiſſe, qui ſtatim ſecta vena, & adhibitis iuſtis remediis conualuit, & in poſterum ſuperuixit. Ergo ab apertione venæ, aut ruptione in maiore quantitate reiicitur, idque tutius eſt, licet non ſine periculo. Ab eroſione verò, in exigua. Hoc deterius, feréque primùm tuſſim ſiccam excitat & magnam: aliquando copioſior, cum vas inſigne exeſum cum vlcere pulmonis, & lateris ſiniſtri dolore, vnde ſequitur tabes. Diſtinguendum etiam diligenter an acrior ſanguis & vitioſior diſtillationem excitet, & in pulmonem confluat, vnde fiat eroſio: an vitio pulmonis & imbecillitate excrementum ibi colligatur, quod putreſcat: an ſuppreſſi menſes, aut conſueta aliqua vacuatio. Cùm reiicitur niger & concretus, & antè fluxit è naribus, indicium eſt è cerebro in pul-

Galen. libell. de venæ ſect. contr. Eraſiſtratæos.

monem profluxiſſe, aut aſperam arteriam. Cognoſcitur autem à carne ſeu propria ſubſtantia pulmonis vlcerata exire, duobus ſignis certiſſimis: vno, ſi ſit ſpumoſus, vt ſcribit Gal. commentar. in aphoriſm. 30. lib. 7. modò tamen ſpuma firma maneat. Nam aliquando venis ruptis, aut thorace vlcerato, licet rarò, & non neceſſariò, ſpumoſus expuitur ſanguis, ſi agitatio quædam ac motus accedat, vnde ſpuma illi inducatur. Sed hæc citò euaneſcit. In pleuritide etiam rarò ſpumoſus, licet id aliquando contingat. Alterum eſt, ſi carunculæ & ramenta vaſorum ſimiliter excreta, & propriam viſceris ſubſtantiam referentia ſimul appareant. Spumoſus autem eſt, quia leuis, tenuis, aëreus & ſpirituoſus ſanguis, quo nutritur pulmo, quibus accedit motus, & aëris inſpirati commotio. Lege cap. 6. lib. 4. de locis affectis, ſigna Meth. 5. Particularia remedia. 7.

Sanguinis à propria pulmonis ſubſtãtia manantis ſigna.

Remedia ſunt phlebotomia, potus aquæ, ſilentium, parciſſima vita, exigua reſpiratio, frictio & vincula extremorum, potiones ad reprimendum ſanguinem, Cucurbitulæ in regione hepatis, epithemata, vnguenta, condita, linimenta, ſyrupi incraſſantes, ligaturæ, coctio materiæ, purgatio, diſſoluentia ſanguinem coagulatum, cientia ſputum. In eroſione, priuſquam, ſanguinem expuant, ad diuerſionem anguſto foramine vena ſecanda, purgandum, diuertendus catarrhus, caput & pulmones confirmandi. In multitudine humorum è thorace expurganda habeatur ratio, ne materia ſupprimatur, néve ſanguis irritetur. Etenim ſuppreſſo ſputo lenientia iterum veniunt vſurpanda. Oxymel & acetum ſuſpecta, ſi puer, aut mollis æger, macilẽtus, neruoſo genere imbecilliore, aſperiore tuſſi, ſputis craſſioribus, aut liquidioribus, ægro debili, & ſene. Frequenter repetenda phlebotomia, ſi vlcus non eſt, ſi recens malum & non inueteratum, ſi vires firmæ. E faucibus & tonſillis minùs periculi: ab arteria plus: à pulmone plurimum. Inde enim ſuppuratio, & tabes.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXVII.

Αἵματος πλύσεως, ſeu ſanguinis reiectationis nomine Galenus libro quinto Methodi eam

Gal. lib. 1. de lo. mal. affec.

propriè ſanguinis excluſionem intelligit, quæ à thorace atque pulmone manat: quanquam ſanguis è gula, ventriculo, hepate, ſplene, nonnunquam etiam ex aliqua oris parte, gingiuis, faucibus, gurgulione in os confluat, dum is, qui per nares purgandus erat, ad palatum deſcendit. Cauſæ repetendæ ex capite de hæmorrhagia.

Haimoptyſeos curatio.

Ad curationem maximum eſt in victu incraſſante & adſtringente, qui & ſanguinem ad fluxum reddit ineptiorem, & vlcus ipſum vnit, momentum. Qualis erit ptiſanæ cremor, cui inſperſa ſint malorum punicorum grana: vel hordeatum: quod efficacius fuerit, ſi hordeum coquatur in decocto lactuc. portul. plantag. centinod. & ſeminis eorundem, adiecto ſaccharo roſaceo. Baſilica vena confeſtim pertunditur ad reuulſionem, quia ſanguine ad affectam partem ſemper confluente, fruſtrà adſtringentia, agglutinantia, & alia eius generis, præſcriberentur. Mox hæc potio propinetur.

℞. rhei vſtulati ℈.1. mummiæ, terræ ſigill. ana ℈.1. ſyr. cydon. ʒ.1. cum aq. roſ. & plãtag. f. potio. Dabitur manè, veſperi.

In eundem vſum concinnantur zulapia, quæ præcipuè ſub horam ſomni aſſumuntur.

℞. ſyr. roſ. ſicc. de papauere, & cydon. ana ʒ. 1. aqu. plantag. portulac. centinod. an. quart. 1. puluer. corn. ceru. vſti, lapid. hæmatitis an. ʒ. 1. maſtich. ℈. 1. f. zulapium pro doſibus 3.

Vel lupinares trochiſci, ineunte præſertim ſomno ore continendi, imperabuntur.

℞. gummi tragacanth. & arab. in aqu. roſar. diſſoluti ana ʒ. 1. amyli ʒ. 2. bol. armen. terræ ſigill. ana ℈. 4. maſtich. ʒ. 1. cum ſyrup. myrtill. aut aq. plantag. vel centinod. f. trochiſci. Vſus ſit, vt ſuprà.

Hûc

Hûc pertinebunt opiatæ, condita, pulueres. Noui noſtratem quendam Lemouicum hæmoptoicum, qui cùm alternis temporibus multum reiectaſſet ſanguinẽ, nec vllis potuiſſet remediis ſaneſcere, ad Iulium Cæſarem Scaligerum, Medicorum ſuæ tẽpeſtatis facilè Principem, confugit: ex quo puluerẽ accepit, cuius vſu breui conualuit. Huius formulã quia mihi communicauit, libet hîc adſcribere.

℞. ſpodij, roſ. rubr. bol. armen. terr. ſigill. hematitis. ana ʒ. ſ. corall. rub. carab. margaritar. non perforat. ana ʒ. 2. ſ. gummi, tragacanth. ana ʒ. 2. ſem. papau. portulac. ſem. mal. ſem. roſ. rub. ſem. arnogloſſ. cornu cerui combuſti ana ʒ. 3. acac. ſucci barbæ hircinæ, ſucc. glycyrrhiz. ana ʒ. 2. amyli torrefacti ʒ. 3. Terantur, miſceantur, f. puluis: cuius doſis ſint ʒ. 3. Datur cum aqua pluuiali.

Hoc remediũ tandem deſcriptum reperi apud Serapionem cap. 25. Tractat. 2. Dum verò iſta fiunt, ſi reſtiterit aluus, clyſtere ſubducetur, vel purgãti medicamento adſtrictionem aliquam relinquente.

Sic poſt reuulſionem & deriuationem ſuppreſſo ſanguinis ſputo, & bene purgato corpore, totus thorax oleo cydoniorũ, roſaceo, vel myrtillorũ, illinetur, maximè verò æſtate. Quod ſi multa fiat ſanguinis eruptio, citra tuſſim, cœli cõſtitutione calida, ægro robuſto & carnoſo, ſpongia aceto imbuta de conſilio Aëtij thoraci apponẽda. Verùm malum à perfectione ortum linimenta & cataplaſmata calefacientia poſtulat. Sed de his plura vide apud Gal. cap. 8. lib. 5. Methodi.

1 *Quæ fit per anaſtomoſim, eſtq; funeſta magnitudine cauſæ, vt deſtillatione catarrhi è capite, vlcere pulmonum: ſymptomatũ calamitoſa vi, ob marcorem totius corporis: difficulta tecurãdi quod vlcus pulmonum curari nequeat propter perpetuũ eorũ motum: nec ſarcotica eò integros vi ribus perducere poſſint. 2 Solutio cõtinui cum ſordibus & ichorecõiuncta.*

3 *Rupta in pulmonib. venar.* 4 *Per theorema illud. Quæcunque diſtillationes à capite tuſſiculoſos & raucos homines reddũt niſi temporis progreſſu ce-*

De 1 *Phthiſi.* CAP. 28.

PHthiſis vlcus 2 eſt pulmonis, quod ferè 3 ſputũ ſanguinis ſequitur, aut tuſſiculam 4 ex acriore

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 280 sur 805

defluxione. Aliquando etiam ruptos abſceſſus thoracis, cum, videlicet, effuſo pure in ſpatium thoracis, atque ita putreſcente, nec in tempore repurgato, pulmones exulcerantur.

Signa phthiſis cùm ex aliis, tum ex Hippocr. & Gal. Apho. 60. 2. in Prognoſticis, & cap. 14. lib. 2. Chronion Aureliani.

Phthiſim ſequitur totius corporis 5 languor atque extenuatio, 6 curuantur vngues, cauantur oculi, ſuccedit mortifera 7 illa facies, 8 capilli defluuium ſequitur, alui profluuium, & mors. Hoc malum, vt incurabile, maxima pars veterum Medicorum in nulla ſpe habuerunt.

Itaque initio abſtergendum atque 9 reſiccandũ. Vbi iam ſatis deterſum eſt, atq; iam nihil ſanioſum repurgatur, glutinare oportet. Sed dum hæc fiunt, 10 extenuatio corporis inſtauranda eſt. Vtemur ergò mulſa 11 initiò ex aquæ potabilis ℔. 1. ℥. 1. ß. mellis. Per omnia vbi detergendum, melle crudo vtendum eſt: vbi glutinandum, melle cocto. 12

Poſtea verò fœnugræci loti, ſubinde abiecta priore aqua, decoct. vtemur, in qua octaua pars vel ſacchari, in calidiore conditione: vel alioqui mellis, diſſoluitur.

Similiter è 13 fricto lini ſemine, è ciceribus rubris, è nuce pinea reſinoſa, ex iride Illyrica, ariſtolochia, porrò & ſimilibus deſcriptis in cap. de aſthmate. Alioqui cum quadruplo melle eclegmata fiẽt, tritis

quiſcant, al teram faciũt tabis differẽtiã. 5 Qua aer, qui inſpirãdo ducitur tabificã acquirit pulmoni b⁹ qualitatẽ, & quod vlcus φλεγμώνωχ ſit, febríſque in corde accẽdatur. 6 Exhauſta digitorum carne. 6 Hippocratica vulgo dicta, depictæ lib. 1. Progno.

8 A ſiccitate partis exhauſto alimento, aut cibi vitio naturali facultate labefactata.

9 Ichorem & ſaniem.

10 Quæ ſit phthiriomate febre & aeris infectione.

11 Si πικρόχολος nõ ſit æger. 12 Vena ſectio, ſi ægri vires ferãt, celebrari poteſt ad ardoris febrilis extinctionẽ, & catarrhi auerſionẽ. Interim cibãdus eſt æger hordeato, detergendũ vlcus: ſi quidẽ æger fuerit tẽperamento frigidiore, & ſi ſit hyems, hydromelite ſimplici, aut compoſito ex bechio, ſcabioſa ſi autem fuerit bilioſior, aqua ſaccharum aut hydro. dilutiori. 13 Vel ex electario diaireos, ſaccharo cãdo, penidijs.

atque in puluerem redactis, quæ cõminui possunt. Cicer rubrum in aqua madeat, atque ita tumebit; tum siccari debet, torrefieri in latere calẽte, teri subtilissimè. Eius pulueris ʒ. 2. inspergantur mulsæ, aut concorporentur melle.

Marrubij M. 1. decoquitur in ℔. 6. aquæ ad dimidias. Colaturæ addi debet ℔. 1. mellis, plus minúsue, idque totum decoquitur ad crassitudinem.

E succi marrubij ʒ. 2. succi caulium, scyllæ, hyssopi, & similiũ, & mellis ℔. 1. coctis, fiunt eclegmata, quorum vim augeri volunt, si ʒ. 2. pulmonis vulpis ad ʒ. eclegmatis admisceas. Nucem pineam, resinosam cum ʒ. 1. glycyrrhizæ decoques in ℔. 6. aquæ. Col. addes penidiorum ʒ. 4. rursus coques ad crassitudinem. Conuenit, vbi tenuis sputatio est, cúmque lenire & coquere oportet.

Similiter è butyro, melle & terebinthina, duobus horum, aut tribus mistis.

Variandáque remedia eiusdem generis, ne fiat satietas.

Diuersi verò generis, cùm mutátur indicationes.

Intereà videndum, ánne à catarrho in fauces prolabente phthisis causam habeat. Tum enim pulmo roborandus, cuius imbecillitate excrementa & gignuntur, & promptiùs admittuntur. Dein emplastrum è labdano, resina, pulueribus conuenientibus comparatum bregmati affigetur.

Atque dum hæc fiunt, hordeatis cum saccharo, aut melle, lacte amygdalino, vino albo, tenui, & subdulci, lacte, aliísque rebus, quæ vires refouent, vtendum est.

Iam purgato vlcere, instauratis viribus, alimen-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 282 sur 805

14 *Vt vitulina carne, pullis gallinaceis.*

tis 14 partim mediæ materiæ, partim reſiccantibus & glutinantibus vtendum eſt.

Geſtatio mollis conuenit, aër ſiccus, balneum dulce (vt ſcilicet, firmis viribus, in linteo, quod à duobus teneatur, immergatur balneo, ex decocto omaſorũ, maluæ, biſmalu. & parietar.) à quo inunctio ex oleo violaceo, butyro recenti, theriaca, mythridatium, emplaſtra ſiccantia adiuncta pectori. Dropaces, atque etiam 15 Sinapiſmi conueniunt. 16 Bolus armena, terra ſigillata & ſimilia imperanda ſunt. Hæc ferè placuerunt veteri Medicinæ. Poſteritas Medicorum eadem obſeruauit: quædam etiam addidit. Lacte 17 plurimùm vſa eſt aſinino, & caprino: in ſumma ſeroſo, cùm detergendum eſt. Ouillo, vaccino, muliebri, cùm refouendũ eſt: vſtulato vaccino, aut etiã cum aqua pluuiali cocto, cùm glutinandum. Itaque initio aſinino & caprino cum modico mellis, ne cogatur aut aceſcat in ventriculo, modico quoque ſalis vtendum eſt. Refouentur vires lacte muliebri, quod exugat æger è mamma mulieris, quæ ſit ſana. Atque id quidem melius eſt ſuctum, quia cum lacte ſpiritus & vita exugitur. Si deſit muliebre, vaccinum bibat recèns emulctum, cum modico ſacchari.

15 *Admouendi capiti, ad exhauriendũ fontem catarrhi.*

16 *Hæc ad ſiſtendã fluxionem.*

17 *Lactis vſus concedetur, ſi nulla ſit febris excuſatio, ſi nõ ſit βορβορυγμὸς, id eſt, ſi non ſint flatu viſcera diſtẽta, & ſit æger vẽtriculo frigidiore, nec ſit cephalalgicus.*

Sugendum lac erit matutino tempore. Abhinc tribus horis ouum ſorbeant. Vino vtantur albo, tenui, dulci, diluto. Pullaſter ad prandiũ comparetur infarctus ſuccido hordeo, & paſſul. mũdatis. Aqua, quâ vinum diluant, & concoquant cibos, ſit aqua hordei. Colatitiis, conſumptis è perna vitulina, capone iuuene infarcto hordeo cum herbis commodis, locus erit: de quibus paulò pòſt.

Hordeata quoque, & lac amygdalarum ex lacte, vel pullorum decocto confici debent. Pineola, caſtaneæ miſcétur hordeatis. Condiuntur multo ſacchar. roſ. infunduntur illa priùs in aqua roſacea veteri, dum coquuntur, eadem aqua inſperguntur.

Pythocles ex Hippocrate ſeptimo Epid. lacte, multa cum aqua ammixta, renutriebat.

Vtiliſſimum erit ſyrupum reſumptiuum, à Ioanne Tornamirano cap. de febre hectica deſcriptú, Vſurpare.

Refouendis viribus lactis cremor cum multo ſaccharo conuenit. Sanguis humanus deſtillatus, aqua cancrorum, deſtillatum reſtaurans. Vbi glutinandum eſt.

℔. lactis lib. 1. aquæ pluuialis, in qua roſæ maduerint ℥. 3. Simul bulliant, ſubinde ferro candente aut calybe intincto. Alioqui.

℔. lactis à quo butyrum extractum ſit, ℔. ß. teneatur nocte vna ſub dio. Fortiter agitetur & deſpumetur: cui adde ſacchari roſati ℥. ß. boli armenæ ʒ. 1. ſæpe vtatur. Hoc modo igitur veteris lacte. Saccharum roſatum maximè commendatur initiis recens. Cum glutinandum eſt, veteri potius vtemur. Similiter conſerua roſarum & ſyrup. roſ. Conſerua datur per ſe, aut cum ſyrupo myrtillorum, aut aqua hordei, in qua cancri fluuiatiles coxerint. Cancri crudi feruefacti priùs in aqua, & repurgati in quadruplo lacte vaccino, aut conuenienti, concoqui debent ad dimidias. Deinde caudæ deſquamati, vel per ſe comeduntur, vel integrè contunduntur, & inde ſuccus in lac, in quo coxerint, exprimitur. Bibitur lac hoc, aut inde amygdalogala, vel

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 284 sur 805

hordeatum. Comparatur maximè, vbi viribus consulendum est.

Túmque aliquando vitellum oui vnà dissoluimus. Coqui possunt ex aqua hordei. Testæ verò cancrorum in fictili vase cremari debent, & glutinando asseruantur.

Eodem modo limaces & testudines præparant. Verùm oportet diligentiùs multò repurgari. ℞. carn. limac. benè mundatorum ℔. 1. vngul. caballinæ benè tritæ ʒ. 2. lactis pinguis q.s. f. decoctio ad perfectam coctionem limacum, deinde expressio fortis quæ saccharo edulcetur.

Pulmo vulpis in frustula diuiditur, abluitur ex vino, incoquitur leuiter in aqua rosarum, decocto sumach, aut simili. Rursus lauatur, siccatur. Vsus tempore in puluerem redigitur ʒ. 2. cum syrupo myrtillorum exhibentur. Vel hoc modo.

℞. pul. pulmonis vulpis. capill. ven. sem. fœnic. ana ʒ. 2. incorporentur cum succi liquiritiæ ʒ. 2. mellis coct. quantum sufficit, cum affusione modici syrupi de myrtillis.

Consolidant hæc. Caseus recens, lac vstulatum, testæ cancrorum, bolus armena, terra sigillata, sanguis draconis, olibanum, mastix, carabe, gummi arab. corallus, rosæ, balaustia, myrrha, & alia eiusmodi. Dantur ex vitellis ouorum, & alia quædam ex lacte vstulato, succo cydoniorum, rosarum, granatorum, syrup. myrtillorum rosato de siccis.

Vel. ℞. caudarum cancrorum fluuiatill. desquamatarum & lotar. ʒ. 3. lactis recent. ℔. 1. bulliant ad

medias: dein caudæ contundantur fortiter, & cum lacte dissoluantur: cui adde farinæ hord. amyli puriss. ana p. ß. lactis amygdal. dulc. ℥. 4. misce lento igne. Est quoque hîc Philonij perfici vsus, quod proximè descripsimus. Pata leonis vulgò dicta trita affigitur pectori & gutturi: phthisicis & anginosis foras attrahere materiam creditur. Rustici transfixam aurem radice implent, & ita curant. Nutriendum aliquando iure galli decrepiti, alterati cum herbis, & cæteris rebus, quæ conuenient. Ad consolidationem maximè facit panis puriſſimus, cum decocto mastiches pistus, & vinum subadstringens.

Conueniunt fructus, ficus, vuæ passæ, pistacia, nuclei, pinei, dactyli dulces, pira cocta, & sacchar. conspersa.

Videndúmque maximè circa initia, ne nimiùm siccātibus vtamur, quibus cum volemus vti, lenientibus commiscebimus, aut multo liquore diluemus. Febricitantibus phthisicis, sitientibus, & calidiorem stomachum habentibus diamelon Alexandri è succo cydonior. Vel è cydoniis incoctis in aqua rosar. aut vtríque seminibus frigidis, additis ros. santalis alb. rub. succ. glycyrrhiz. recent. vel.

℞. aquæ rosarum ℥. 4. malorum dulcium libr. 1. s. sacchar. ℔. 1. santal. alb. & rub. succ. glycyrrhiz. rosarum ana ℥. 1. s. quatuor seminum frigidor. ana ℥. 1. syrup. rosac. q. s. Mala intus & extra purgantur, cum aqua rosarum lento igne, vel in diplomate coquantur ad tertias, tere in mortario: deinde in aqua rosarum & syrup. de coque, & cum pulueribus & saccharo misce. Dentur ℥. 3. mane & vesper. Distil-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 286 sur 805

latum refouendis viribus conuenit.

℞. conſeruæ borrag. violarum, roſ. ana ʒ.1. ß. conſeruæ ireos, enulæ ana ʒ. ß. electar. de gemmis ſine ſpeciebus, diarrho. Abbatis, triaſantali ſine caphura, diamargar. frigidi ana ʒ. 2. margaritarum perforatarum, coralli, ambræ citrinæ ana ʒ. 1. paſſularum, ficuum, ſebeſten, glycyrrhizæ ana ʒ. 6. nucleorum pini, amygdal. ana ʒ. ß. gummi tragacanthi, gummi arabici ana drach. 2. ſem. aniſi, fœniculi, vrticæ, quatuor ſem. frigid. communium, ſem. papaueris albi ana ʒ. 1. terræ ſigillatæ, boli armenæ, roſarum ſiccarum ana ʒ. 3. aquarum bipinellæ, vngulæ caballinæ ana ʒ. 4. decoctionis limacum, cancrorum, duarum iuuenum gallinarum ana libr. 1. cũ carnibus vnius capi iuuenis bene pinguis, vnius perdicis, mica panis in vino odorifero infuſi, & ℔. 1. ſacchari albiſſimi, fiat diſtillatio. Deploratis inſtituitur eclegma ex ſeminis vrticæ ʒ. ſ. cinamom. ʒ. 1. & mellis quantitate ſufficiente, vel decoctum è floribus roſmarini cum aqua pluuia. Quòd ſi his remediis nihil proficiatur, vel vruntur, vel relegantur ad mare.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

φθίσις pro tabe & atrophia qualibet aliquando ſumitur. Significat enim ſyderationem quandam & marcorem, extenuationem, ἀπὸ τῦ φθίνειν, ita vt nonnunquam etiam ad oculi affectus traducatur, præſertim pupillæ. Quatuor tamen præcipuæ ſpecies reperiuntur, apud Hippocratem & Galenum: renalis, lib. de morbis internis: dorſalis, 2. de morbis: extenuatio ſine pulmonis vlcere, ab eius tamen calida & ſicca intemperie, aut febre hectica: quarta, quæ omnium maxime pro-

Phthiſis quatuor ſpecies.

priè φθίσις dicitur, Athenienſibus phthoë, ab vlcere pulmonis. Hæc duo perpetua habet ſymptomata: febrē lentam, paruam, putrem, quotidianam, noctu magis, quàm interdiu, affligentem, quæ oritur à putredine humoris, aut propriæ ſubſtantiæ pulmonis, vnde calor obviciniam cordi neceſſario communicatur: deinde extenuationem totius corporis, colliquatis nimirùm, & conſumptis carnibus, ac ſolidis partibus ſupra modum reſiccatis, tum ob febrem, quæ corpus perpetuò depaſcitur: tum ob deiectiones humidiores, & crebros ſudores, qui inde conſequuntur. Exulcerationis pulmonum cauſæ multæ eſſe poſſunt, ſed duæ præcipuæ, & frequentiſſimæ, ſputum ſanguinis repreſſum nec expurgatum, & defluxus pituitæ ſalſæ à cerebro calefacto. Præcedit tuſſicula, punctura quædam ad latus, mammillas, ſcapulas, titillatio faucium, præter cætera ſigna ſuperiore capite explicata. Familiaris eſt quibus oblongum collum, anguſtus thorax, caput infirmum, ſublimes ſcapulæ, tanquam alæ, vnde φθινώδεις & πτερυγώδεις, quaſi alati, nominantur. Apud Hippocr. & Galenum tria in hoc affectu reperiuntur mortis certiſſima ſigna, ſputum grauiter olens, capilli defluentes, alui profluuium. Quæ tamen tum ad curationem, tum ad prædictionem diligenti egent diſtinctione. Primùm in tabeſcentibus aliquando gingiuæ & os exulcerantur fluxione, & pituita grauis defluit à cerebro, vnde ſputa grauiter olent, quæ tamen mortem proximam non indicant. Deinde alui profluuium quibuſdam accidit deficiente natura: aliis conuerſa diſtillatione in ſtomachum, quibus ſolet tuſſis imminui: cæteris alia occaſione, atque id non ſemper lethale. Idem iudicium de capillorum defluuio, quod humorum vitio, & capitis cachexia fieri poteſt. Ita igitur accipiendum. Si ſputum è pulmone educatur, & vel carbonibus inductum, vt vult Hippocr. in Aphor. vel, vt Philoth. in vas vitreum aqua plenum, & impoſitum prunis iniectum, vt in caleſcendo diſſolutum vaporem edat, ægro & aſſidentibus manifeſtam grauitatem & contagioſum halitum inſpiret, lethale eſt. Oſtendit enim putredinem, & καυσώδειαν. Deinde grauis halitus cor vicinum lædit, vnde mors celerior, ſicque malum eſt, & vt cauſa, & vt ſignum. In Coacis præſagiis inde etiam mortis aliud ſignum colligitur: ſi, videlicet, ſputum iniectum æqua marina æneo vaſi incluſa, in fundum mergatur. Idem demon-

Phthiſis prò dicta duo perpetua ſymptomata.

Pulmonum exulcerationis duæ cauſæ præcipuæ.

Aph. 11. 12. 14. lib. 5. & 16. 7.

Philotheus comment. ad aph. 11. lib 5.

ſtrant capilli defluentes ob ſiccitatem, vel virium imbecillitatem, & humida deiectio, ob potentiæ debilitatem, vt ait Galenus. Additur in Præſagiis, ſi ſuppreſſo ſputo mens ad nugas & delira verba commoueatur. Formula enim mortis in tabidis eſt, cum ſputo retento vel ob copiam, vel virium imbecillitatem, vel adſtringentium vſum, obſerantur viæ ſpiritus, vnde ægri ſtrangulantur. Tandiu enim viuunt, quandiu pulmonem per ſputa expurgant. Atque etiam hinc efficitur, vt & autumnus, & Ver humores fundendo, & omnes conuerſiones inſignes tabidis infeſtiſſimæ ſint, adeò vt his vulgus ipſum ſæpè mortem denuntiet, foliis arborum cadentibus, aut renaſcentibus.

Galen. cõm. in aph. 12. lib. 5. & cõm. in aph. 16. lib. 7.

Coquere oportet, tenuare, diluere, expurgare, detergere, ſiccare, glutinare, inſtaurare corpus, catarrhum auertere, confirmare cerebrum & pulmones, vitare, quæ deorſum purgant (niſi materia fluente) quia ſic ſputum & pus retinetur, materiæ motu altò reuocato, & corpus magis conſumitur. Phlebotomia non conuenit vlcere facto, niſi noua fiat expuitio, aut venæ alicuius recens apertio metuatur, & vires ferant. Remedia ſunt ſyrupi, potiones, linimenta in pectore, conſeruæ, fumigia pulueres, lohot, hordeum immundatum, lac aſininum, balneum, & ſimilia.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXVIII.

Phthiſeos primæ differentiæ ex Gal. comm. ad aph. 10. lib. 3.

PRimariæ duæ phthiſeos differentiæ Galeno ſtatuuntur: vna quidem ab acri diſtillatione è cerebro, vt pituitæ ſalſæ, aut bilioſæ materiæ, ſenſim ac ſenſim pulmones excauantis: altera, quæ proprio pulmonis vitio, nulla prægreſſa fluxione, ſit orta, rupto, exeſo, aut aperto aliquo vaſe. Quibus accedit quæ ex fluxione aliarum fit partium. Succedit nonnunquam peripneumoniæ, pleuritidi, empyemati, ſanguinis ſputo. Interdum morbus eſt hæreditarius. Eſt quoque contagioſus. Signis ſuis ſatis eluceſcit.

Gal. cap. 3. lib. 1. de diff. febr.

Phthisis nisi primis statim diebus curetur, insanabilis est: quòd scilicet pulmonis vlcus citra tussim expurgari nequeat, à qua tamen maximè laceratur: vnde mutuas velut per operas malum tabidis in orbem redire consueuit. Deinde medicamenta parti affectæ idonea, integris viribus eò non pertingũt. His causis duabus additur continuus pulmonum motus. Et quamuis vlcera pulmonis curaueris, quia tamen callosas & fistulosas reliquias ferè deponunt, facilè denuò exoriuntur. Imprimis igitur, si vas aliquod in pulmone sanguinem fundat, vulnus quàm celerrimè glutinandum, antequam phlegmonem ingeneret, remediis cap. super. explicatis. Quod si ferina è capite destillatio primum sit huius morbi suscitabulum, venæ sectio, purgatio, capitis confirmatio, tussis inhibitio remedio erunt, vti in catarrho dictum est. Si vlceris tergendi consilium præualeat, hydromel solum, vel cum hyssopo, hordeatum, aqua saccharata, syr. de glycyrrh. lac asinin. imperabuntur. Sed hæc detergentia nõ dum sanguis reiicitur, sed cùm restiterit, exhiberi debent. Atque tum detergere atq; cõsolidare sic oportebit. *Phthiseos curatio.*

℞. Iohot de pulmone vulpis ʒ. 1. syr. ros. siccar. vel syr. de glycyrrh. aut de hyssop. ʒ. ß. Misceantur. Æger lambendo vtatur cum baculo glycyrrhizæ.

Proderit interim suffitus ex vngula caballina, & hic quoque puluis longè à cibo vtendus.

℞. bipinell. siccæ ʒ. 2. ireos Florent. ʒ. 2. ß. sacch. ros. ʒ. 1. vtatur vt suprà.

Marcorem verò atq; consumptionem, quã cordis exsiccatio infert, instaurare licebit sequentibus remediis, & parti affectæ, & affectui quoque ipsi conuenientibus.

℞. amygdal.dulc. mundat. ʒ.2. pineol.bene præparator. paſſul. mund.in aq. roſar. contuſ.ana ʒ.1. pulpæ carnis capi, vel coxarum ranar.vel cancro.fluuiatil.vel teſtudin.ʒ.1.ß.medull.quat. ſemi.frigi. maior. althææ & bombac. ana ʒ.2.aniſ. ʒ.1.cinam. ʒ.ß. amyli parum, ſacchar. q.ſ. fiat paſſa panis vel cum vino (ſi febris non dehortetur) vel iuſculo capi. vel aqu. conueniente. Ex qua fiant placentulæ coquendæ in clibano.

Hûc pertinent conſumpta ex pulpis optimar.carnium, pullor.caponum, gallinar. & partium ſuccolentarum vituli,arietis, diu longo igni percoctarũ: expreſſa ex armo ouillo, perdicib.aſſatis, & ſimilib. itémque ſyrupi reſumptiui vulgò appellati. Vt.

℞. paſſul. mund.piſtacior.pineol.& glycyrrh.raſ.ana ʒ.3. iuiub.ſebeſten,fic.ping.an.n.8. hyſſo.agrim.ſcabioſ.bipinell. vngul.caball.hordei decorticati ana M.1.ſemin.melon.bombac. vrtic.althææ, fœnic.ana ʒ.1. ß. flor. viol. & roſ.ana p. 2. cum carn.duar.teſtud.nemoral. præparatar. & minutim conciſar.f.decoct. ad ℔.1.In colatur. diſſol. ſacchar. albiſſimi, & ſacchar. roſ.ana ℔. ß. aſperſa ʒ.1. aq. roſ. fiat ſyrup. perfectè coctus,cuius cochlearia duo ſubinde ægrotanti exhibeantur.

In admotis magna vis non eſt,quia pulmo profundiùs latet. Si tamen educi ſputũ oporteat,quod ex ſtertore intelliges, thorax antrorſum & retrorſum lenientibus illinetur ex cap.de pleuritide repetendis.

De cordis tremore ſeu palpitatione.

CAP. 29.

1 Palpitatio cordis, quæ frequentẽ affert ſyncopẽ, eſt inſanabilis, & quæ fit ex cõmiſtione pericardii cũ corde.

ΠΑ′λμος 1 quem formidinem quidam veterum appellant, motus eſt præter naturam ab excretrice incitatus, cùm id quod nocet, aut nocere videtur, expellere contendit. Idipſum verò aliquando aqua eſt concepta cordis panniculo præter modum

aucta. Aliquando vapor quidam craſſus cordi incluſus: aliàs etiam aliunde importatus, vt è matrice, ventre, & proximis viſceribus. Interdum venenoſus per arterias & venas illatus. Inflāmatio quoque & 2 tuberculum palpitationis cauſſæ eſſe poſſunt, vt & intemperies. Quæ omnia ex cordis 3 temperamento, totiúſque corporis antecedente vita, & aliis ſignis coniectura artificiali 4 diſtingues.

2 *Vt in gallo diſſecto obſeruaſſe ſe tradit Gal. cap. 1. lib. 5. locor. malè affectorum.*

3 *Cuius ſigna pete ex Galeni microtegni.*

Curatio.

Si ſanguinis 5 copia in cauſa eſt, ſi aqua concepta panniculis, ſi 6 inflammatio, aperienda eſt vena 7 dextra baſilica. Auicennas & Arabes dextram, ſi ſanguis cauſa eſt, ſiniſtram baſilicam, ſi 8 vapor, aperiunt. Siniſtra quoque aperiri poteſt, ſi materia non ventriculis cordis, ſed corpore concepta eſt. Quòd ſi malum ab inferioribus partibus inuehitur, aut inſignis plenitudo eſt, venæ crurum ſecari debent.

4 *Vt ritè curationē inſtituas. Nāvt ſunt cauſæ ſic & morborum ideæ: & vt morborum ideæ, ſic variæ remediorum genera inſtituenda ſunt.*

Gal. quinto de locis affectis omnes adiutos phlebotomiâ ſcribit, & extenuante victu, quibus cor palpitabat. Id autem, quia veriſimile ſit vaporem eſſe craſſum, vnde cor palpitat. Neque inutilis eſt purgatio, ſi cacochymum corpus eſt: ſiquidem ex vitioſa materia excitatus vapor palpitationem inuehit. Quod ad reliqua attinet, diſtinguendum eſt, ſítne cauſa frigida, an calida, vt inde ratio vitæ inſtituatur, quæ vim medicatam habeat, & malum corrigat.

5 *Vt inuenibus, qui ex ephebis exceſſere ob hæmorrhag. naturalem ſuppreſſam: aut in mulieribus, quibus menſes nō reſpondent, aut in, qui hæmorrhoidibus laborarunt, aut qui vino ſe & carnibus inuitarunt multis.*

6 *Quæ pulſu duro & febre dignoſcitur.* 7 *Vt reuelatur ſanguis κατ' ἐξιν.*

8 *Qui ducitur per os ſecundum arteriam venoſam parte ſiniſtra, aut hypochondrio ſiniſtro per arteriam cœliacam.*

Materia itaque calida, ambra, ſtyrax, calamintha, moſchus, lignum aloës, caryophyllū, cinamomum, cortex citri 9 & citrangulorum, crocus, nux moſchata, macis, ſem maiora, baſiliſci, vinum aromaticum, odoriferum (Hippocraticum vulgò appellāt) enula, fœniculus, petroſelinum, galanga, zedoaria, amomum, cardamomum, cubebæ, roſmarinus, mētha, polium, calendulæ, theriaca, mythridatium, 10 potio moſchata, electarium lætificans Galeni, diambra, diamargariton calidum, diarhodon cum ſpeciebus, alipta moſchata, gallia moſchata, pleres archontica, capus, perdix, & volatilia. Eiuſmodi, confixa lardo, conſperſo priùs cinamomo, aſſa cum aſperſione vini aromatici. Confectio de aromatibus, vbi ſuſpitio eſt auræ venenoſæ, plurimùm commendatur. Interim verò ſi cordis calida intemperies ſuaſerit, ad refrigerantia conuertere, opportunum erit, & cum ea pugnare ſumptis ſyrupis è floribus perſicorum, è granatis, de ribes, de ſucco acetoſæ, &c.

9 *Vel ℥. corticis citri cōditi, myrobalan. cōd flor orengiæ cōd. nucis moſchatæ cond. conſeruæ anth. viol. bugloſſ ana ʒ. 2. ſpecierū diamargariti calid. aromatici roſati, lætitiæ Gal an ℈.ß. ſacchari roſati ad pondus omnium, fiāt trochiſci Dentur bis in die è cochleari.*

10 *Vel ℥. cortic. citri conditi, conſ. borrag. meliſſæ an. ʒ.ß. cōfect. alkermes, mythridatii veter. ana ℈.1. fiat bolus: detur ſub horam ſomni.*

Conuenientiſſimi verò in cauſa frigida ſunt trochiſci moſchati, quorū hæc eſt formula. ℥. maſtich. ſpicæ, xyloaloës, cinam. caryophyl. gall. moſchatæ, cubeb. cardamom. granor. paradiſi, cortic. citr. ana ℈.4. moſchi ℈.ß. cum vino odorifero fiant trochiſci pondere ʒ.1.

Frigida materia.

Violæ, nenuphar, roſæ, ſantali, caphura, acetum, omphacium, berberis, ceraſa, & pruna acidula, acetoſa, ſuccus malorum granatorum, pomorum odoriferorum, acetoſitas citri, limonū, citrangulorum, perſica, carabe, coriandrum præparatum, cydonia,

pira,lac acetoſum, diarhodon Abbatis ſine ſpeciebus,diamarg.frigidum,triaſantali. Condîta ex his, vt conſeruæ & 11 ſyrupi.Sed condîta & opiata ſiccioribus, humidioribus arida, ceu trochiſci, magis erunt ex vſu. Diſtillata in balneo mariæ, ius pulli infarcti floribus cardiacis,& ſimilia. Ambigua, aurum,argentũ, margaritæ, coralli, os de corde cerui, raſura eboris,cornu cerui,vnicornis, fragmẽta hyacynthi, ſmaragdorum, blattæ bizantiæ, ſpodium, doronicum, meliſſa, borrago, bugloſſum. Sed horum quędam ad frigida, quędam ad calida referri poſſunt.Ex his trochiſci comparantur,fiunt 12 epithemata, poma odorifera, ſtragulæ & veſtes ſuaui odore imbuũtur.Potiones conficiuntur,quæ & palpitationi cordis,& ſyncopę conueniunt. Trochiſci quoque parantur ex materia eiuſmodi.℔.ſpodij,ſemin. cucumeris, citrul. endiu. lactuc. portulac. roſ. ſantal.albor.ana ϑ. 4. caphur.ϑ. 1.cum ſucco citrul. fiunt trochiſci pond.ϑ.4.Sumat quotidie vnũ cum liquore conueniente, vt cum aquæ roſarum ℥. 1. in qua ϑ.4.ligni aloës maduerint.

Electarium de gemmis,confectio de ligno aloës, cardiacos releuant.

Proderit & vinum diluere aquis cardiacis,in quibus vnicornis maduerit.

Auro & argento ſic vtendum eſt. Calefiant in mediis carbonibus:deinde quadrageſies recalfacta extinguantur in vino, aut liquore conuenienti. Liquor poſtea bibitur. Horum quoque vim relinqui volunt, ſi conſeruantur in ventre volatilium, dum elixantur aut aſſantur.Retinentur ore, & ſaliua deglutitur.Hoc modo argentũ ſitim lenit. Alij tenuiſ-

11 *Vt ℔.ſuccorum depuratorum borrag.acetoſæ, endiuiæ, cichorij, pomorum odorifer. ana ℥.3.ſacchar. q.ſ.f.ſyrupus vtatur bis in die cum aquæ decoctionis acetoſellæ.*

12 *Vt ℔.aquarũ ſcabi. acetoſ.buglo. roſ.meliſ.ana ℥.3 ſantalo. omnium, trochiſc. decaphura ϑ 2.f. epithema pro corde.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 294 sur 805

simis bracteolis, quæ folia vocant, & inde condita, electaria vegetiora reddunt. Rursus alij in puluiſculum tenuissimum comminuunt, & ita cum iusculo gall. decrepiti, cum collatitiis, expressionibus, distillatis exhibent. Sed hæc metalla venena credita sunt antiquis, ob immixtum hydrargyrum. Est & aurum potabile in eundem vsum. De colorato confectio alkermes cum rasura vnicornis mirificos præstabit sanitatis fructus.

13 *Hoc commentum est.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Omnibus partibus vim quandam naturâ insitam esse, quâ quod offendit, quoad fieri potest, à se propellant, haud dubium est. Omnium tamen non eadem ratio. In epilepsia, sternutatione, vomitu, id contractione efficitur: in tussi, efflatione. In cordis autem palpitatione idem fieri suspicari licet. Concutitur enim cor, & veluti tremulo quodam motu afficitur ob causam noxiam, tanquam ingressum repente hostem formidans, aut superaturum, aut præ imbecillitate languescentem sibi cessurum. Neque tamen negamus vera & propriè dicta palpitatione, de qua Galenus agit, cor affici, id est, dilatari & inflari præter naturam à substantia halituosa & copiosa, cum perspirare non potest: subsidere autem, vbi foras extrusa fuerit, aut vt alij volunt, palpitationem cordis mediam quandam esse dispositionem, inter pulsum & imbecillitatem. Sed non ideo dilatatur, quia impletur: aut subsidit, quia vapor foras truditur. Verùm cùm vaporem aliunde irruentem, vel in se genitum præ imbecillitate dissoluere, aut arcere nequeat, modò dilatatur, modò contrahitur in sese, quia stimulatur, & palpitatione excutere nititur quod nocet, donec liberum habeat motum, vel omnino deficiat. Vnde sæpè syncope, aut mors repentina consequitur, præsertim si causam intra se præsentem semper habeat. Inde enim cùm & frequentiùs, & vehementiùs irritetur, tandem repentè succumbit. Ob id optimè Hippocr. Qui frequenter ac fortiter

Palpitatio tremulus quidam cordis motus.

Hippo. aph. 41. lib. 2.

absque

absque causa manifesta deficiunt animo, de repente moriuntur. Quod ad cordis palpitationem etiam, quæ sæpe syncopem antecedit, iure accommodare videtur Galenus. Excitari autem potest à tuberculo, abscessu, multo sanguine obstructionem faciente, intemperie calida, vermibus non solùm orificium ventriculi, sed & cor ipsum vellicantibus, vt vult Mesuæus, subita vacuatione, imprægnatione, inflammatione, aqua tunica inclusa & humore putri ac malè olente plena, lapillis, venenosa qualitate, spirituoso halitu, siue ab externis, siue ab internis, siue in ventriculis cordis, siue in substantia, siue in pericardio, siue in arteriis causa subsistat, siue accidat extrinsecus, vt vtero, liene, hepate, ventriculo. E quibus causis nonnullas in dissectis corpotibus hoc morbo peremptis exploratas habuimus: quas non grauabor hic subiicere. Archidiaconi cuiusdam dissecto cadauere, abscessus in substantia cordis iuuentus. In alterius pericardio, aqua. In Britone quodam in collegio Triquetico iacente, inflammatio cordis. In alio, abscessus in vena arteriosa. In multis pericardium flatu distentum, qui tandem solet in aquam concrescere, nisi cordis calore dissoluatur. In muliere, quæ quatuor mensium spatio incredibili vrinæ cruciatu laborauerat, duo calculi reperti in corde cum multis abscessibus, integris renibus & vesica. Sed notatu digniſſima historia Præsidis primarij Rhotomagensis, nomine Remon. Ab ineunte ætate ad annum quinquagesimum quintum, quo obiit, cordis palpitatione corripi solebat, præsertim à somno meridiano, & vbi arctius tibias constrictas habebat. Sensus quidem tremulus erat ad carotidas, hinc pulsus vel nullus, vel paruus, & sine ordine. Soluebatur paroxysmus edito crepitu, ructu, clystere, dolore in mediis clauiculis excitato, deinde in frõte, vel tussi satis violẽta sponte mota. Relictis tibiarum vinculis, & somno melius habebat. Eadem symptomata in muliere nobili apparuerunt. Vtrisque hepar calidius, ventriculus frigidior. Hinc multa fuliginosa excrementa, spirituosúsque vapor & crassus in arteriis interceptus continebatur, qui in cor exhalans, incutiebat tremorem & palpitationem, donec motu, attritu, aut calore (quod ad id non sufficeret, facultas vitalis) dissol-

Palpitatio infinitis fere modis excitari potest.

Io. Mesuæus cap. de tremore cordis.

Archidiaconi palpitatione cordis interẽpta historia.

Brito ex inflãmato corde palpitans occidit.

Palpitãs ex abscessu in arteriosa vena moritur.

Mulier ex calculis ĩ corde repertis exborta inflãmatione concidit.

Præses primarius Rhotomagensis, REMON, *palpitatione cordis crebro, diúque cõflictatus.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 296 sur 805

ueretur, aut alicunde exitum haberet. Ob eandem cauſam ictericis, ſplenicis melancholicis ferè omnibus, cachexiâ laborantibus, puellis ſolet contingere, vapore flatuoſo educto ex vitioſo humore. Eodem modo Galenus refert ex balneo & vitioſis lignis ſuccenſis mulierem ſolitam animo deficere. Alteram ab vteri affectibus idem pati. Cuidam, ſi vel per horam lauaretur, idem accidere, niſi priùs panis aliquid aſſumpſiſſet. Hominem, dum exolueretur, & cor fortiter palpitaret, repentè interiiſſe. Sed omnibus neque eadem cauſa, neque eadem pars affecta. Modò enim in ore ſtomachi, modò in corde fit principium defectionis animi. Palpitatio quoque non ſemper cauſam habet in corde, ſed pars aliqua affecta eſt, cum qua mutuum habet conſenſum, vt pericardium, & arteriæ, præſertim maiores & viciniores, inde vterus, & ſimilia. Cauſa autem modò per ſe morbum efficit, vt tuberculum, aqua, inflammatio: modò aliquid commouet, quod morbum efficiat, vt balneum & ligna ſuccenſa in muliere, cuius meminit Galenus, & hepar ac ventriculus in Præſide Rhotomagenſi. Quam cauſam Hippocrates manifeſtam appellat, aphoriſmo adducto, ſicut priorem non manifeſtam, à qua periculum mortis repentinæ imminet, non ab altera, licet tandem quoque interficiat. Ob ídque vitam Præſes ad 55. annum produxit, cum ceteri eodem morbo, ſed cauſa diſſimili, breui perierint. Frequenter hoc modo fit. Sympatcia aliarum partium, præſertim quibus arteria magna inſidet, decubitu in dorſum & renes vſu vaporoſarum rerum, animi vehementi perturbatione, accedente cordis promptitudine per intemperiem calidam, peſtilentiali aëre, fœtido halitu & venenoſo, venenis, tumore vehementi, & ſimilibus. Pulſus & in morbo, & in valetudine euarians, vt è magno in paruum, veloci in tardum, raro in frequentem, affectum cordis indicat vel primarium, vel ſecundarium, ac tanto periculoſiorem, quanto vel frequentiùs corripit, vel magis continuus vt à nobis obſeruatum eſt in clariſſima muliere, Dom. Duchaſtel. A flatu fieri indicant repentina acceſſio, aſthma, motus tremulus in genis, aut alia parte, dolor

Gale. comm. ad aphor. 41. lib. 2.

Palpitationis cauſa nõ ſemper in corde poſita.

ſubitò accedens & deſinens, obtenebratio in oculis, ſibilus aurium. Ab aliis cauſis, intemperies corporis, ſymptomata, & ſimilia.

Remedia ſunt, victus attenuans, exſiccans, medicamenta alterantia, cardiaca, purgatio, phlebotomia, pilulæ, opiatæ, condita ſiccioribus naturis: humidioribus trochiſci & arida, epithemata, vel potius ſacculi, ſyrupi, clyſterum vſus, præſertim in paroxyſmo. Celeriùs enim vapores reuocant Frictio è linteis, quæ conceperint odorem pulueris violati, fortis inſpiratio, vt gementium, contentis in ore cardiacis antidotis, quòd magis penetret qualitas, illitus arteriarum, vbi magis pulſant, & affrictio per eadem medicamenta cardiaca, vaporatio. Phlebotomia & victu attenuante curabat Galenus. Quod optimum eſt in craſſiore ſanguine & vapore. Omnes tamen ſcribit ante ſenectutem mortuos, vel ſyncope, vel alio genere morbi. Vitentur vincula extra acceſſionem, adſtrictio à veſtibus in ventre, thorace, iugulo, alis, inguinibus, & vbicunque inſignia vaſa, præſertim arteriæ. Si in febrem acutam incidant, corripiuntur ſyncope, vt in vacuationibus imperandis & balneis maxima cautio eſſe debet. Ob idque ad periculi prędictionem, ne in Medici culpam mors reiiciatur, interrogandus æger in morbis, num per ſanitatẽ aliquãdo ſoleat exolui, aut palpitare cor. Sæpè etenim, dũm ſanguis mittitur, purgantur, & ea fiunt, quæ ex ratione morbi oportet, ſyncope intercepti moriuntur.

Gale. ſub finem cap. 1. lib. 5. de loc. mal. affect.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXIX.

PAlpitatio cordis eſt dilatatio præter naturam, morbi ſolius opus. Vnde impropriè, & ſolùm ſecundum analogiam tremor appellatur, ſiquidem hic fiat à natura & morbo, quùm voluntarius motus inchoatus non perficitur. Huius affectus cauſa eſt, vel cordis intemperies frigida, vel ſanguinis copia, vel vapor aliquis, aut aquea ſubſtantia plus æquo in pericardio contenta, vel eiuſdem tuberculum aqueum, carnoſum, ſanguineum. Primariò cor

Galen. initio libr. 2. de cauſ. ſympt. Gale. cap. 2. lib 5. de loc. mal. affect.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 298 sur 805

afficitur, vel per consensum corporis totius, vt in febre pestilente, aut maligna, vel viscerum.

Palpitationis curatio.

In palpitationis curatione minimè procrastinandum, quia syncopen, atque etiam mortem repentinam sæpè inuehit. Mittitur sanguis, sed parciore manu, è basilica sinistra, nisi plethora dextram aperiendam suaserit: alioqui promptius à sinistra auxilium.

Serosus, aut pituitosus humor, qui sæpiùs morbi huius soboles existit, cathartico accommodato purgabitur.

℞. radic. gram. & petros. ana ʒ.2. flor. cardiac. ana p.1. semin. card. benedict. anis. & fœnic. ana ʒ.ß.f. decoct. In colat. pro dosi infunde agar. recens trochis. ℈. 4. rhei elect. ʒ.1. cinam. ℈. 1. In express. dissol. syrup. laxat. rosa. pallid. ℥. 1.f. potio.

A purgatione parabitur humor zulapiis è syrupis de hyssop. capill. ven. de bugloss. aquis melissophyl. beton. card. concinnatis. Proderit ante, aut post zulapium tabellam vnam electarij aromatic. rosati, aut alterius recens parati sumere.

℞. electar. lætif. Galen. dianis. ana ʒ.1.ß. rasur. ebor. corn. cerui, ossis de cord. ceru. ana ʒ.ß. santal. vtriusque ana ℈.1. sacchar. in aqu. melissophyll. dissol. q.s. fiat electa. per lozeng. pond. ʒ.2.

Iteranda erit superior purgatio: vel hæ pilul. ante pastum alternis diebus imperandæ.

℞. aloës elect. ʒ. 2. myrrh. agar. trochis. & rh. elect. ana ℈. 2. cum syrup. de hyssopo f. massa. Ex cuius semidrachma fingentur duæ, aut tres pilul. duab. hor. ante pastum sumendæ.

Intereà cardiacæ potiones, opiatæ, condîta non omittantur. Cordis verò regioni extrinsecus sacculi applicandi.

℥. flor. bugloſſ. meliſſophyll. roſmarin. ana ʒ. 2. ling. aloës, mac. ana ʒ. 1. cinam. nuc. moſchat. ana ʒ. ß. ſantal vtriúſque ana ℈. 1. f. puluis. Excipiatur goſſipio moſchato, fiátque ſacculus panno ſerico interſutus: admoueatur regioni cordis.

Eidem epithemata inſtituuntur ex aqua. meliſſophyll. calendul cardam. borrag. vino odorifero, puluerib. agallochi, cinam. carophyllorum: vel ex iiſdem puluerib⁹ oleo irino & moſchato exceptis, cera pauca addita linimenta.

Verùm ſi feruor cordis palpitationis cauſa ſit, contraria vſurpabuntur remedia, cùm ſumpta, tum admota, ſcilicet refrigerantia: quorum materiam copioſè deſcriptam reliquit Hollerius.

1 Ex ſpiritum & partium ſolidarũ corruptione & alteratione: in quorũ cõmoderata quantitate & qualitate viriũ robur conſiſtit.

2 Tum etiã generationis priuatione, ὑπερκάθαρσι.

3 Vt animi perturbatione, reſpirationis difficultate, inſignium vaſorum obſtructione.

4 Vnde repentinus natiui caloris motus intrò, aut foras.

5 Vt deiectionib⁹, vomitionibus, cholera, morbo, ſudoribus magnis.

6 Vt pulmonis vomica, aneuriſmate rupto: hepatis quoque vomica: vacuatione repentina hydropis, aut empiematis.

De Syncope. CAP. 30.

SYncope eſt 1 præceps virium lapſus ex inſigni 2 ſpiritus euacuatione, alteratione, 3 interceptione. Euacuatur ſpiritus, quia ſubtilior factus eſt, quia corpus rarius eſt, in acri vehementíque calore. In 4 vehementi animi motu, cum iis 5 quæ excernuntur immodicè, doloris grauitate, morbi magnitudine, fame, abſceſſus 6 ſubita eruptione, & maximè in parte principe, aut quæ arteriis plena eſt: neruo, aut neruoſa parte affectis longo labore, ore ventriculi inſigniter affecto, vel ab humorum frigidorum copia, vel ab humorum acrimonia, lentore, craſſitie. Aliquando etiam intemperie. In cruditate, quam ſequitur alui ſolutio, intemperie partium principum & conſentientium.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 300 sur 805

Vteri affectibus, intemperie calida & ſicca nimis attenuatis humoribus, vitalis virtutis imbecillitate. Alteratione verò, intemperie totius corporis principiorum, & earum partium quæ conſentiunt, corruptione, vel ab aëre peſtilente, vel à venenis externis, ab internis humoribus venenoſis, à materia putri retenta in ventre & inteſtinis. Interceptione, ab humorum copia, à craſſitie & lentore eorundem, qui vias ſpiritales intercipiunt. Diſtinctis cauſis curationem inſtitues, colligéſque ex primo ad Glauconem, quæ ad hanc rem pertinent. Similiter & ex lib. 12. Methodi medendi.

Curatio.

7 Ex cõſeruis cardiacis pulueribus, ſeminibus, floribus, fructibus. Vt ex cõſeruis borrag. bugloſſ. anth. nuce moſchata, & id genus reliqua.

In euacuatione, refouendæ ſunt vires, pauco alimento dato interuallis, 7 diſtillatis, expreſſionibus, gelatina, 8 iuſculis, vino, aromaticis.

Puluiſculus cordialis.

℔. marg. ſplendidarum ℈. 2. raſuræ eboris, oſſis de corde cerui ana. ℈. 1. vnicornis Gr. 4. ſacchari viol. ʒ. 2. Vtatur medio cochleari cum ſyrupo de acetoſitate citri. Alius

℔. corticis citri ʒ. 1. margarit. ſplendidarum ℈. 2. ſem. citri conditi, ſem. melonum, & acetoſæ ana ℈. 2. limaturæ auri, fragmentorum ſmaragdi, hyacinthi, ſaphiri ana ℈. 1. ſacchari roſati ʒ. 3. miſce, detur medium cochleare cum vino albo, tenui, odorifero, & parum vinoſo, diluto cum aqua, in qua aurum ſæpius extinctum ſit.

8 Diſſecatur in fruſta capus aut coxa arietina & coquitur in phiala bulliente in vaſe magno aquæ pleno, datur cũ omphacio limonum.

Exhibetur verò vinum, quod ſua ſubſtantia ſpiritus quàm celerrimè repare. At aduertendum eſt, ne ſit aliqua viſcerum inflammatio, aut delirium, aut ardorcum cruditate. Alij ſyrupum

acetositatis citri ad ℥.1.cum aquæoxalidis ℥.2.dissolutum propinant.

Trochisci calidi.

℞.mastichis,spicæ,ligni aloës,cinamomi, caryophyllorum, galliæ moschatæ, nucis moschatæ, cubebæ,cardamomi maioris,granorum paradisi, corticis citri ana ℈.2.moschi Gr.6. Cum vino odorifero fiant trochisci,pondere ʒ.1.aut ℈.4. Alius puluisculus ad idem.

℞. electarij de gemmis, confectionis alkermes, aromatici rosati ana ℈.2.macis, cinamomi ana ℈.ß. sacchari in aqua borraginis dissoluti & siccati ʒ.3. misce,fiat puluis.

Epithema frigidum.

℞. aquæ distillationis rosarum, 9 violarum, borrag.ana ℥.3.vini tenuis odoriferi ℥.1. specierum diamarg.frigidi ʒ.1.ß. misce. Pannus purpureus his calidis imbutus cordi admouendus.

9 *Vel acetosæ scabiosæ,tantundem.*

Epithema calidum.

℞.vini quartaria tria:melophylli,moschatæ ℥.ʒ. misce.

Inunctiones.

℞.olei de costo.& iasmino ana ℥.1.ambræ Gra. 4.Alia.

℞. 10 olei viol.℥.2.cum duobus granis caphuræ misce,fiat inunctio.

10 *Vel olei rosati & cydoniorum an.℥. ß.his imbutũ gossipiũ carptum cordi admouetur.*

Inunctiones,& epithemata sub siniſtra mamma fiunt.

Potiones fiunt in frigida, ex vino tenui odorifero, ex syrupo de corticibus citri, cum aquis me-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 302 sur 805

lissophyll. borraginis, calendulæ.

In calida, cum syrupo de limonibus, de persicis, oxysacchara simplici, syrupo acetoso, violato, de acetositate citri, & similibus. Maximè commendatur syrupus de pomis, qui ita parari debet.

11 *Vel. ℔. succorũ depuratorum acetosæ, agrest. endiuiæ, borra. limonum, pomorum odoriferorum ana ʒ.3. sacchari rosati q.s. fiat syrup.*

℔. 11 succi pomorum odoriferorum cocti & depurati ℔.1. coletur per manicam Hippocratis cũ sacchari violati ʒ.3. cinamomi ʒ.2. Vel, recentiorum more, cum æqua portione, aut paulò minore sacchari, fiat syrupus. Eliguntur poma omnino odorifera, partim acidula, partim dulciuscula. Alioqui 12 pomatio optimo vtendum est, ex quo vel iulep, vel syrupus parari potest.

12 *Modò id abradendo & exasperando nõ sit intestinis molestum.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ἔκλυσις leue animi deliquium: λειποψυχία animæ defectio grauior, nondum tamen ad sudorem vsque: Syncope, grauissima & morti finitima, quasi concisio, quòd spiritus, & vires concidant. Philotheus loco ἀφοψυχίας, in Aphor. ἀποθυμίαν, animi defectum dicit. Sunt, qui distinguant. Aëtius libr. 5. ἔκλυσιν, & λειποθυμίαν pro eodem sumpsit. Distinctio facilior hac methodo, cum causarum varietate innotescet. Animi defectionem nihil aliud esse, quàm præcipitem virium lapsum communi omnium notione perspicuum. Vires autem sunt in spiritu calori natiuo iuncto, & temperamento solidarum partium, calore insito, & humore primigenio siue radicali constante. Ergo in tam præcipiti virium lapsu, vel spiritus, vel temperamentum, vel vtrúnque collabitur. Spiritus autem vitalis cùm sit in corde, duplicémque motum habeat, vel intrò, foras, vel foris, intrò, deficit, vel quia non generatur, vel corrumpitur, vel alteratur, vel non mouetur, vel dissipatur. Non generatur vel corrumpitur à proprio receptaculo, propter intemperiem fortem cordis, vt scribit Galen. cap. 1. libr. 5. de locis affectis: vel defectu alimenti. Corrumpitur,

Vires corporis in quibus sint cõstitutæ.

vel alteratur, à venenata qualitate, siue interna sit ab aliquo membro, siue externa, vt ab ambiente aëre. Non mouetur ad externa, sed intrò cogitur & suffocatur, vel ab affectionibus animi vehementioribus, vt ingenti tristitia, anxietate, mœrore, dolore, cura, & similibus, vnde sæpè syncope & interitus, vt Galenus docet de symptomatum causis: vel à corpore, vt respiratione prohibita, multitudine & crassitie crudorum humorum exiguos meatus obstruentium, vnde Syncope, aut si non obstruant neque onerent, ἀφυξία oritur, vt Galenus docet 12. Methodi. Hûc referri possunt tumor aliquis præter naturam in corde, vel pericardio, vt in dissecto, cuius ex Galeno meminit Philotheus, tunica inclusa in ventriculo cordis plena humore putri malè olente, vermes & similia, de quibus dictum est superiore capite, quæ aliquando obstruunt, aliquando aura venenosa spiritus inficiunt, & cor vellicant, sicuti & humor è ventriculo, aut vtero, aut hepate, aut cerebro, aut etiam pulmone. *Philoth. cõm. in aph. 41. li. 2. Aphor.*

Obseruaui idem cuidam accidisse anno 1549. quod Antipatro Medico. Huic enim mortuo inuentus absessus in vena arteriosa. Sectioni mecum interfuit Nicolaus Lambert chirurgus. Motu autem è corde affatim & repentè aliquando foras dissipatur spiritus, & euanescit eodem modo, quo intrò cogitur, vel ab affectu animi vehementiore, vt in gaudio, voluptate, ira, vigilia, risu: vel causa in corpore contenta, vt insigni euacuatione, purgatione per medicamenta, resolutione spirituum concurrentium ad aliquam partem dolore affectam vehementi, aut erosam, vt ad os ventriculi valde sensile, suppuratione, aut ruptione apostematis, vel tuberculi, siue introrsum facta, vt in ventriculum, siue extrorsum, vt in aqua in hydropicis educenda. Simul enim exhauritur spiritus, & vnà cum ruptione euanescit. Quod Hippocr. multis locis significat, vt Aphor. 27. libr. 6. & 8. libr. 7. In partibus quoque exolutionem fieri, vt vacuatione sanguinis, ita & puris, 2. Epid. Memini vidisse syncope mortuos in huiusmodi ruptione è liene. Dissipatur etiam spiritus, pluribus motibus, tenuitate, raritate corporum ipsos continentium, tenui humore & calido, sudore nimio. Atque hæ sunt ferè causæ, quibus læduntur spiritus, qui si suam affectionem communicent partibus solidis, ita vt incipiant resolui, quod sudore cognoscitur, *Galenus de eo Antipatr. sub finẽ li. 4. loc. affect.*

erit Syncope valde periculoſa, imò veriùs mors ipſa. Neque enim ferè moritur homo, niſi quadam ſyncopis ſpecie. Sin in ſpiritibus tantùm ſit, nec facultas vitalis omnino diſſoluta, Lipothymia propriè dicitur, cuius terminus ſudor eſt. Ob id Galenus ſcribit ad Glauconem Lipothymiam ſyncopis principium eſſe. Solidarum autem partium temperamentum multis quoque modis labefactatur, ob defectum alimenti, conſumptionem proprij humidi, refrigerationem calidi innati, in longiſſimis morbis ex atrophia, in febribus acutis à colliquatione, & ſimilibus. Hinc efficitur duo propria & perpetua eſſe ſymptomata in Syncope, frigus totius corporis à calore exoluto, & ſudorem diaphoreticum, ſiue ſyncopticum, à diſſolutione ſolidæ ſubſtantiæ. Eſt enim ſudor hic peſſimus, & vt cauſa, & vt ſignum. Cauſa, quia ſolidas partes ſpoliat humido, & virium ſubſtantiam diſſipat. Signum, quia imbecillitatem naturæ non ampliùs humores continentis indicat. Sed in Lipothymia tantùm frigus apparet, ſic dicta, quòd ſit in inſtrumẽto animi, id eſt, ſpiritu. In vtráque tamen ſenſus & motus priuatio eſt, & pulſus defectio. Cauſæ ex propriis ſignis cognoſcendæ: remedia vnicuíque cauſæ accommodanda.

Confirmanda facultas vitalis, ſi ab intemperie: à tuberculo & ſimilibus difficilis curatio. In aſpera arteria dyſpnœam efficit: in tenuibus, ſpirituum alterationem. Iiſdem remediis, quibus aſthmatici, curantur. Filio Rogier procuratoris Regij febricitanti in pulſu deficiente & intercidente animi deliquium accidit. Aſthmaticis remediis euaſit. In euacuatione nimia reficiendus æger, vino diluto (diluitur verò aqua frigida, vt frigore fluxum contineat, celeri motu fluxum reuocet) theriaca recenti, irrigatione aquæ frigidæ, ventriculi linimento, frictione partium ſuperiorum, excretio retinẽda. In veneno, vomitus, theriaca, mythrid. propria antidotus, pulueres cordiales conueniunt. In alicuius partis ſympatheia, topica, ſuffitus, vnctiones, cordis roboratio, partis affectæ curatio. In reſolutione ſpirituum, alimenta optimi ſucci facilè & citò nutrientia, humectantia. Diogenes Laërtius ſcribit Democritum multos annos effluentem ſpiritum retinuiſſe medulla panis albi intincta vino optimo, vt Cretico, & conſperſa puluere menthæ appoſitáque ſtomacho, & naribus.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 305 sur 805

ANTO. VALETII EXERCIT. XXX.

Syncope maximè vitalē obſidet facul.

QVanquam ſyncope ex Galeno libr. 12. Meth. virium eſt omnium lapſus, in eo tamen affectu vitalis præcipuè, quæ fundamentum eſt cæterarum, afficitur. Hinc pulſus ferè nullus, nulla penè reſpiratio ſenſus & motus abolitio, in ore pallor, extrema algida & madẽtia, denique ipſiſſima mortis imago. Cauſæ ſunt ſumma, ob intemperiẽ, cordis imbecillitas, ſemper lethalis, ſpirituum à quauis cauſa exolutio, vel ſubita eorundẽ & præfocans ad cor reuocatio, qualis hæmophouis, quib. ſanguis adimitur, ſæpè euenit, qualitas aliqua maligna, aut halitus teter, tota natura infenſus, conſpurcatio ab aſſumpto veneno, aut à morſu animalis venenati, ab aëre inſpirato ex fodina metallica, ex cadaueribus & leguminib. putribus & à vẽtriculi, vteri, aut alterius partis, in cuius cõſenſum cor trahi poſſit, vitio.

Syncopes cauſæ.

Curatio ſyncopes.

Vocatus Medicus ad ægrum ſyncope prehenſum, omne ſuum ſtudium imprimi, ad ſymptoma referre debet, vt præſente acceſſione eum liberet. Proinde agnita cauſa, remedium ipſi contrarium inſtituet. Galenus in omni ſyncope vinum commendat, quod alioqui, vrgente febre, inflammatione, vel mentis alienatione, pernicioſum. Eo tamen vti licebit intermiſſionis tempore, ſed pauco, & decocto bugloſſi, borrag. aut ſimili diluto. Odorata, vt lintea aqua roſacea, aceto & pauca caphura imbuta, naribus admota iuuabunt: talia enim ſpiritus promptè recreant. Aſperſio quoque frigidæ poros occludendo, & vim ſopitam antiperiſtaſi exſuſcitando, confert.

Recreato à paroxyſmo ægro, de ſyncopes cauſa

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 306 sur 805

tollenda cogitatur. Si plenitudo ſuffocationem minitetur, phlebotome haud aliter prodeſt, quàm ſi quis exiguo igni, qui præfocatur, lignum ſubtraxerit, vnde reuiuiſcat. Si frigida intemperies, aut calida in cauſa ſit, valebunt cardiaca capite ſuperiore enumerata. Si ſumptum ſit venenum, vomitus ſubinde repetetur, fortis iniicietur clyſter, alexiteria, quæ tota pugnent ſubſtantia, ſumentur, & applicabuntur, vt theriaca, mythrid. & id genus alia.

1 *Eſt enim immoderata perturbatio ventriculi ſurſum ac deorſum per vomitum & ſeceſſum facta, à cauſa non ẽ habẽs, vt ait Galen. lib. 2. Meth. Pars affecta eſt vẽtriculus, cui conſentiunt inteſtina.*

2 *Id vero accidit vt plurimũ ob vellicationem & eroſionem vtriuſque orificij vẽtriculi: vnde contrarij duo motus ſequũtur naturæ maximè infenſi.*

3 *Quare crura & manus contrahuntur, animáque deficit.*

4 *Quibus concurrentibus mirum non eſt, ſi ſubito quis moriatur.*

De cholera. CAP. 31.

CHolera morbus eſt 1 acutiſſimus, ſine febre ferè, quæ vel vno die, vel altero, vel certè paucis 2 diebus hominem rapit, ſubſtantiâ corporis effuſa, partim aſſiduis vomitionibus, partim iiſdem deiectionibus.

Hippocrates choleræ ſiccæ meminit Commentario 4. de ratione victus in acutis, cuius naturam & curationem ex eo loco intelliges. In humida verò animaduertendum in primis eſt, vt ſi fieri poteſt, 3 vomitus componatur, & relinquatur motus, qui ad inteſtinum eſt, corrupta ferè ac exitioſa materia, quæ excernitur. Itaque initio retinenda non eſt, ſed tum primùm, cum vires inde conſidere videntur. Itaque initio 4 aquæ tepidæ, aquæ hordei, aliquando etiam adiecto momento ſaccari, aut mellis, vbi frigida materia eſt, imperandus eſt potus ad ℥.6. Quòd ſi æger borborygmis & flatibus ſollicitatur, cochleare medium ſeminis cumini poterit aquæ incoqui. Hac arte fluctuans materia, & ad vomitum incitata, repurgatur, ex quo ſiſtendo vomitui intendendum eſt.

℞. zulapij ros. ℥.3. succi granatorum ℥.1.ß. misce, vtatur breuibus interuallis, duobus aut tribus cochlearibus. Conueniunt & syrupi, 5 rosatus, myrthinus, de cydoniis, de granatis, & similes in causa calida. Iidem quoque in causa frigida, sed conspersis pulueribus spicæ, cinamomi, nucis moschatæ, & similibus. Alioqui syrupus de mentha, de absynthio, & similes.

5 *Hi syrupi non sunt in aquis dissolvendi, metu relaxationis ipsius vētriculi abhumiditate nimia. Eum enim adstringere tum oportet.*

Oportet autem assumi cochleari, breuibus interuallis, & sine aquis. Largior enim potus hîc non conuenit.

Laudatur remedium ab antiquis ex vini granatorum ℥. 2. succi menthæ depurati ℥. ß. & vtatur cum cochleari, vt priùs dictum est. In causa frigida, 6 vinum optimum, tenue, & odoriferum aliquando satis esse potest. Imperabis quoque, vt granatum integrum, acidum, dulcoratum cum saccharo rosato odoretur. Æger sugat interim: eiusdem quoque grana commanducet. Conspergenda facies aqua frigida, aqua rosarum per se, vel in frigore, adiecto vini odoriferi momento, vel moschi modico. Vtendum quoque iis, quæ exteriùs admouentur stomacho, qualia sunt hæc.

6 *Si sine febre fuerit affectus, quæ magna ex parte abest. Vinum vero generosum vel merum assumatur, pro natura ægri, consuetudine, tempore, aëre. Dilautur autem aqua mixta, argentata, chalybeata: vade sola vini potione vsus, præsertim si eum asasisse scribit Alex. Trall.*

℞. santalorum rubror. ros. ana ʒ.2. galliæ moschatæ ʒ. ß. caphuræ Gra. 6. Madeant in aquæ ros. ℥.4. aceti ℥.1. ß. Panniculi in hac miscella mersi & expressi, quantùm fieri potest, frigidi toti ventriculo applicentur.

Potest inungi stomachus oleo rosato, de cydoniis, de spica, de absynthio, vt res exigit. Quòd si timetur nimia refrigeratio, miscellæ supradictæ succus menthæ, absynthij, aliquid quoque cinamomi

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 308 sur 805

aut vini auſteri odoriferi commiſceri poteſt: 7 Maſtichis ℥.2.aut 3. cum oui albumine, cum oleo cydoniorum, aut conuenienti diſſoluuntur. Inde fit emplaſtrum, quod extendi debet in aluta formata ad modum ſcuti. Cæterùm quæ confirmant ventriculi robur ſumpta & admota, vt in vomitu & leienteria, veniunt vſurpanda.

7 Vulgo paratur ſcutum ex maſtiche & carne cydoniorũ oleo conueniente exceptu.

Vulgi experientia eſt, eboris tabella admota ventri vomitus compeſci. Sed interim dum hæc fiunt, ſomnus & quies, quantùm fieri poteſt, concilianda ſunt. Conſulendum viribus, partim odoribus, partim alimentis.

Quibus licebit aliquid ceratiſtomachici Galeni immiſcere.

Perdiculas ergo, aut iuuenes pullos columbarum confixos baculis myrthi, rubi, cinamomi, vt res exigit, conſperſos interim, dum aſſantur, aqua roſ. vino granatorum, vino auſtero, odorifero, primùm quidem calidos & plenos fumo naribus ægri admouebis. Ex eo tortiuo prælo ſuccum inde exprimes: expreſſam materiam naribus ægri admouebis: ſuccum ſorbendum exhibebis. 8 Dabis gelatinam cum ſucco granatorum diſtillatam, qualem in ſputo ſang. Sunt qui bucellam panis aſſent, vino granatorum conſpergant, edant, dein vinum vtiliter ebibant. Eundem aſſatum panem vino immerſum, & caryophyllorum puluere aſperſum, aluum ſiſtere certo conſtat experimento.

8 Huc ſpectant puluères ex ſaccharo roſato, & margaritis, manus Chriſti, conſeruæ roſar. cydonior. oxiacanthæ condîta, &c.

Quòd ſi nihil continet æger, priùs data aqua tepida, cucurbitulam magnam affiges ventri, & interim dum ea cucurbitula fixa eſt, cibum exhibebis. Breuibus interuallis cucurbitulam figes, & refiges, & ita nutries, ex Galeno ſub finem libr. de paratu facilibus.

Consensus est veterum Medicorum, dropacismum impositum ventri singulare esse remedium assiduè vomentibus. Parabis dropacem ex quatuor partibus picis & vna olei cydoniorum vnà liquatis, deinde extensis in aluta. Postremo medicamentum calidum ventri applicabis.

Laudantur vincula articulorum, frictiones mediocres, fotus ex oleo multo, magis vbi conuulsio est, vel imminet. Fouetur spina, musculi conuulsi articuli. Cucurbitulæ quoque & ventri & scapulis affigi possunt. Quòd si refrigerantur extrema, linteis calentibus inuoluenda sunt.

Si spasmus accidit, redeundum ad curationem spasmi. Si vrget sitis, semina cucumeris in aqua temperari debent, donec intumeant: tum cortex exterior detrahitur: quod est reliquum, aqua incoquitur: aqua refrigerata bibitur. Contra syncopen cùm aliis remediis supradictis, tũ buccella imbuta vino admota naribus, contenta ore vtendum est. Erasistratus ex Chrysippo præceptore vinum aqua frigida dilutum cholera morbo affectis, tanquam extremum remedium, commendat, vt vel morti proximos refoueat. Idem probat Galenus libello de venæ sectione aduersus Erasistrat.

Trochisci Rhazæ.

℞. mastic. boli arm. thuris ana ʒ. 2. ß. carabe, cardamomi ϑ. 2. caphuræ, galliæ moschatæ, caryophyll. ana Gra. 5. cum succo granat. fiant trochisci pondere ϑ. 4. Detur vnus, superbibatur ʒ. 1. succi granat. iulep. granati, syrup. cydoniorũ, aut similis. Deorsum reptante materia choleram morbum cõmittente, optimum erit naturæ opitulari, exhibito

9 Clysteres sapè & sapè iterandi, vt motus omnis deorsum fiat. Initio qui morsum & acrimoniam humoris retundant, conueniẽt, vt ex lacte, saccharo, oleo violato & vitellu ouorum. Deinde fortiores paulò & vehementiores.

9 Clysteres cathartico conuenienti: vt infuso rheo & vehementiùs expresso, syrup. laxat. ros. pall. syr. de cich. compos. cum rheo. Atque id quidem tutiùs imperabitur, cum materia naturam ad excretionem sollicitat, nihil tamen effatu dignum vomitu, aut deiectione excludit. Clysterum 9 hîc duplex est vsus. Initio reuocandis vomitionibus, & hi simplices esse debent. Posteà verò collabentibus viribus, qui & leuiter reprimant, & adstringant.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Choleræ morbi duæ species.

Choleræ aridæ effectrix causa.

Cholera humida vnde.

Hippocrates quarto de ratione victus in acutis, & Galenus in Comm. & Isagoge, duplicis choleræ meminerunt, aridæ & humidæ. In vtróque perturbatio est ventriculi immodica infrà, supráque. Differunt caussa, & symptomatæ. Arida enim fit ex spiritu flatuoso, acri, qui siue egeratur, siue retineatur, lancinat & mordicat partes ventris neruosas. Venter inflatur, strepitus fit, dolor in lateribus & lumbis, aluus nihil deiicit, sed adstringitur. Humida gignitur, vel ab alimentis, vel medicamentis. Alimenta in caussa sunt, quæ succum crudum, flatuosum, acrem procreant, ægrè coquuntur, tardè permeant, vt intestina suilla infarcta sanguine, cæpis, pipere, pinguedine, quibus nihil difficiliùs coquitur, laserpitij succus, caseus, suilla caro, bubula, caprina, ventres animalium infarcti. In summa, quæcúnque vel flatuosum succum generant, vel acrem, vel facilè putrescentem, vel humiditatem acrimoniæ iunctam habent. Corrumpuntur enim facilè, & acrimonia fluxiones irritant ex toto corpore, mordicantes orificia vasorum, quæ ad ventrem pertinent, vnde vomitus, & deiectio. Medicamenta sunt, vt helleborus, apud Galen. Comm. in apho. 1. lib. 5. Apho. Sed hoc nomine reliqua quoque violenta pharmaca intelligenda, vt Colocynthis, Scammonium. Ex his enim aliquando generatur conuulsio, aut immoderata purgatione, aut neruorum substantia resiccata, aut demorso ore ventriculi, neruis laborantibus per consensum, ab æruginosa bile, vt

bile, vt in adoleſcente, cuius meminit Galenus, & in negotiatore quodam Rhemenſi, cui vomitu citato deſiit conuulſio. Aliquando verò Cholera ſequitur. Mordentur enim, vt de alimentis dictum eſt, partes neruoſæ vi medicamenti, & acrimonia humoris attracti, à cuius etiam quãtitate poteſt ventriculus comprimi, idque præſertim fit, cum humores non ſunt ad purgationem parati. Fit aliquando è toto corpore, aliquando ex quibuſdam partibus, vt hepate. Huic maximè proprium eſt ſymptoma, de quo Galenus agit comm. in eundem Aphor. Contractio, videlicet, in muſculis & pulpis tibiæ, quam vulgò, *Gouttes crampes* nominant. Quod accidit viduæ defuncti Præſidis *de Longueil*, & Dominæ Diyuor. Morbus eſt peracutus, vt qui quarto ad ſummum die finiatur. Alia ſymptomata ſunt & ſigna, vomitus, deiectiones bilis frequentiſſimæ, deliquia animi, ſudores exigui, ſitis pulſus vermiculantes, ructus nidoroſi. Quibuſdam accidit certis interuallis, naturâ ſeſe exonerante, ſed ob impetum humoris bilioſi erumpentis, ſalubri humore ſimul cũ vitioſo foras expulſo. Huiuſmodi homines Græcis χολερικοί, ἢ χολεριῶντες dicuntur: Plinio bilioſi.

Curatio perficitur ſublata cauſa, conuulſione, ſyncope, tremulo motu, ſingultu, ſi adſint. Purgatione, ſi facilè ſoluatur aluus prouocatione vomitus, qui prohibetur iniecto clyſtere calido, vt prouocet, pingui, leniat. Hydrelæo calido partes, corporis fouentur. Subducto ventre, & eò conuerſa materia, ſanitas. Dormiat, vt coquat. Vinum ſit tenue, ad penetrationem, vetus, meracum, ad coctionem, modò à cruditate morbus ſit. Pauciſſimo vtatur cibo, lacte aſinino, vt purget & leniat. Neque ſimul deiectionem, & vomitum prouocare licet. Quæ enim in ventre continẽtur, ſubducenda, & vomitus prohibendus, Hipp. 4. Acu. Ventriculus roborandus admotis. Conueniunt adſtringentia, emplaſtra, ſacculi, linimenta, vnguenta, cerata, epithemata, ſed celeriùs agunt fotus. Cucurbitulæ inter vmbilicum & ſtomachũ, purgatio, pilulæ, condita.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXXI.

CVm pungens dolor atque erodens, tormina & nauſea quenquam inuadunt, hiſque adſunt

S

Gal.lib.2. Meth.

aut proximè succedunt, vomitus,& ventris per inferiora turbatio, choleræ morbi certa significatio affertur.A causa nomẽ habet. Accidit enim vt plurimum à bile vellicationem & erosionem vtriúsq; orificij ventriculi committente:vnde contrarij duo motus naturæ molestissimi consequuntur.

Cholerę morbi curatio.

Vomitus quia grauissimum naturę negotium facessit,statim in initio iuuandus,digito,aut penna ori indita,vel hoc vomitorio.

℞.aqu.decoctionis hord.& raphan.ʒ.3.olei comm.& hydromel.an.ʒ.ß.f.vomitorium,tepidè sumatur.

Vel etiam deiectione materia in ventriculum concepta vacuabitur,iis præsertim,quibus laboriosa vomitio. Purgatio verò sit eiusmodi, vt aluum non lubricet,qualis hæc.

℞. cortic. myrobal. citrin. & gran. berber. ana ʒ.2. seminis acetos. portul. ana ʒ. 1. f. decoct. ad dosin . In colatur. infund. rhei. elect. ʒ. cum pauc.cinam. In expressione dissol. eiusdem rhei puluerati, vstulati ʒ.f.zulapij rosacei ʒ.6. f.potio.

Clysteres quoque sæpe iterentur,vt motus omnis deorsum ducatur. Comparabuntur ex iis, quæ humorum acrimoniam retundant,vt ex lacte, oleo viol.sacchar.vitell.ouor.

Robori autem ventriculi sumptis & admotis prospiciendum.Sumptis,si calida sit causa, syr. ros. limon.de acetos.citr.& similibus:qui per se exhibẽtur, nec in aquis dissoluuntur , metu relaxationis vẽtriculi à nimia humiditate, quem adstringere oportet.Admotis,vt oleo cydon.ros.myrt. vel litubus ex iisdem oleis & pulueribus ros. rub. santanl. malicorij institutis.Si frigida causa,syr. de mentha, & consimiles valebunt. Alexander Trallianus sola

vini potione multos præter ſpem euaſiſſe ſcribit. Vinum generoſum ſit, merum, vel dilutum aqua aurata, argentata, vel chalybeata. Plura ad hunc affectum remedia ex capite de læenteria petenda.

De imbecillitate 1 ſtomachi CAP. 32.

IMbecillitas ſtomachi frequens 2 conualeſcentibus: magis etiam 3 ab imperfecta criſi, in quo reuocanda ſententia Hippocratis. Si à morbo cibum aſſumens quis, non corroboratur, largiori 4 alimento corpus vti ſignificatur. Quòd ſi non aſſumenti cibum hoc accidat, ſcire oportet, 5 quòd indiget euacuatione.

In conualeſcentibus ergo, quibus reddita eſt appetentia, imbecillitas ventriculi non poteſt tantùm conficere, quantum appetit. Modica itaque quantitate, ſed breuibus interuallis, cibis boni ſucci, & qui facilè coquantur, reficiendi ſunt. In aliis, quibus appetentia non redditur, reliquiæ morbi in cauſa ſunt, quæ optimè vel rhabarbaro, vel hierâ picra ex decocto cicerum, aut abſynthij repurgantur.

In ſanis verò debilitas eſt, vel à ſola intemperie. Cuius indicia ſunt, calidæ quidem, æſtus in 6 medio corpore, ſitis aſſidua, & lingua arida, iactatio corporis, aliquando etiam extrema, vel frigida, vel temperata, nec pro ratione æſtus calentia, à cibo nidoroſi ructus. Frigidæ verò frigoris ſenſus in parte infirma, nulla ſitis, 7 ſaliuatio aliquando multa,

1 *Alui ſiue ventriculi, in coquendo & appetendo, quæ duæ ſunt actiones ventriculi, coctio & appetitio.*

2 *Morbo defuncti, collapſo habitu, alieno temperamento, & mutata ventriculi actione languida.*

3 *Superſtite morbi materia, aut empneumate.*

4 *Quòd ſcilicet ſit infirmus ventriculus, & morbi diuturnitate collapſo habitu, abalienatoque temperamento, neceſſitati corporis ſatisfacere nequeat.*

5 *Ad excludendas morbi reliquias, quæ functionis ſenſum impediunt.*

6 *Vi æſtus viſcera incandeſcant. Nam vbi calor, ibi motus.*

7 *Ex humoris in ventriculo fluctuantis copia, per continuitatem interioris tunicæ ad os.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 314 sur 805

ructus acidi. Alia ex arte Medica Galeni require. Causa quoque nonnunquam materia est, eáque vel 8 quantitate peccat, vel qualitate. Rursus vel cor-pori stomachi, vel ventriculi imbibita est, vel in ca-pacitate fluitat.

Intemperies quoque aliquando complicantur, quarum omnium signa colliges ex arte medica.

Intemperies contrariis, calida quidem frigidis, vt potu frigidæ, frictione articulorum, cerato Galeni, cuius hæc est descriptio.

℞. ceræ lotæ in aqua rosarum ℥. ß. olei rosacei in aqua rosarum similiter loti ℥. 2. liquefiant in va-se duplici. Quod quum fuerit refrigeratum, diu malaxetur cum aqua frigidissima, vel succo plan-taginis.

Imperanda ratio vitæ, quæ refrigeret. Et 10 contra æstum ac sitim his vtimur.

℞. sem. cucumeris in aqua macerati, & excorti-cati ℥. ß. tragacanth. dissolut. in oui albumine ℥. 2. liquefiant in vase duplici cum eodem oui albumi-ne: fiant hypoglottia, id est, pilulæ, quæ teneantur sub lingua.

Quòd si syrupis vtimur, iis omninò abstinen-dum est, qui 11 acetum recipiunt, nisi humiditas cõ-iuncta sit.

In frigida, volatilium carnes confixæ cinamomo, aut lardo consperso puluere cinamomi, & ita 12 as-satæ. Alimenta omninò calida, vinum odoriferum, aut etiam colatum cum saccharo, cinamomo, gra-nis paradisi, modico zinziberis, & similibus. 13

8 *Ea vel lo-calẽ habet in aluo genera-tionem, vel a-liũde affluit.*

9 *Ex lib. 10. Therap. me-thodi.*

10 *Sumptũ & admotũ: vt cõser. vio-larum rosar. borrag. iulep rosato, syru-po malor. pu-nicorum: ad-motũ itẽ ven triculo, vt hap-so, linimẽto, epithemate ex aqua ro-sarum & bu-gloss. Hap-sus verò cy-doniorũ oleo imbuatur.*

11 *Cuiusmo-di est syrup. acetatus. Et tamen oxy-sacchari loco præscribi po-test, ob succũ mali punici.*

12 *Vt condi-mento ex pul ueribus ca-ryophyllorũ, nucis moschatæ & cinamomi cum sapa.* 13 *Aut fiunt condita, opiata è nuce mo-schata, myrobalanis conditis, cortic. citr. cond. flore aureng. cond.*

Fotus è 14 facculo molliſſimis plumis anſeris pleno, & aliis quæ poſteà de ſiccitate in hectica febre dicentur.

14 *Fiunt ſaculi ex radice cyperi, cal. arom. ſchœnuantho, caryophyl. abſynthio Roman. menth. crig. chamæmelo roſis. Coquũtur in æquis partibus aquæ & vini rubri: decocto madefacta ſpongia admouetur ſtomacho. A fotu autem illinatur oleis abſynth menth. & nuc. moſchatæ.*

Humiditas, ſi fluitat, vomitu elicienda eſt. Vbi imbibita eſt, & qualitate peccat, pharmaco repurganda eſt. Si tantum quantitate peccat, & præter modum ſtomachum ac ventriculum remollit, adſtringẽtibus medicamẽtis, admixta aromatum parte ad reſiccandum, vtendum erit. Si craſſus & viſcidus humor eſt, incidendus oxymelite, aut aliis eiuſmodi, tum pharmaco deiiciendus eſt. Materia eorum, quæ infirmum ſtomachum è frigore confirmant, cinamomum cortex citri, caryophyllum, maſtix, lignum aloës, zinziber, & chebuli conditi, macis, mentha, abſynthium, galanga, ſcœnuant. caruũ, ami, flores anthos, vinum aromaticũ, nux moſchata, piper, aromaticum roſatum, diagalanga, diacuminum, diatrium pipereum, diacydoniũ cum aromatibus, theriaca, mythridatium, ſyrupus de mentha, de corticibus citri, mel anthoſatum, oleum nardinum, de ſpica, de mentha, in quo aromata calida coxerint, vt piper, cinamomum.

Frigida. Coralli, ſantali, ambra citrina, coriandrum præparatum, ebur, cornu cerui, & vnicornis, cydonium, pira adſtringentia, roſæ, diarhod. Abbat. trochiſci de ſpodio cum ſemiue acetoſę, myrrha, acetoſa, diacydonion ſine ſpeciebus, ſcoria ferri, limatura chalybis ceratum ſantal. vnguentum roſatum, oleum roſarum, & de cydoniis, ſyrup. roſat. & de cydoniis, aliáque eiuſmodi, quorum pars in controuerſiam temperamenti venire poteſt. Cęterùm calidam temperiem corrigere poſſunt. Horũ enim

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 316 sur 805

omnium vſus, vel quia inde puluiſculi & electaria, potiones quoque confici poſſunt, aut topica, quæ exteriùs applicentur. Vrgente ſitis ardore ſemina portulacæ, cucumeris, cucurbitæ, acetoſæ & ſimilia, trita & excepta mucagine tragacanthæ proderunt. Item glycyrrhiza recens. Per omnia tamen videndum eſt, ne adſtringamus nimiùm, ex quo ſiccitas immodico cõtrahitur, ne nimiùm humectemus. Hinc enim virtus harum partium diſſoluitur. Neque nimiùm refrigerandum, vnde extingatur calor.

Tepidis vtendum non eſt, ſed vel frigidis, vel calidis, quòd tempore virtus ſtomachi relaxetur.

Remedia externa anteriore parte ad ſterni initium ſub pectore aptanda ſunt: quanquam & poſteriore parte ad duodecimam vertebram probato remedio applicari poſſunt. Vtráque parte poſita magis iuuabunt. Sed oportet ea quæ poſteriùs ponuntur, habere aliquid tenuium partium, quò per difficiliorẽ viam penetrare poſſint. Humidiori ventriculo conuenit. ℞. ambræ citr. maſtichis, iridis, an. ʒ.3. roſ. ſiccarũ ʒ.1.ß. fiat pul. detur ℥. cum magno cochleari ſucci granatorum, vel ſero lactis. Quòd ſi frigiditas adiũcta eſt, addes cinamomi, ſcœnuanthi, maceris ana ℈.1. Quinetiam humidiori ventriculo conueniẽtiſſimum iſtud eſt remedium. ℞. aquæ vitæ ℔.2. aquæ roſar. ℔.1. cinamomi ʒ.1. miſce omnia. Deinde bis aut ter cola per manicam Hippocr. poſt infuſionem horarum 24 Capiat bis in hebdomade cochleare vnum hyeme, æſtate ſemel. Humiditatem quoque reſiccãt ferè omnia in frigidis numerata, & vino incocta, quòd adſtringat.

Ad idem paratur racematum vinum, in quo macerantur caryophylla, abſynthium Romanum, &c. Vt ſi feruente muſto, noduli vel ſacculi pendeant è charyophyll.zinzibere,menth.abſynth.

Sed vbi frigiditas coniuncta eſt, aromata commiſcenda. Ad frigidam diſpoſitionem.

℞. corticis rad. fœniculi ʒ. 2. coquantur in vini optimi ℥. 4. ad dimidias. Quòd ſi maior refrigeratio eſt, coletur vinum per manicam Hippocratis cum ʒ 1.cinamomi.

Inſtituuntur quoque trochiſci, qui infirmitati ſtomachi à frigida cauſa mirificè medentur. ℞. roſ. rub.ʒ.3.ligni aloës,ſpicę,maſtich.ſchœnuanth.mac. cinamomi,abſynth.ana ʒ.1.Ex vino veteri fiant trochiſci. Diatrium pipereon, diacydonium Galeni cum aromatibus conueniunt. Exhiberi verò ſolent electaria, lozengiæ, ſyrup. horas duas ante cibum: primùm quidem lozengiæ,deinde ſyrupi.

Quod ſi flatus adſunt, galanga, grana paradyſi, cuminum,lybiſticum,caruum, baccæ lauri,iuniperi,& ſimilia vino odorifero incoquenda ſunt in pul. redacta, macere & cinamomo adiectis incorporetur melle anthoſato. Theriaca & mythridatio hîc vtendum eſt.

Calorem refouent catuli, cati, caniculæ, pulli, pullæ, manus admota ventri, raſura dibaphi, quæ plurimùm conuenit, vbi etiam frigiditas eſt, goſſipium, ſacculus è molliſſima pluma anſeris, pellis leporis. Goſſipium in vino odorifero, decoctione menthæ immerſum, expreſſum, ſiccatum, & ita impoſitum. Ceratum ſtomachicum Galeni, vel hoc.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 318 sur 805

℔.ol.de ſpica ʒ.4.ceræ ʒ.1.maſtichis ʒ.ß.liquefiant in vaſe duplici. Deinde adde cyperi, macis, cinamomi ana ʒ.1.commiſce diligenter, & raſurâ dibaphi excipe, quantum ſatis eſt, calidúmque appone.

Vel. ℔.maſtich. cerati ſtomachici Galeni, æquales partes: cum oleo abſynthij, aut de mentha f. emplaſtrum ventriculo apponendum.

℔.dialthææ ʒ. 1. maſtichis diſſol. in oleo de ſpica ʒ.ß.croci ʒ.ß. miſce, extendatur in aluta pro ſtomacho. Hoc & dolorem lenit, & ſtomachum roborat.

Maſtichis grana præmanſa & deglutita, Ceratum ſtomachicum Galeni. Concalfacto verò ſtomacho vtẽdum eſt cerati ſantalini ʒ. 2. malaxatis cum oleo de cydoniis, roſarum, deinde extenſis in aluta. Iulepus roſatus, vinum granatorum, ſyrupus acetoſus ſimplex, & ſimiles ſyrupi. Quòd ſi humiditas calori coniuncta eſt, aut aliquis humor bilioſus, vel in ventre collectus, vel aliunde inuectus, abſynthio, hiera picra, rhabarbaro, caſſia, & ſimilibus hac ratione vtendum eſt.

Abſynthij decoctum bilioſa deterget & ſubducit, ſi quidem altiùs non fuerint imbibita: & hoc magis melicratum ex abſynthio, aut decoctum abſynthij cum octaua parte mellis roſati dulcoratum. Infeſtiſſimum verò abſynthium, & quæ adſtringunt, quibus pituita ventriculo inhæſit. Tum enim priùs incîdi & tenuari materia poſtulabit. Hieræ picræ, & rhabarbari vſus eſt, vbi imbibitus humor eſt bilioſus tunicis ventriculi. Vtriúſque ʒ.1.aut ϑ.4. ex decocto abſynthij, cicerũ rubrorum, ſero lactis,

aqua endiuiæ,ſatis eſſe poſſunt. Alioqui ℥. 1. caſſiæ, aut catholicum imperandum eſt. Sed ab his roborandus erit ſtomachus: nec enim, vt hiera & rhabarbarum, confirmare poſſunt. Ventriculum roborabunt oleum maſtichinum & ſtyracinum deſcriptione Nicolai, in quibus hapſus lanæ purpura intinctæ ſtomacho apponitur. Similiter olea nardinum & moſchatum,coſtinum,è benzoino,vſurpari poterunt.

Vinum abſynthites deſcriptum à Dioſcoride deterget,roborat,appetentiam reddit. Quòd ſi deeſt, molliores abſynthij cauliculos recentes leuiter conquaſſabis, vino odoro, auſteriuſculo macerabis, & leuiter feruefacies, vel ſiccos eoſdem cauliculos vino infriabis.

Id vinum maximè facere ad ſubuerſionem ſtomachi Arriæ celebris fœminæ hiſtoria à Galeno cap.3.lib.de Theriaca ad Piſonem deſcripta ampliſſimè confirmat. Hæc non appetebat, non continebat,vt pote ſtomachi affecta diſſolutione,atq; adeò in atrophiæ periculum in currebat. At vbi medici Galeni conſilio, vinum ex abſynthio confectum propinârunt, illico appetentia eſt reſtituta, & ventriculus confirmatus.

In imbecillitate ſtomachi plurimus olim vſus medicamenti è cotoneis. Syrupus acetoſus è cotoneis ſic fit. ℔. ſucci cotoneorum per reſidentiam depuratorum,ſacchari ana ℔.1.aceti ℥.3. coque ad ſpiſſitudinem. Conuenit calfacto ſtomacho, & inde infirmato. Poteris tamen imminuere modum ſacchari, vt erit auctus calor: aceti, vt erit ſenſus ſtomachi.

Miua Rhazæ.

℞.succi cydoniorum maturorum per resident iam deputati ℔.1.sacchari ℔.ß.vini veteris ℔. ß.coquãtur,& despumentur.Tum.

℞.zinziberis,spicæ,cinamomi, caryophyl.ana.ʒ. 2.mastichis ϑ. 4. Omnia pulueriſata nodulo includantur, & in prædicta miua calida macerentur: deinde refrigescant,& nodulus exprimatur.

Græcorum.

℞.succi cydoniorum,mellis optimi ana ℔.1.aceti acris ℔.ß.aut non ita acris ℥.9. zinziberis ʒ. 5. piperis albi ʒ. 2. Succus cum aceto & melle modicè coquatur,despumetur,tum indę pulueres, & coque ad crassitudinem.

Moderatis omnibus oris ventriculi affectionibus, præterquàm quæ æstu vehementi oriuntur, proxima duo medicamenta conueniunt.Aliud.

℞. carnis cydoniorum,mellis ana ℔. 1. aceti albi ℔.1. simul bulliant, & agitentur, tum adiice piperis ℥.1. zinziberis tantundem, petroselini Macedonici ϑ.8.hoc magis adstringit. Ventri calida intemperie affecto, aut bilioso, piper & zinziber substrahuntur. Ventri temperato tantùm dimidium piperis & zinziberis substrahitur. Aliquando miuæ aromaticæ ℥.1.theriacæ aut mythridatij ʒ. 1. commiscentur. Datúrque hæc miscella ex vino odorifero. Quòd si etiam dolor coniunctus est,in primis phlebotomia ex interna brachij conuenit. Perseuerante malo, ex vtráque basilica, & hoc magis si grauis dolor est, si repentinus,si difficilis ructus,& spiritus:si febris est, si dolor in dorsum & scapulas extenditur, sanguis detrahendus.

Hiſtoria eſt quinto Epidemion, de muliere quadam, quæ in vehementiſſimo dolore ſtomachi, nullis aliis adiuta remediis, ſanata eſt ducto ex vtraque manu ſanguine.

Poſteà verò leniendus dolor eſt, & ſi quidem venter æſtuat, cucumeris ſemen, & hordei in aqua frigidiſſima macerari debet, & decorticari: cum adiecta parte glycyrrhyzæ raſæ & recentis coquatur aqua, deſpumetur. Refrigerata verò, vel niue, vel aliis modis ſuprà dictis propinetur. Veſica ea aqua, vel alioqui frigida, ex dimidio plena ſæpiùs admoueatur.

Quòd ſi materia aliqua concepta ventriculo dolorem facit, ea, vt priùs, commodè repurganda eſt.

Cucurbitulæ vmbilico, aut ad latera vmbilici affigendæ ſunt. Dextrum quidem, ſi ab hepate: ſiniſtrum, ſi à liene in ventrem fluxio eſt. Súntque omninò tria genera eorum, quæ dolorem leniunt. Primum, quod reſcindit cauſam, vt pharmacum, & medicamentum, quod intemperiem corrigit. Secundum verò eorum, quæ reuera anodyna ſunt, qualia ſunt chamæmel. melilotum, anethum, flores roſmarini, croci, roſarum, violarum: quibus aliquid menthæ, abſynthij, & eorum, quæ ſtomachum roborant, adiiciendum eſt. Similiter & furfures, milium, ſal, dolorem leniunt: ſed frigi debent, & ſacculo includi.

℞. furfurum M. 1. milij conquaſſati P. 2. ſalis ʒ. 1. frigantur in ſartagine: deinde includantur: perfumetur ſacculus vino diluto aquâ roſacea, & effuſo in laterem candentem. Aliud.

℞. florum anthos, roſarũ, violarum, chamæmeli,

anethi, meliloti, ana P. 1. summitat. absynthij P. ß. Fiant. sacculi: perfumentur, vt priùs, & applicentur calidi. Alioqui.

℞. menthæ, absynthij ana P. 2. chamæmeli, florum anthos ana P. 1. calami aromatici, schœnanthi, mastichis an. ʒ. 1. Fiat decoctio in vino odorifero. In decoctione gossipium, aut rasura scarlatæ immergatur: exprimantur, & identidem calida applicentur. Materia quoque expressa ventriculo toti applicetur. Sed videndum, ne refrigescat, statímque oleo conuenienti vngere oportebit.

Vbi supradictis remediis non cõcedit dolor, narcoticis vtendum est. Primùm quidem leuioribus, quales sunt syrupi rosarum, papaueris, myrthi, syrupus violatus, de nenuphare cum ϑ. 1. Philonij.

℞. syrup. ros. & de absynthio ana ℥. 1. opij Gr. 1. bulliant vnà leui ebullitione, deinde cum ℥. 3. iuris pulli detur in potu.

℞. philonij in causa frigida, in calida verò, requiei descriptione Nicolai, vnius ʒ. ß. in vino tenui odorifero.

℞. pilul. de cynogloſſo ϑ. 1. dissol. in syrupi rosati, & de papauere ana ℥. ß.

Trochisci Stellæ. ℞. spicæ, mastichis, cinamomi, schœnuãthi, castorei, myrrhæ, olibani, piperis, aloës, absynthij, sem. hyoscyami albi, & mandragorę, opij ana partes æquales, vt ʒ. ß. Fiant trochisci cum vino dulci, pondere ʒ. 2. Detur vnus cum vino odorifero.

Albucasis non reuellandum remedium.

℞. opij ℥. 1. cum alliorum capitibus duobus. Conquassentur, fiat distillatio in alembico: eius a-

que modicum bibatur. Eadem arte poteris opium commiſcere rebus ſtomachicis ſuprà enumeratis,& inde aquam elicere. Alia narcotica ſuperiùs deſcripta remedia quoque plurima ex 8. libro de compoſitione medicamentorum κατὰ τόπους.

Quod ſi vlcus affuerit, quod ex ſignis in ſcholiis dicendis intelliges,ita moderanda ſunt omnia.

Medîcata edulia purgantia ſint: vt lac amygdalarum dulcium cum ſaccharo multo, hydromeli, ſyrup.roſatus,conſerua roſarum.

Vbi purgatũ fuerit vlcus, acribus omnibus, acerbis, acidis, ſalſis, abſtinendum: mitigantibus vtendum,quę & detergeant,& glutinent.Qualia,lac calidum,hordeata ſaccharo roſato condîta. Sed & in gula paulatim deglutienda,& iis lentor quidam inſit oportet. Itaque oua ſorbilia optimam materiam præſtant, qua ſaccharum, maſtyche, farina hordei toſti, fœnugræci,limaces, cochleæ, balauſtia, malicor.mucago tragacanth. gummi Arabicum excipi poſſunt. Sed de his fuſiùs in noſtra ad 8. Galeni librum de compoſitione medicamentorũ κατὰ τόπους perioche diximus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Affectus ventriculi in œſophago, ſtomacho, ſiue orificio, fundo, tunicis, pyloro, infiniti propè reperiuntur, tantò periculoſiores, quantò coctio & diſtributio cibi magis neceſſaria eſt vniuerſo corpori. Quales ſunt, intemperies omnis generis, tumores præter naturam, obſtructiones, defluxiones, excrementa illic collecta, vel nata, vel aliunde immiſſa, cibus intempeſtiuus, nimius, vitioſus, deiecta appetentia, nauſea, vomitus, humores in tunicis infarcti, aut in fundo fluitantes inflammatio, inflatio, dolor, exulceratio à cauſa interna, vt

Ventriculi affectus ſunt ferè innumeri.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 324 sur 805

humore acri, pharmaco, cibo, osse acuto, præcedente abscessu, erosio, fames canina, immoderata sitis, & similes, quorum signa, causas, remedia explicare maioris est operis. Multa ex ex Galeno colligi possunt 3. & 6. de morb. & sympt. 5. de Locis affectis, 6. de sanitate tuenda 7. Methodi. Signa ex Microtegni. Octauo κατὰ τόπους ita describit stomachicos contra Andromachum, qui stomachicas confectiones sine discrimine scripserat prodesse stomachicis. Quod & vulgò hodie etiã Empyrici faciunt.

Stomachici qui vulgò dicantur.

Plerique (inquit) vulgò homines eos, qui apperentiam perdiderunt, ita vocant, & quibus post acceptum cibum, ventris os grauatur atque opprimitur, & quandam ægrè tolerabilem anxietatem habet. Appellant eodem modo etiam illos, quibus nausea contingit, & maximè si ad vomitum impellat, & adhuc magis, si cibi corrumpantur, quandoque nidorosi facti, quandoque etiam aliam vitiatam qualitatem adepti. Et præ his omnibus adhuc magis illos stomachicos nominant, quibus ructus eiusmodi cum molestia quadam & anxietate ac subuersione contingunt, sæpe cùm nondum cibum acceperunt. Quinetiam si per plurimum tempus cibi in ore ventris morentur grauantes, & vix descendentes, hos itidem stomachicos appellant. Alios item appetitum caninum appellatum habentes, vt & plurima edant, & maximè grauati paulò pòst reuomant, similiter vocant. Alios rursus qui fortiter exoluuntur, vbi diutiùs inediam pertulerint, & si non citiùs cibum accipiant, in ore ventris morsus percipiunt, eodem modo stomachicos vocant. Hactenus Galenus. κοιλιακοὶ autem sunt, qui cibum non continent.

κοιλιακοὶ qui appellantur.

Ante cibum, ab humore confluente: post cibum, ab imbecillitate: vtroque tempore, ab vtraque causa dolor commouetur. Nonnunquam à cibo cessat, quia cibus naturam colligit, temperat, calfacit. Vlcus esse coniiciendum ex dolore, ardore, deglutito synapi, & similibus rebus calidioribus, aut frigidioribus, pure apparente in vomitu, vel deiectione. Vlceris ventriculi causa duplex: interna, externa. Externa, vulnus: quod si magnum, est incurabile, vt in viuario Aureliano, & id constat ex Aphorismo 18. libro 6. Externa quoque causa est venenosum pharmacum, os acutum acus. At interna, est humo-

tis acris confluxio. Non ciendus vomitus, ne inde vlcus lacereturr,& materia aliunde trahatur. Eodem modo neque sternutatio, neque tussis. Ab humore acuto lingua infecta, sapor redit in os, & in vomitu, fecessúque, cum ardore, calore, siti, angustia. Si in orificio ventriculi, grauiora symptomata, frigiditas extremorum, syncope, dolor grauior, &c. Ex varietate causarum indicationes curationis sumendæ. *Galen. lib. 5. Meth.*

Si à morbo cibum.] Conualescentes à morbo aliquando multùm appetunt, ob extenuationem membrorum, non solùm ab inanitione spiritus & humoris, balneo, profluuis, sudoribus, insensibili perspiratione, colliquatione, & similibus, sed etiam à ieiunio, inopia alimenti, calore langueſcente, vt flamma, quæ in ellychnio insita ab oleo & aëre fomitem & pabulum sumit. Aliquando verò appetentiam habent deiectam ob vitiosos humores relictos. Vtrique sæpè, nisi accuratè tractentur, in recidiuam incidunt. Priores quidem, quia cùm extenuata membra multùm appetant, non tamen sumpta conficere potest imbecillus calor. Constat enim historiâ multorum, qui à longa inedia sese repleant, inde suffocari. Posteriores verò, quia reliquias morbi tandem natura stimulata aggredi cogitur. Quantò enim plus nutriuntur, tantò magis læduntur, donec accrescente malo morbus repetat. Hi igitur curantur vacuatione, vt docet Galenus libello de sanguinis missione contra Erasist. & Hippocrates, lib. 6. Epid. Illis verò remedio sunt, rerum non naturalium commoderatio, labor, cibus, potus, somnus, venus, omnia mediocria: deinde longo tempore substantiæ reparatio per alimenta pauca, bene nutrientia, facilia coctu, sæpiùs exhibita. Nam pauca non sufficiunt: nimia non coquuntur.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXXII.

VEntriculi imbecillitas facultatis est concoctricis error, quo vel ἀπεψία, alterationis priuatio, vel βραδυπεψία, coctionis imminutio, seu *symptarditas*, vel denique δυσπεψία, & deprauata co- *Gal. cap. 4: lib. de diff.*

ctio infertur. Cauſæ ſunt intemperies, frigida, calida, humida vel ſicca, quarum notæ ex Galeno libr. 7. Method. ſcitè ab Hollerio repetuntur: vel præter naturam tumor, phlegmone, eryſipelas, abſceſſus, aut denique externæ rei alicuius vitium, vt cibi & potus immodica copia, noxia qualitas, intempeſtiuus vſus, præpoſterus ordo, excrementorum corruptela, breuitas ſomni.

Gal. lib. 3. de cauſ. ſympt.

Nuda intemperies rarò huic affectui cauſa eſt, ſed ſæpiùs cõiunctam habet materiam: frigida quidem pituitam, vel ex cibis collectam, vel à capite, vicinísque partibus tranſmiſſam, vel crudam humorum colluuiem ab antecedente morbo acuto, aut chronico relictam: calida verò bilem. In frigida itaque purgabitur ex hieræ picræ ʒ.3. vel ℥.ß. cum vino albo diſſolut. Hieræ vſum ſi oſculorum venarum apertionis metus, vel vteri geſtatio, aut hæmorrhoides dehortentur, pilulæ præſcribentur.

Imbecillitatis ventriculi à cauſ. frigida curatio.

℞. pilul. de hiera & agar. an. ʒ.ß. cum ſyrup. de mentha, vel abſynth. f. pil. mol.

Conferent quoque pilulæ ante cibum ad ϑ.2. datæ. Ad iterandam purgationem parabitur humor ſyrupis conuenientibus: & interea robori ventriculi ſumptis & admotis proſpicietur. Sumuntur electaria, opiatæ, vel condîta.

℞. zinziberis cond. ligni aloës an. ʒ.1. puluer. electar. aromatic. roſ. & diarhod. Abbat. ana ʒ. ß. cum ſaccharo in aqua abſynth. diſſoluto f. electar. per lozeng. pond. ʒ.2. Sumat vnam hora 1. ante paſtum, à qua licebit vini optimi modicum ſuperbibere. Per ſe ſatis ſunt interdum, zinziber conditum, cortex citri ſicc. myrobal. condîtæ. Vel. ℞. conſeruæ, meliſſophylli, bugloſſ. borrag. & roſ. an. ʒ.2. conſer. anth. ʒ.1. cortic. citr. cõd. ϑ.4. confect. alkermes ʒ. 1. puluer. electar. lætificantis Gal. &

de gem-

de gemmis ana ʒ.ß. raſuræ ebor.corn.ceru.ana ℈. 1. cum ſyr. de abſynth.f.opiata:cap. manè inſtar glandis.

Topica erunt,fomentá, linimenta,ſcuta.

℔.ciper.& calam.aromatic.ana ʒ. ß. ſantalor. omnium ligni aloës ana ʒ.1.abſynth. vtriúſque, menth. maioran. roſ. rub. ana p. 1. f. decoctio addendo quartam partem vini albi, pro fotu regionis ventriculi cum ſpongia per horam antè cibum.

Poſt fotum ſiccatus locus linitur oleis maſtichino, menthaceo, moſchato, quæ efficaciora erunt, ſi arte Chymica ſint extracta. Superponitur goſſipium moſchatum. Vel.

℔. maioranæ, abſynth. Rom.roſ rub.flor.roſmarini, calam.arom.ana ʒ.3.cinam.caryophyl.nuc.moſchat.mac.galang.ana ʒ.ß.ligni aloës,cyper.ſchœnuanth.an. ℈.4.maſtich. ʒ.1.f.puluis pro ſcuto,interſuto ac farcto goſſipio moſchato, & ventriculo applicando.

Faciunt hæc eadem remedia ad fluctuationem, inflationem, & id genus alias vẽtriculi affectiones. Cùm autem calida fuerit ventriculi imbecillitatis cauſa,purgatio catharticis bilem ducentibus perficietur, vt rhei diluto, electario de ſucco roſ.aut catapotiis aureis, de rhab. de aloë. A purgatione dabitur tabella vna electarij refrigérantis, vt diamargarit.frig.vel diatragacanth. Temperabitur humor ſyrup.refrigerantib.acetoſo, viol. roſ. granator. de limonib.cum aquis eadem præditis facultate. Litus ſint ex oleis myrtill.roſ. viol.lotis in aceto.

Cæterùm ſymptomata,quæ ventriculi ſequuntur imbecillitatem,vt vomitus,ſingultus, curabuntur ſupradictis & proximè dicendis remediis.Fluor alui ſi adſit, pane toſto in vino auſtero macerato, & ventriculo applicito, vel emplaſtro ex ʒ.2.cydoniati cum oleo myrtill. aut cydon. emollito, &

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 328 sur 805

maſtich.puluerat.ʒ.1.ſinapiſato cohibendus.

De ſingultu. CAP. 33.

SIngultus 1 conuulſio quædam eſt, & prauus motus oris ventriculi, vel ipſius etiam ventriculi 2 vi retentrice officiũ negligente,& robuſtiore expultrice.

Singultus cauſæ inanitio & repletio. Qui ab inanitione, ferè lethalis eſt,ſequitúrque inſignes euacuationes,vt ſanguinis è vulnere, è locis muliebribus,aut aliunde.Sequitur dyſenterias, diarrhœas, & cætera eiuſmodi. Ardores quoque & graues inflammationes viſcerum, de quo priuſquam præſagium inſtituas, vide num ſit à repletione. Minùs enim periculoſus eſt, ſæpéque cùm multa per ventrem euacuantur, ſingultus à repletione eſt, quia pars materiæ,quæ à reliquo corpore confluit in vẽtrem,tunicis ventriculi imbibitur.

Singultu excluduntur non ſolùm quæ in corpore ventriculi,ſed etiam quæ ſtomachi & œſophagi, continentur. Sunt qui ad inanitionem adiungant cauſam ſingultus, perfrictionem oris ventriculi, de quo 8. de compoſitione medicamentorum particularium,& Apho. 13 & 39.lib.6.

In 3 inanitione, etiamſi deſperata res eſt, iuuandus tamen æger 4 deſtillatis, collatitiis,iuſculis & expreſſionibus, cibis humectantibus, inunctio-

1 *Depraua-tus ventriculi motus & contra naturam,qui conuulſionis modo fit,cùm tamẽ conuulſio non ſit.Conuulſio enim tantum cadit ĩ partes,quæ mouentur & omnis conuulſio ſymptoma eſt cauſæ morbificæ ſingultus autem & ſternutatio non item.*

2 *Galen. lib. 8. de compoſ. pharmac.local.*

3 *Vti in conuulſione ab inanitione, ab exhauſto humido primigenio.*

4 *Hæc diſtillata reſtauratiua conficiuntur ex conſeruis bugloſſ. viol. borrag. nenupharis aquis ſcabioſæ, bugloſſ. eudiuiæ. Hæc omnia in alembico reponuntur ſimul cum ſeminibus frigidis, cardiacis, cum decocto capi, carnibus perdicum, mica panis albiſſimi. Stillat humor, cui miſceri poteſt ſaccharum & cinamo. tenuiſſimè pulueratum, exhibetur ægro.*

ne dorsi & ventriculi ex oleo violarum, 5 hydrelæo quoque.

Ex aquæ & olei partibus æqualibus adhibendus est fotus.

Si perfrixit, calfaciendum est per ea, quæ non tam adstringant, quàm rarefaciant. In perfrictione enim stomachus, neruosum corpus, cõdensatus est, ideóque non transpirat: ex quo repletio fit, à qua singultus. Vino itaque odorifero cum tantillo cinamomi & galangæ occurrendum est malo.

Stomachus & spina oleo de castoreo, de piperibus inungenda sunt, aut inde cerata conficienda, perpetuò seruata ratione, ne adstringamus, donec acquieuerit singultus.

Vbi flatuum 6 multitudo, iisdem ferè remediis sedatur. Vino quoque, in quo ruta, rosmarinus, semen dauci, cumini, carui, cubebæ, baccæ lauri, aut iuniperi, galanga, lybisticum, 7 & alia eiusmodi coxerint. Aut eadem cum vino odorifero maluatico, aut simili colabimus per manicam Hippocratis. 8 Aqua vitæ cum tantillo cinamomi, anethum quoque quadã proprietate, vt volunt, singultum sedat. Electaria fiunt ex nardo gallica, zinzibere, seseli, & proximè enumeratis remediis cum melle. Mel anthosatum hîc conuenit, vt 9 confectio de baccis lauri, 10 theriaca vetus, & mythridatium.

Flatuosis à corrupto cibo solennis est hic puluis. ℞. spicæ Celticæ, zinziberis, nepetæ, sesel. rut. dauc. cumini ana ʒ.1. sacchari anthosati ℥.ß.f. puluis. Vel. ℞. castorei ʒ.1. Detur cum melicrato.

Quòd si materia est aliqua continẽs causa singultus, ea vel calida, vel frigida. 11 Calida vacuetur vo-

5 *Fiatq; hapsus ex gossipio carpto illis imbuto oleis, qui perpetuò vẽtriculo & dorso insideat.*

6 *Quæ ex distentione & oppressione alui dignoscitur.*

7 *Vinum aromatites, aut absynthites Carthusianorum, aut etiã hydromel vulgo dictũ maluaticum, aut vinũ maluaticum, horum omniũ instar esse poterunt.*

8 *Aut aqua in qua maduerit coma anethi Æthiopici, quod regiũ appellant.*

9 *Hæc confectio est acrior*

10 *Hæc mirificè flatus discutiunt.*

11 *Per aph. 17. lib. 4.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 330 sur 805

mitu, si fieri potest. 12 Alioqui ℈ 4. rhab. 13 vel tantundem pul. hieræ picræ in sero lactis, vino granatorum acidorum, & maturorum, aqua endiuiæ, decocto cicerum rubrorum infunde, expressionem exhibe. Hîc obseruandum est, leuiores purgationes esse debere, quæ ad ventriculi affectus accommodantur, nisi à toto corpore humor cõfluat. Tum si perseuerat singultus, 14 aqua frigida propinetur. Subinde hæ pilulæ imperentur.

15 ℞. spodij, sem. endiuiæ, portulacæ, ligni aloës ana ℈. 1. pulpæ tamarindorum ʒ. 1. rhab. elect. ʒ. 2. confice cum oxycrato, aut vino granatorum. Aliud.

℞. syrupi ros. acetosi, oxysaccharæ simplicis an. ℥. 2. In quibus infunde summitatum absynthij ℥. ß. fiat infusio in calidis cineribus, tum duobus aut tribus cochlearibus refrigerati remedij per interualla vtatur. Vel zulapium parabitur eiusmodi.

℞. succi endiu. aut cichorij per residentiam depurati ʒ. 4. cum sacchari violacei ℥. 2. f. zulapium. Opportunus erit vsus electarij triasantalini, quod non modò ventriculum confirmat & hepar, sed & refrigerat.

16 Cerati santalini ℥. 4. cum oleo rosato malaxentur: deinde commisce spodij, rosarum ana ʒ. 1. cum succo semperuiui agita: inde finges duo scuta in aluta. Alterum stomacho ad sternum: alterum ad duodecimam & tertiamdecimam vertebram dorsi applicabis.

In causa frigida.

Vbi crassa & viscida materia, melicrato hyssopi, vel oxymelite simplici materiam præparabis. Tum, vt mouebitur, per vomitum aut ventrem repurga-

22 *Si peculiaris natura à vomitu te euocet.*

13 *Vel ℞. rhei elect. ℈. 4. infunde in aqua endiuiæ sero lactis, de cocto cicer. rub. In express. dissolue hieræ picræ ʒ. 2. f. potio.*

14. *Ad temperationem humoris acrioris*

15 *Hæ pilulæ simul vacuandi & temperandi vi pollent.*

16 *Hoc remedij genus valet ad inflãmationem hepatis & ventriculi.*

bis ex hiera picra dissoluta in decocto cicerum rubrorum. Dabis autem hieræ modum à semuncia ad vnciam. Conuenit in hoc singultu acetum scylliticum, oxymel cum cinamomo aromatizatum, 17 melicratum ex rebus incidentibus, hyssopo, thymo pulegio, satureïa, & similibus. Maximè probant galangam.

17 *Tale melicratum vinosum vulgò dicitur.*

℥. vini albi tenuis odoriferi ʒ. 3. in quo leuiter ferueat galangæ ʒ. 1. cinamomi, sem. anethi an. ʒ. ß. Conuenit & castoreum in vino odoro ad ϑ. 2. Sed quia fœdo est odore, cinamomo, semine apij temperari potest. Conueniunt & hæc, schænuanthum, asarum, maiorana, aristolochia, enula, zinziber conditum, acorus conditus, diatrium pipereon, diacuminum, diagalanga, theriaca vetus. Exteriùs verò 18 oleum de liliis, de amygdalis dulcibus.

18 *Quinetiã fotus ex calamo aromatico schænuantho, origano, absynthio, mentha.*

Instituitur etiam cerotum singulare in causa frigida. ℥. olei nardini ʒ. 1. aloës, mastich. ana ʒ. 1. succi absynthij ʒ. 2. cum cera fiat cerotum.

Et iam sedato singultu, atque vacuata materia, ea quæ roborant adstringendo. Fit aliquando, vt materia quædam venenosa sit, cui hoc puluere occurrendum sit.

19 *Hoc electuarium non modò ventriculi singultui, sed variis aliis affectionibus cõfert. Facit ad omnẽ venenatam duram eluendam, & ad effœtam vim excitandam.*

19 ℥. sem. anethi, cardui bened. citri ana ϑ. 1. melissæ, corticum citri an. ʒ. ß. coralli rubri, galãgæ, macis, cinamomi ana ϑ. ß. margaritarum, fragmentorum smaragdi ana Gr. 8. cornu cerui, & vnicornis ana Gr. 4. cum saccharo borraginato, & vino albo tenui odorifero fiant lozengiæ, vel puluis.

Quod ad cucurbitulam attinet, iam vacuata materia primùm scapulis, tum pectori & vmbilico, postremò ventriculo & 12. dorsi vertebræ af-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 332 sur 805

figi debet.

Quòd si nec his quidem resistit singultus, his locis phœnigmi aptari debent. Alij in malo contumaciori imperant 2o ellebori ʒ. 1. galangæ, cinamomi ana ϑ. 1. macerentur per noctem in vini maluatici ʒ. 3. colatura proximè. Nec omittenda sternutatio, clamor, &c. eiusmodi,

2o Huius remedij nullus est vsus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Λύγξ, λυγμὸς Hippocrati & Galeno, Latinis singultus. Motus est eiusdem generis cum vomitu, sed fortior & vehementior. Deinde per vomitum natura tantùm quæ in ventriculi spatio sunt, expellere conatur. In singultu verò non solùm hæc, sed multò magis, quæ in ipso ventriculi corpore hærent, altiúsque & penitiùs impacta sunt, atque ob id vehementiore motu est opus. Id experientia perspicuum. Si quis enim acre aliquid, vt piper deglutiat, siue cum melle, siue cum aliquo alio, postea vinum bibat aqua calida temperatum, calore potus ad interiora piper deducitur, & sua acrimonia ventriculum stimulat. Inde vt in tussi thorax, ita hîc punctus aliunde ventriculus primùm dilatat sese, quo valentiùs excutiat quod nocet: deinde quasi collectis viribus, sese distringit & compressione edit singultum. Sonat autem, quod aër aliquis in vacuo ventriculi spatio comprehensus prematur, & per angustiorem viam reddatur. Quia ergò multa concurrunt in singultu, pro eorum varietate ad diuersas facultates locis diuersis refertur, à Galeno, motricem videlicet, expultricem, naturam solam, retentricem, quòd dum dilatatur, cibos complecti nequeat. Philoth. ψυχικὸν πάθος facit conuulsionem. Singultum verò, σωματικὸν. Musa ineptè vertit frigidum pro animali. Quanquam non minùs corporata passio videtur in conuulsione, quam singultu. Hinc etiam duplex difficultas. An sit conuulsio: & an præter inanitionem & repletionem, quæ sunt conuulsionis propriè dictæ causæ, à tertio quodam causarum genere fieri possit. Qui conuulsionem esse aiunt, primũ Hip. & Gal. authoritate nituntur.

Singultus omotus vomitu vehemẽtior.

Vide Galen. commen. 1. in prorrhet. sen. 23 & com. 2. in idem Prorrh. sent. 59 & aliis ferè infinitis locis.

Philoth. com. in apho. 3. li. 5

Sic enim aph. 4. lib. 5. Galenus ſcribit. Quod autem (inquit) ſingultus conuulſio ſit ſtomachi ſecundum Hippocr. nos vtique nouimus. Deinde ratione. Quia nerui ſatis inſignes, ſed breues, à ſexta coniugatione in ventriculum perreptantes, ad ſuum principium contrahuntur, & partem cui inſeruntur ſimul adducunt. Alij negant. Primùm quia conuulſio muſculi propria eſt affectio. At neque ventriculus, neque ipſius os muſculus eſt. Deinde dilatatur, antequam contrahatur, poſtea redit in naturalem ſitum: quod in conuulſione non fit. Præterea Hippocr. in Aphor. poſtquam de conuulſione loquutus eſt, ſingultum adiicit, tanquam tertium quid. Sed hæc diſputatio nominis tantùm videtur eſſe. Proinde vtriſque reſpondemus ex Galeno aph. 39. lib. 6. Singultus verò concedatur (inquit) conuulſio ſtomachi nominari, quando aliud fuerit ſermonis propoſitum. Quando verò hoc ſolùm ſtuduerimus, vt paſſionis ſubſtantiam cognoſcamus, melius fortaſſis fuerit non conuulſionem nominare, ſed quendam motum eiuſdem cum vomitibus generis, ſed fortiorem & vehementiorem. Hæc Galenus, cui addimus ὃν πάντι μορίῳ προαιρετικῷ cõuulſionem fieri, vt ait Philoth. Vbi Muſa ineptè vertit προαιρετικόν, propoſitum, cùm ſignificet partem, quæ pro arbitrio mouetur. Eſt enim conuulſio propriè dicta, inuoluntarius motus, in parte, quæ voluntate mouetur. Singultus autem fit in ventriculo, & ſæpiùs in ipſius orificio. Differt ergo à conuulſione propriè dicta, motus formulâ, & partis affectæ, naturâ. Latiùs tamen ſumpto nomine, conuulſio rectè dicitur Hippocrati. In altera difficultate argumenta quoque afferuntur in vtrámque partem. Galenus 8. κατὰ τόπους ſe non reperiſſe ſcribit in conuulſione tertiam cauſam ſupra euacuationem & repletionem. In ſingultu maximè, acres nimirùm humores ſtomachum mordentes. In quo inconſtantiæ notatur, vt qui toties dixerit conuulſiones ſæpè fieri demorſo ori ventriculi ab acri humore, ab aura aſcendente, humore aut ſemine putri in vtero, veneno, quæ cauſæ eædem ſunt cum tertia, quam affert Galenus. Hinc efficiunt ſingultum & conuulſionem eſſe, & à duabus tantùm cauſſis, vt cæteras omnes conuulſiones, fieri inanitione nempe, id eſt, ſumma ſiccitate, & repletione per humiditatem ſuperfluam, ſiue replendo neruos con-

Muſæ lapſus

Muſæ puerilis error.

Conuulſio propriè dicta quid.

Galenus leuitatis inſimulatus.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 334 sur 805

trahat, siue grauet, siue qualitate aliqua vitiosa pungat. Videntur autem rursus homonymiâ decipi. Nam κατὰ τόπους, singultum distinguit à propriè dicta conuulsione. In cæteris locis generalis vocabuli acceptio. Cùm enim conuulsio fiat in musculis, & neruoso genere, nerui autem alij potissimùm motui, alij insigniori cuidam & exactiori sensui destinati sint, ad voluptuosa retinenda, & noxia reiicienda, vt qui ad orificium ventriculi mittuntur, in illis acris humor pungens, aut venenosa quædam qualitas, vel aura, conuulsionem non efficit nisi per accidens: vt in arthritide, in qua punguntur nerui, neque tamen conuelluntur: & in aura è cruce ascendente, quæ non musculos cruris, sed ventriculos conuellit, & ad contractionem excitat. In posteriore genere contrà fit. Cum enim mordentur partes, quibus nerui illi insignes inseruntur, peculiari quodam motu, vt in tussi, sternutatione, epilepsia, vomitu, & in singultu, expellunt causam noxiam. In quibus certè Galen. tertiam quandam causam agnoscere nobis videtur: in cæteris minimè. Ac proinde conuenienter rerum naturæ scripsit κατὰ τόπους, se non reperire in conuulsione tertiam causam, vt in singultu. Quod etiam intellexit de aliis conuulsionibus, quæ eodem naturæ conatu fiunt, quo singultus, nec sibi hac in re contradicit.

Galenus à calumnia liberatus.

Et reuera qualitas quædam in pipere videtur, aut à sanie, aut corruptela, quæ neque inanitio, neque repletio dici potest, nisi minùs propriè sumptis huiusmodi vocabulis. Sic enim, vt capite de conuulsione dictum est, aliquando referuntur omnia ad inanitionem & repletionem.

Fit hic affectus in ventriculo, stomacho, & œsophago, idque vel per ἰδιοπάθειαν, vel sympatheiam à meningibus, intestinis, vtero, neruosis partibus, hepato inflammato.

Singultus causæ.

Causæ sunt inanitio, repletio, qualitas humoris, frigiditas, febris singultuosa, de qua lege Commentar. Galen. 4. Acu. inflammatio meningum, ventriculi, hepatis, mesenterij, humor acris infarctus tunicis, punctio acrium humorum, pituita tunicis hærens, rigor, vnde neruosa corpora duriora effecta coguntur, & proinde replentur, quia diffiari non possunt, sanguinis eruptio, longa inedia, temere adhibita neruis topica, materia, quæ euomitur, orificium ventriculi irritans,

vel in eo imbibita, aut abſceſſum efficiens. In inflammatione hepatis aut alterius partis communicatur affectio per neruos, & feruor ſtomacho, vel reſudat bilis & regurgitat, vel comprimitur ventriculus. In inflammatione cerebri rubor oculorum permanens perſpicitur, & qui non euaneſcit poſt vomitum, licet aliquando etiam ſequatur ſtomachi inflammationem, ſed rariùs. A bile vel corruptis cibis cognoſcetur ex præcedente victus ratione, ructu, vomitionis ſapore, colore flauo, calore. Ab inanitione ferè fit cum vehementiſſima ſiti.

Singultus per ſympatetam factus ex hepate inflamato, aut alius partib.

Vt pars & occaſio, ita grauius periculum. Nam in febre periculoſus eſt ſingultus, niſi ſit criticus, & ſigna coctionis manifeſtò appareant. Sic enim ſæpè indicat criſim vomitione futuram. In hiſtericis ab vtero non ita periculoſus. Ab inflammatione vteri, deterior. A muſculis & oſſibus temporum, lethalis. A ſanguinis fluxu, malum, vt ait Hipp. Sed Galenus rectè addit, vt plurimùm. Quod vidiſſe memini in nobili quodam quinquagenario, vel ſeniore, è familia D. *d'Antragues*, cuius ille erat œconomus. Effuſa enim incredibili ſanguinis copiâ, euaſit à conuulſione, deliquiis animi, ſingultu, adhibita cucurbitula, & ſanus ſuperuixit. A vomitu quoque malum. Cum enim vomitus, qui remedium eſſe debet, ſingultum gignit, ab inflammatione cerebri vel ſtomachi metuendum.

Singultus, largo ſanguine effuſo ſedatus.

Eryſimachus Medicus in conuiuio Patonis Ariſtophanem conuiuam ſingultientem docet tria remedia ſingultus: continere ſpiritum (de quo lege Galen. de difficult. ſpirandi.) colluere fauces frigidâ (contracto ad interiora calore, vel obtuſo ſenſu) & irritare ſternutamentum in vehementi, nec aliis auxiliis cedente. Id (inquit) ſi bis, aut ſemel feceris, etiam ſi frequentiſſimus ſit, tollitur. Reſpondet Ariſtoph. non priùs ceſſâſſe ſingultum, quàm ſternutamento repreſſerit. Gal. in Aph. diſtinguit id prodeſſe, ſi ſingultus ſit à concluſis humiditatibus. Eos enim, qui ex inanitione fiunt, qui ſunt rariores, non ſanat ſternutatio: alios maximè. Concuſſo enim capite & ventre, tum reliquo corpore, maximè neruoſo, excutitur materia, quæ ſingultum facit. Sicuti eadem calfacta ſucceſſione, tenuatáque, partim vacuata & diſcuſſa, partim tranſlata in partes ignobiles, vt ſcribitur 4. de rat. vict. in acu. In pituita tuni-

Singultus tria ex Eryſimacho medico remedia.

cis hærente incidendum, detergendum, vacuandum vomitu, pilulis, coquendum, roborandum, fotus ex oleis calfacientibus, vel ſicci fotus humidis meliores, conſperſa tamen aquâ vitæ, vel ſimili, cucurbitulæ primùm ſcapulis affixæ, deinde ad 12. vertebram & ventrem. Si ſit à bilioſis humoribus vomitus, detergentia, in ſanie acri, aromatica omnia, diſcutientia odorata vſurpanda. Odora enim ſtomachum colligunt, grauiter olentia diſſoluunt. In inflammatione ventriculi cauenda, quæ in inflammatione hepatis dicentur. In omnibus cauſſis, clyſteres ad humoris deriuationem. Ligaturæ inducendo dolorem, ſingultum ſedant, per faſciam compreſſio, phœnigmi perſeuerante malo. In vacuatione, niſi lethalis fuerit, lactis potus, optima iuſcula, cucurbitulæ. Ab alimentis acribus, aut medicamentis, oleum amygd. dulc. oliuarum, butyrum, ptiſanæ cremor, aqua frigida. Sunt quædam vulgaria, vt experimentum, quod probari vidimus, compreſſo vtrínque ad latera medico digito dextro, rei triſtis narratio, aut inſolitæ timor, aliò videlicet ſeducta virtute animali, quæ reſpirationem facit. Cuidam nullis remediis cedebat ſingultus, niſi vino Hippocratico albo: cui refrigeratum fuiſſe ventriculum par eſt. In herniosis ſenibus ſæpè fiunt ſingultuoſæ febres: in quibus ſingultus non curatur, niſi repoſito inteſtino. At ſi reponas vi, paulò poſt moriuntur. Itaque deſperatio. Anno 1647. iuxta ædem S. Stephani de ſaxis, Puella aſſiduè ſingultiebat, nihil deglutiebat, dolore facto in œſophago. Antea pulmonibus bubulis largiter vſa fuerat. Huic grauitas in ſtomacho, nauſea, vomitus. Fruſtulum tamen pulmonis, quem ederat, in œſophago reſtiterat. Cucurbitulis & idoneis remediis tandem reiectum fruſtulum, ſicque liberata eſt.

Experimentum ad ſingultum.

Puella aſſiduè ſingultiens.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXXIII.

Gal. comm. ad aph. 39. li. 6 & cap. 2. lib. 3. de ſym. cauſ. & cõm. in ſent. 59. l'orrh. 2.

SIngultus eſt motus ventriculi violentus, eiuſdem cum vomitu generis, ſed intenſus, atque eò vehementior: quo nititur facultas expultrix, quæ penitiùs ipſius oris vẽtriculi corpus infeſtãt, vel quæ

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 337 sur 805

sunt tunicis obstinacius impacta, eáque mordentes vires habentia excutere, ac foras amandare. Huius affectus causæ sunt repletio, inanitio, acrium, aut seroſorum humorum appulsus. Fit autem vel per idiopathiam, vel per consensum partium quarundam, vt iecoris inflammati, vel corporis totius, vt in febribus ardentibus. Singultus à plenitudine sanatur per ea, quæ infarcta secant, abstergúntque, medicamenta per vomitiora & catωretica. Inanitioni, quæ ferè incurabilis existit, debentur polychyma & euchyma alimenta. Sæpè ciet flatus singultum: sed hîc admota cucurbitula, vel fomento è flatus discutientibus comparato facilè vanescit.

1 Phagedæna nomen catachrestικωs pro canina appetentia sumitur. Cõment. in sent. 37. sect. 3. lib. 6. των ἐπιδημ.

2 Quoniam aqua vorax, vigilia item vorax. lib. 6 Epid.

3 Ventriculi scilicet orificio: vnde labefactatur vis ciborum appetens.

4 Gal. lib. 1. ad Glauc. bulimum inter syncopes causas enumerat.

5 Singularibus quæ Græci περμάσματα appellant. Dum enim syncopes metus ingruit, vniuersalia minimè sunt præscribẽda.

De Bulimo & Canina appetentia.
CAP. 34.

BVlimos vnum famis genus est, 1 phagedæna alterum. Ingens atque insatiabilis appetentia. Vtriusque multæ sunt differentiæ, & causæ euariãt. Aliis longum iter per 2 frigora & niues, aut alioqui externum frigus inde affecto 3 stomacho bulimi causa est. Sed initio quidem multa appetunt: postea verò concidit appetentia. Propterea hoc genus ita definit Galenus. 4 Bulimos casus est appetentiæ à frigiditate exteriore, ex indigentia totius corporis, & imbecillitate stomachi, qui & refrigeratus nimiùm, & resiccatus est. Propterea vniuersalis curatio in calefacientibus & humectantibus, tum 5 balneis, tum fomentis & eduliis posita est. Appetunt ergo hi initiò quidem vehementiùs, sed tempore nihil appetunt. Alia quoque species est,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 338 sur 805

cùm acris & mordax humor inhæsit tunicis stomachi, vt nulla iam sit appetentia, atque ita contabescat corpus. Meminit & alterius generis in libro de Theriaca.

Quibusdam nascitur in intestinis latus vermis: is si diuturnius ieiunium est, lancînat intestinum, & ventrem. Vbi verò cibus ingestus est, exugit atque depascitur, ex quo destitutum corpus alimento emarcescit. Aliud quoq; indicium est illius vermis proditum ab 6 Aristotele, quod in egestionibus alui similia seminibus cucurbitulæ, aut cucumeris, apparent. Excludendus is 7 vermis eo modo, quo dicetur cap. de vermibus. Rursus 8 frequêtissimus est bulimus in iis, qui coalescunt: magis etiam, si fuerit morbus longior. In his enim non solùm humor & spiritus, sed & solidæ partes detrimentum acceperunt. Qua in re vtendum erit præcepto Hippocratis. 9 Quæ longo tempore extenuantur corpora, 10 lentè reficere oportet. Quæ verò 11 breui, breuiter.

In breui enim morbo, humoribus quidem & spiritibus aliquid detractum est: integræ verò atque incolumes solidæ sunt partes.

Quorum instauratio partim 12 odoribus propter spiritus, partim odoratis alimentis, & iis liquidioribus, propter spiritus & humores, partim etiam solidis, si quidem partes elementares attenuatæ sunt. Ad hæc leges Apho. Facilius est impleri potu,

6 *Aristotel. cap. 19. lib. 5 de Historia animal.*
7 *Præsertim theriaca. Vide Gal. libr de Theriaca ad Pisonem.*
8 *Per Apho. 8. lib. 2.*
9 *Apho. 7. lib. 2. In quibus nimirùm perfectæ extenuationis, nec inchoatæ, signa apparent, ab exhausto partiũ solidarũ, nec solùm, spirituũ & humorũ, immutatis partib⁹ nutritioni dicatis, in habitu, temperamento, & actione.*
10 *Cibis liquidis, imbecillimis, concoctu facillimis & minimè sitiferis: quod partes solidæ (quarum proprium munus est concoctio) ab exhausto laborent, nec tam facilè partes nutritioni dicatæ à diuturno negotio ad otium se conuertant.*
11 *Dissipatis scilicet tantùm spiritibus atque humoribus, superstite partium integritate, & non labefactata naturali œconomia.* 12 *Hippoc. lib. de alimento.*

quàm cibis, quartum de ſanitate tuenda, 7. Methodi, & finem microtechnes.

Summa eſt, vt alimentis boni ſucci, qui facilè coquantur, diſtribuantur, & nutriant, modica quantitate breuibus interuallis reficias: qui propterea quòd ſæpè ſitiunt, vino refouendi ſunt hoc modo.

13 Lædit vinum vacuo ſtomacho ante cibum. Statim enim differtur in corpus: neruos offendit. Vnde tremor, conuulſio, delirium. 13 *Gal. comment. in aph. 21. lib. 2.*

Ex immodica verò quantitate, aut non conuenienti qualitate ciborum, recidiuæ fiunt. Tempeſtiuus eſt vini potus in medio cibo.

Poſt cibum interim dum alimentum conficitur, abſtinendum vino, tum quia inde fluitat cibus, aut priuſquam fuerit confectus, in corpus rapitur. Quo tamen tempore, ſi vehementer ſitiant, tantùm exhibendum eſt potus q.ſ. vt deſiderium obtundatur.

Iam confecto cibo, &, vt diſtribuatur, comparato, abundè bibant. Poſtremum verò genus canina appetentia eſt. Contumax illa, atque inſatiabilis, in qua multos cibos ingurgitant, ſed eoſdem ſtatim more canum reuomũt, quia, videlicet, natura multitudinem non ſuſtinet. Naſcitur ferè à frigido, acidóque humore tunicis ſtomachi imbibito, quo modo ſpongia liquorem aliquem exſorbet. Nonnunquam etiam à ſola intemperie naſci volunt. Intemperies contrariis corrigenda eſt.

In vitioſo humore conueniunt, quæ incîdunt, detergent, calefaciunt. Diuretica quoque, eáque pani, vino, eduliis mixta, aut aliter exhibita, qualia ſunt melicrata è thymi, origani, hyſſopi, ſatureïæ, pulegij, alij, porri, & ſimilium decocto, aut qui his

respondent 14 syrupi.

14 *Vt syrupus de mentha, aut de hyssopo, de absynth.*

Purgandus quoque humor est ʒ.2. hieræ picræ ex conuenienti melicrato. Alioqui conficiendæ pilulæ ex pulu. hieræ & agarici trochiscati ana ϑ. 2. Quòd si amarorem aloës ferant, hieræ puluis est melle incorporandus, aut ʒ.ß. electarij de hiera imperanda est.

Alioqui pilulæ fiant, quæ illinantur melle, aut puluis ex ouo sorbili exhibeatur. Potus multus vini, etiamsi non sitierint, conuenit, sed in medio cibo aut pleno ventre verisimiliùs, quàm vacuo.

Vinum giluum sit, aut vermiculum, nulla præditum adstrictione, vetus, dulce, vel acriusculum. Hæc & contra causam faciunt. Contra verò symptomata 15 edulia pinguia, oleaginosa, quæ relaxant corpus ventriculi, quod acido humore adstrictum est, & vehementiùs appetit. Omnia frigida, & quæ adstringunt, vitanda sunt.

15 *Ne assiduitate edendi frangatur vis ventriculi, & ex canina appetentia fiat bulimus.*

Stomachus oleo fouendus est, in quo thymum, & proximè dicta materia coxerit. Sed quia aliquando consuetudo fit vomitus, nihil retinetur, atque ideò incalescit corpus, modica quantitas alimenti semel exhibenda est: quam etiamsi non retinet ventriculus, cucurbitula ventri infigenda est eo modo, quo capite de cholera diximus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Βύλιμος, & κυνώδης ὀρέξις nomina sunt ingentem famem & omninò præter naturam significantia. Plutarchus in Symposiacis βυ̃ scribit idem significare, quòd πολυ̃, quasi fit πολύλιμος, multa fames. Non eadem tamen huius vocis apud omnes acceptio. Aristoteles in Problemat. generaliùs sumpsit

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 341 sur 805

pro fame à frigore, intrò compulso calore, quæ leui cibo acquiescit. Gaza βούλιμον vertit caninam appetentiam. Aphrodiseus in Problematibus confundit cum pica, quia multa, sed absurda appetuntur. Quam etiam fieri scribit à Colico morbo, refluente vitio in stomachum. Sed Medicis vsu esse solet pro ea duntaxat fame, quæ contrahitur refrigerato & exsiccato ore ventriculi à frigore externo, qualis per niues iter facientibus contingere aliquando solet. Initio multa appetunt, cum nondum excessit modus refrigerationis, neque vomitionibus à cibo sumpto facilè corripiuntur. At vbi excessit frigus, ac robur stomachi resolutum, inappetentia consequitur & cibi fastidium, etiamsi corpus nutritione egeat. Hinc imbecillitas ventriculi, animi deliquia, virium exolutio, color fœdus, torsio stomachi, cordis & extremarum partium frigus, pulsus obscuri. Suidas ex Medicorum libris fieri ait hyeme iter agentibus per summum frigus, & niues, cum corpore densato intrò pulsus calor alimentum depascitur. Liquatis niuibus, & calore aëris redeunte, exiguum calorem solui, ita ægros hoc morbo corripi Galenus videtur aphorism. 21. libr. 2. à canina appetentia hoc solo distinxisse, quòd famem non habeat amplius adiunctam, licet ab ea inchoauerit, causamque vnicam affert, frigus externum. In libro tamen de Theriaca alterius speciei meminit, à latis vermibus & prægrandibus, qui chylum depascuntur. Sed hanc Auicenna, Serapio, Trallianus ad caninam appetentiam referunt. Huic similis est κυνώδης ὄρεξις, id est, canina appetentia, quod neutra vacuatio corpori ex inopia alimenti, aut calamitate frugis populo inuehatur, sed vtraque oriatur ab affecto ore ventriculi, & puncto à causa præter naturam. Distinguuntur causis & symptomatis. Nam canina fames causas in vniuersum duas habet, refrigerationem simplicem, & siccitatem oris ventriculi, vt superior, & acidum humorem ori ventriculi impactum, & pungentem. Acidus autem humor duplex, pituita & melancholia. Deinde symptomata sunt diuersa. Nam hic à cibo perpetuus vomitus, & perpetuus cibi appetitus more canum. Cùm enim causa, quæ pungẽdo famem excitat, semper præsens adsit, & imbecillior virtus cibi copiam non sustineat, necessariò sequitur vomitus. Hinc perseuerante

Arist. probl. 2. sect. 8.

Bulimos medicis quid proprièsit.

Caninæ appetentiæ causæ & symptomata.

malo tanta imbecillitas, vt nihil ampliùs ventriculus contineat, alui profluuium, cœliacæ, dyſentericæ affectiones, hydrops. Nulla, vt in ſuperiore, animi defectio, niſi diuturnitate mali robur oris ventriculi diſſoluatur. Atque hæc eſt propria eſſentia caninæ appetentiæ. Galenus tamen vocabuli ſignificationem ſæpè traduxit ad alia famis genera, quæ oris ventriculi vitio non fiunt: ſed vel ab inanitionibus corporis, vt 4. de ſymptomat cauſis: vel imbecillitate retentricis, vt primo eiuſdem operis: vel refrigeratis partibus thoracis & reſpirationis, libro de Vſu reſp. Aëtius addit. Cauſa hæc adiici poteſt, quæ tamen ab Aëtio memorata non eſt. Vide cap. 6. Sermon. 1. Tetrabibl. 3. à raritate totius corporis, & occulta perſpiratione. Sicque in vniuerſum cauſas in fame canina conſtituere licebit, intemperiem ſolam frigidam, vbicunque ſit, modò ad ventriculum perueniat, vt à niuibus & potu aquæ frigidiſſimæ: deinde pituitam acidam vel melancholiam: tertiò diſſolutionem totius corporis, ſiue exhauriatur inſigni aliqua vacuatione, ſiue alimentis exigui nutrimenti, aut vſu aſſiduo detergentium, ſiue nimiùm tranſpiret. Quæ ſpecies ab aliis facilè diſtinguitur, quia alui deiectiones pauciores & ſicciores, quàm pro cibi ingeſti modo, & qualitate. Cæteræ autem internoſcuntur ex relatu ægri, excrementis, ructibus acidis, ſapore oris acido.

Remedia ſunt, vomitus, deiectio, pilulæ, clyſmata, iteratæ purgationes, opiatæ, linimenta. In reſolutione optimè alentia: in refrigeratione, calfacientia, humectantia, balnea, fotus, medicamenta, alimenta. Sed Hippocratis ſingulare remedium, vini potio. Galenus pinguia primùm dari iubet, vt obtundatur fames: deinde vinum ex eorum genere, quæ calfaciunt, qualia quæ fulua ſunt, rubea, tenuium partium, ſine adſtrictione, idque in magna copia, licet non ſitiant, ſiue ab intemperie frigida ſit, ſiue ab acido humore. Aëtius quoque vinum exhibet & ieiunis & pranſis. Sed in fame naturali admodum noxium ieiunis vinum dare, maximè verò giluum, acre, odôrum, non adſtringens, quia conuulſionibus & deliriis confeſtim corripiuntur. Quòd ſi vini potione non remittatur, ob materiam coniunctam, purgato, & ventriculi os robor-

os roborato. In iis qui per frigora & niues morbum contraxerunt, videndum, ne subita fiat mutatio subitò, multùm calefaciendo, quia sic calor exiguus & languidus dissoluitur: aut subitò nutriendo, quia suffocantur. Si in deliquium animi inciderint, Archigenes reuocari docet odoramentis aceti, pulegij, panis intincti, malis, pyris aut aliis fructibus, qui ad manum sint. Extremæ partes constringantur, pungantur maxillæ vellantur capilli & aures. Reuocatis damus panem vino intinctum, deinde carnem suillam, & quæ multum exigua mole nutriunt, oua sorbilia, bulbos, cochleas, aromatica. *Galen. lib. 8. de composit. medicā. κοῖλα τόπους.*

ANTO. VALETII EXERCIT. XXXII.

FAme assidua dum quis cruciatur, & tamen assumptus cibus ita grauat, molestúsque est, vt eum mox vomere, aut per inferiora deiicere cogatur, appetentia immoderata & canina fames vulgò dicta inuadit. Gal. comment. ad aphor. 21. li. 2. duas eius causas agnoscit, vel frigidiorem ventriculi intemperantiam solam, vel acidos, quos exorbuerit os ventriculi, humores. Hæc quia in cæliacam, aut dysenteriam affectionem, hydropem, cachexiam, denique in atrophiam, commutari consueuit, sedulam requirit curationem. Si sola sit intemperies frigida, victus calidus remedio est. Si præterea humor adsit, parabitur syrupo acetoso, oxymelite, syrup. de hyssopo. Vacuabitur verò hiera picra, diaphœnico, dacartham. agarico & rheo in aqu. fœnicul. beton. vel oxymelite Galeni infusis. *Famis caninæ causæ duæ. Curatio.*

De iecoris inflammatione. CAP. 35.

INflāmatur iecur gibbis & cauis partibus. Vtrúnque propriis 1 indiciis distingues, ex cap. 6. lib. 5. de locis affectis. 1 *Humoris morbifici & partis obsessæ proprius.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 344 sur 805

Curatio alia Græcorum, alia Arabum. 2 Conuenit tamen de phlebotomia. Statim ergò clysterem mollem iniice ex ℔.1. decoct. communis. ℥. 3. olei violati. In quo dissoluantur ʒ. 6. cassiæ, mellis rosac. & sacchari rub. ana ℥. ß. Reddito clystere eo tempore, quo æger minùs calere videbitur, declinatione accessionis, venam basilicam diuidito. Quæ si non apparet, media, aut etiam cephalica, vulneranda est. Probatum quoque antiquis Medicis, vt venæ extremæ manus aperirentur. Galen. eam elegit, quæ ad pollicem vergit, & benè successit. Paulus, quæ ad minimum. Razes, quæ ad medium. Sed ex his patũ sanguinis effluit. Grauis autem inflammatio est, & febris, quæ vacuationem desiderat & subitam, & copiosam, etiam ad animi deliquium, nisi partis nobilitas repugnaret, quæ sine graui detrimento subitam plurimámque vacuationem non sustinet: ex quo temperanda est vacuatio. Galenus ad finem septimi Methodi, & lib. 13. multam vacuationem facit: sed cæteris non consentientibus partitur. Adde quod calidius & siccius hepar minùs calido & sicco difficiliùs fert copiosam vacuationem, etiamsi & inflammatio & febris vtráque magna. Quod attinet ad topica, Arabes refrigerantibus vtuntur, quale hoc est.

℞. succi solatri tepidi ℥.4. cum linteolo, aut stupis cannabinis fiat 3 epithema. Aliud.

℞ aquæ ros. ℥.4 aceti ℥.ß. santalorum rubrorum & citrinorum ana ʒ.1. caphuræ ϑ.1.

4 Græci relaxantibus vtuntur, quibus aliquid aromatum admixtum sit, quod adstringendo roboret. Vtríque scopus est, vt refrigeretur hepar:

2 In inflammatione hepatis, si ætas & vires perferant sine infirmitatis metu, rectè celebratur phlebotome, cùm ad declinationem causæ antecedentis, & amotionẽ coniunctæ, tũ ad procurationẽ pepasmi, & materiæ exclusionem.

3 Vel. ℞. aquar. end. cichor. agrim. ros. ana ℥.3. aceti ʒ.6. santal. rub. & citr. ana ʒ.1. caphuræ ϑ.s. fit epithema pro iecore dũ excandescit.

4 Potior est Græcorũ sententia tum per se, tũ ex euẽtu. Per se quidẽ, quòd robur seruẽt: ex euentu, quia scirrhum vitant.

Græcis præterea, vt vis eius conseruetur. Arabum remedia qualitate propria refrigerant. Græcorum verò per accidens. Nam apertis poris, resoluta in fumos materiâ, calorem hepatis euacuât. Græcorum.

℞. summitatum absynthij, carnis cydoniorum conciſorum ana ℥.3. Decoquantur in aqua & oleo ad consumptionem aquæ: cum stuppis cannabinis, aut linteolis in expresso oleo mersis foueatur regio hepatis. Aut, mala cydonia purgata & contusa in aqua pluuia coque, & cum farina hordei & fœnugræci cataplasma confice. Galenus 13. Methodi vino incoquit. Coqui etiam possunt in absynthij decocto. Alioqui.

℞. ol. de absynthio, & cydoniorum ana ℥.1. ceræ ℥.ß. liquefiant in vase duplici. Refrigerata malaxentur cum succo endiuiæ, cichorij, aut simili. Olea conueniunt 5 rosatum, de cydoniis, de mastiche, absynthio, spica, schœnuantho, in quo santala coxerint, quæ adstringendo roborant. Relaxant verò oleum de amygdalis dulcibus, de chamæmelo, anetho, meliloto, in quo althææ radix coxerit, oleum lini.

5 Hæc olea simul confirmant, & intemperiē sedant.

Sæuiente dolore, tritici farinam in decocto absynthij & anethi coctam, & sacculo immissam, vtilissimum erit apponere. Sunt qui costum & calamū aromaticum cum liquore conueniente patienti ieiuno ebibendum præcipiunt, vt ægrum in latus postea decumbat. Aliis decoctum absynthij ponti-ci modico conditum cinamomo probatur.

Vbi fluxio maior est, maior quoque infirmitas visceris, plus adstringentium, alioqui plus relaxantium miscendum est. In summa lenientibus, re-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 346 sur 805

ſoluentibus, relaxantibus, roborantibus vſi ſunt veteres: aliquando etiam remollientibus, vbi iam durities ſuſpecta eſſet. Mucagines conueniunt cum ſemine cydoniorũ, althææ, lini, fœnugræci. Quod ad potiones attinet, vitanda ſunt quæ 6 refrigerant & adſtringunt, niſi 7 aliquid commixtum ſit, quod detergeat & aperiat. Propterea à aromata antiquis probata ſunt. Vti licet ſchœnuantho, ſpica nardi, calamo aromatico, cinamomo, folio, aſaro, ſantalis, caphura. Materia verò potionum ex hordeo. Syrupus acetoſus, zulapium factum ex aqua vel decocto capill.ven. cichorij, endiuiæ, fumariæ, cuſcutæ, glycyrrhizæ, hepaticæ, quatuor ſem. maioribus & minoribus cum octaua parte ſacchari, & momento cinamomi, ſpicæ, & ſimilium. 8 Syrupi de cichorio, endiuia, cappill.ven. de fumaria, ſed plurimùm diluti non cum dupla, aut tripla aqua, ſed potius ſextupla, aut octupla. Diluendi verò ſupradictis aquis.

6 *Vt iulepus roſatus ſyru. malor. granatorum.*

7 *Vt aqua hord. cum iulepo roſaceo, aut ſyr. mal. gran.*

8 *Vt. ℔. aquæ hordei ℥. 8. ſyr capill. veneris ℥. 1. f. potio.*

Electaria, 9 quibus confirmatur hepar, proximo capite dicentur.

9 *Vt diarhodum Abbatis, diamargaritũ frigi. electarium triaſantalinum.*

Probatum eſt hoc oleum antiquis, etiam inflammato hepate.

℔. rutæ P. 2. ſchœnuanthi ℥. 1. ſem. lini ʒ. 2. medium capitis papaueris. Coquantur omnia in oleo. Ceratum ſantalinum cum 10 oleo cõuenienti malaxatur, capiantur ℥. 3. cerati. Malaxentur, extendantur in aluta, fiat ſcutum ad formam creſcentis.

10 *Vt cum oleo cydoniorum, aut cum oleo abſynthite.*

Emplaſtrum 11 de meliloto, de althæa, vbi maturandum eſt apoſtema, itémque œſypi ceratum deſcriptione Philagrij, & Galeni, diachylon. Malaxentur cum oleo de liliis, aut in quo radices

11 *Ad digeſtionẽ, ſubiato inflammationis metu.*

althææ coxerint. Emplaſtrum factum eſt contuſis foliis braſſicæ,& melle,emplaſtrum ex ficubus pinguibus, althææ radice, coctis in oleo.Si magis reſoluere conſilium eſt,emplaſtro de meliloto adiicimus nonnihil ammoniaci, abſynthij, aut ſimilium: ex quibus puſtulæ,ſeu veſiculæ excitãtur,quæ oleo roſaceo percurantur. Quòd ſi ſuſpitio eſt infirmitatis,aliquid olei de abſynthio & aromatum commiſcendum eſt.

Reliquiæ clyſteribus, & leuibus pharmacis ſubducẽdæ ſunt, 12 ſi quidem malum eſt in cauis hepatis. Quòd ſi in gibbis,& copioſior materia eſt, primùm quidem iiſdem remediis, 13 deinde etiam diureticis vtendum erit, radice graminis, cichorij, endiuiæ,acetoſæ,apij.petroſelini, fœnic.ruſci,aſparagi,& aliis,quæ poſtea plenius dicentur.

Laudata herba eupatorium ab antiquis, & maiorana.Cucurbitulæ 14 vſus tum initiis, tum inueterato morbo. Quidam enim è veteribus,poſtridie quàm miſſus fuerat ſanguis, cum ſcarificatione affigebant dextro hypochondrio: relinquebant vulnus in craſtinum, atq; iterùm affigebant. Alij verò iam inclinato morbo, vt reliquias vacuarent,ſimiliter applicabant.

12 *Nam cauua hepatis per derectiones, conuexa per vrinas expurgãtur. Galenus ad finem lib. 7. Metho. med.*

13 *Nam quò natura viã affectat, eò ducere oportet per loca lege naturæ idonea.*

14 *Si hepar non ſit infirmum, ſi foras euocãda materia, ſi non ſit fluxio perennis.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Vt Pleuriticos, & Peripneumonicos, qui lateris aut pulmonis inflammatione vexantur, ita ἡπατικὲς, à iecore inflammato veteres appellarunt. Recentioribus alia huiusvocis ſignificatio, de qua dicetur capite ſequente. Fiunt autem ſæpiùs in hepate inflammatio, abſceſſus, ſcirrhus,imbecillitas, obſtructio,veſicæ aqua plenæ in membrana extrema, quæ ſi rumpantur, hydropiſim generant. Cauendum imprimis ne

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 348 sur 805

fallamur, si quando tumor apparet in medio ventre. Nam quibusdam, vt quotidianis anatomiis cernitur, hepar extenditur ad sinistras partes. Deinde diligenter distinguendum, num in musculis sit inflammatio internis, externis, aut in gibba parte, vel caua, & ne pro phlegmone hepatis, pleuritidem iudicemus. Communia & necessaria signa sunt in inflammatione iecoris tumor, dolor, febris, & ex his spirandi difficultas ac tussicula inanis. Aliquando hepar ob pondus deorsum inclinans tendit diaphragma, vnde membrana succingens costas diuellitur, sicque dolor ascendit ad clauiculas. Febris ardens est, lingua arida, rubens initio, deinde nigra & aspera, sitis inexhausta, nausea, cibi fastidiū, singultus. Distinguuntur partes gibbæ à cauis hoc modo. In parte caua dolor grauis, singultus, nausea magis torquent. Fluxus ventris, adest nisi robustius sit viscus, quod, exuctis humiditatibus, deiectiones, faciat σπυρατώδεας, & velut in globulos præ siccitate coactas vomitio biliosa maior sitis, linguæ ariditas & asperitas. In gibba, dolor punctorius ob ligamentum cum diaphragmate, vrinæ magis ruffæ; partes vicinæ, vt septum, magis opprimuntur: vnde difficilior respiratio, tussicula manifestior dolor ad dorsum acutior ob ligamenta, tumor tactu deprehenditur. Inflammatio inter cutem cognoscitur tactu ob tumorem, visu, quia calida rubescit: frigida sine febre, vel dura, vellaxa. In medio ventre, retinet figuram musculorum, tumor externus maior, dolor acerbior. Sed ad exactiorē dignotionē lege caput 6. & 7. lib. 5. de locis affectis, vbi Stefiani & Theagenis historiæ. Si in abscessum vertitur, lethale, cum ad carnem vsque hepatis corruptio pertingit, & pus simile apparet fæci olei, ex incocta putredine propriæ illius substantiæ. At si pus intra tunicas contineatur, nihil patiente substantia hepatis, vacuato pure liberantur omnes. Neque enim necessarium est hepate suppurato hominem interire, nisi magnum sit vitium. Vnde Hippoc. 2. de Morb. Pulmone suppurato, si album & purum pus effluat fibris etiam cruentis intermistis, ægrum conualescere, si vitello oui simile, & subuiride pus, crassum ac fœtidum mori. Nam pus album alteratricis robur ostendit, & victoriam naturæ.

Iecoris inflāmationis communia & necessaria signa.

Iecoris gibbarum inflāmatarum à cauis distinctio.

Musculorum abdominis inflammatorū signa.

Remedia sunt, ex eodem latere sanguinis missio, cucur-

bitulæ in coxis, clysma, syrupi, olea, vnguenta, cataplasmata. Galen. ad finem libri 7. Meth. in alteratione videndum præcipit, ne dum calorem extinguimus, temperiem naturalem labefactemus: & 13. topica initio nunquam adhibenda esse frigida. Magna ex parte bilis crassior fit in calore hepatis, sed tenuanda, temperanda, & si in cauis, declinante morbo, vel etiam maturata phlegmone, per aluum purganda: in gibbis per renes sed primò leuioribus vtendum. Neque tamen, si contrà fiat, tantus error est, quantum Auicenna scripsit. Nam si venosum genus per medicamenta purgari potest, gibbæ quoque poterunt. Sed eò commodiùs, quò natura repit. In cauis, clysteribus, deiectoriis, cnico, polypodio epithymo, mercuriali in ptisana, & iusculis, primùm vtimur, deinde fortioribus, centaurio, colocynthide. In gibbis à diureticis leuioribus ad fortiora paulatim transeundum, ne materia concrescat in scirrhum. Ad id maximè commoda habentur apozemata laxantia, quæ & humores præparant, & vacuant. In duritie videndum præter cæteras partes, vt moderatè molliamus. Vincant incidentia & tenuantia, aromata misceantur. Seruandum enim robur partis.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXXV.

IEcori, vti aliis visceribus, morborum genus duplex accidit: à sola intemperie vnum, citra tumorem præter naturam: alterũ, vbi vnà cum intemperie tumor quoque adest, vt inflammatio, erysipelas, scirrhus, inflatio & obstructio à crassis & viscidis humoribus. Inflãmatione verò obsidetur hepar, dum sanguis vel exuperantia, vel tenuitate, vel feruore & acrimonia, vel externarũ causarum impulsu, percussione, torsione, lapsu, strictione forti & cõtinua, zonæ, diploidis, è venis immoderatiùs prorũpens, in visceris corpus copiosior secedit, & carnosam partis eius substantiã, in qua cunctando putrescit, imbuit. Iecur inflammari ex dolore & grauitate dextri hy-

Hepatis inflammationis causa.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 350 sur 805

Hepatitidis signa.

pochondrij cum febre acuta, coniunctis facilè quidem intelligimus: sed quia nunc gibbæ, nunc simæ partes phlegmone prehenduntur, totúmque continuum est hepatis parenchyma, maxima in illis distinguendis difficultas versatur: quæ tamen à Gale. cap.6.libr.5.de loc. mal. affect. diligenter excutitur.

Hepatitidis curatio.

Inflammationi incipienti quàm citissimè occurrendum, enemate blando ad fæces deturbandas priùs iniecto, deinde copiosa sanguinis missione è basilica dextra, si vires ferant: alioqui pauca, sed repetita.

Gal. comm. ad aph.14. lib.1.

Purgans autem medicamentum quanquam phlegmonosa habentibus hypochondria minùs est commodum, licebit tamen benignum aliquod imperare, corpore præsertim cacochymo existente vt.

℞.syr.de cichor.compos.cum rh.ʒ.1.cum aq. stillatitia, aut decoct,cich.vel endiuidiæ, vel acetos.f.potio.Aut. ℞. cathol. dupl.senn.& rhab.ʒ. 6.syrup.laxatiui ros. pallid.& de cichor. simpl.an.ʒ.ß.cum aq.hord.vel decocto pectoral. f.dosis.

Topica interim repellentia & adstringentia, vt in aliis fieri solet inflammationibus, admouebuntur, sed quæ actu frigida nō sint: nam natura partis, quæ & princeps est, & publico officio fungitur, atque etiam situs repugnant.

℞.ol.ros.& cydon.an. ʒ.1.cum cerato santalino f. linimentum. Vel.℞.oleorum eorund.vel mastichini & nenuphari.an. ʒ.6.mucag.semin.psyl.& cydon.extract.in aq. plantag.& absynthij ʒ.1.puluer.calam. aromatic. & absynth. ana ℈.1. cum cera f.litus.

Cera pauca, vel nulla admiscetur, quia emplastica cùm sit, difflationem prohibendo maiorem inducit calorem. Ad eundē scopum facient syrupi sanguinē temperantes, vel apozemata è radicib. acetos. oxylapath.cichor.totius, plātag.totius, agrimon.lactuc.

portul.roſ.endiu.ſcariol. capill.ven.ſeminib. frigid. floribus cardiacis, & ſimilibus. Longiùs progreſſa inflammatione, ſanies collecta detergeri vult: inflammatis quidem gibbis, magis per vrinas: ſimis verò, per ſeceſſus. Vrinas ciebit hoc apozema.

℞.radic.gram.acetoſ.polypod. quer.petroſ.paſſul.mund. glycyrrh.raſ.an.℥.1.cich.end.agrim. omnium capill. bipinell. brion.an.M.1.ſem.quat.frigid.maior.an.℥.2.flor.cardiac.ana p.1.f.decoct.ad ℔.1. In colatur.diſſol.ſyr.de althæa, ſyr.capill. ven.& ſyr.acetoſ.ſimpl.an.℥.1.f.apoz.clar.cõditũ, vt eſt artis.

Cum fortioribus fuerit opus, addentur valeriana, petroſ. Macedonicum, & alia id genus diuretica valentiora. Quod attinet ad deiectoria medicamẽta, quæ potiora cẽſentur cauis hepatis inflammatis, ea mitiora eſſe debẽt: nam vehemẽtioribus phlegmone augeretur. Quinetiam dum prouecto morbo iſtis locus eſt remediis, alia atq; alia particularia deligenda. In incremento digerẽtia repellẽtibus, mixta: vt ol. chamæmel. nardin. abſynth. capparinum. At in ſtatu ſola ſatis ſunt digerẽtia, niſi inflammatio pergat ad ſuppuratum. Vbi ſemper videndum ne emollientium vſu viſceris robur diſſoluamus. Digeret commodè hoc emplaſtrum.

℞.maſſæ emplaſtri de meliloto, & empl. de mucaginibus ana ℥.1.cerati ſantalini ℥.ß. Emolliantur cum oleo de abſynt. aut cappar.f.emplaſtrum.

Id antequã applicetur, fouẽda erit regio hepatis ex decocto abſynt.flor.chamæ. roſ.rubr. calam. arom. ſemin.aniſi lini fœnic. Proderit tãdem intẽperiem à materia in hepate relictã digerere ſũptis & admotis.

℞.ſpecier.electarij diarhod.Abbat.& triaſantal. ana ℈.2. vel ℥.1.raſur.eboris, corn. ceru. an.℥.ß.ſacchar.in aq. gra. vel agrim.vel capill.ven.diſſol.q.ſ.f.electar.per lozẽg. Cap.vnam ſingul.matutinis.

Idem præſtant cõſeruæ roſ. violar. cichor. Admouebitur ceratum ſantal. cum oleo roſ. emollitum. Tãdem verò abſceſſus ſi ſequatur, vt plurimùm funeſtus. Vt enim ab eo vita diutiùs protrahatur, ſenſim tamen tabeſcẽte corpore mors interuenit, quod videlicet vlcus hepatis ægrè detergeatur, ob perpetuã partis humiditatẽ: vnde hæmatoſis fruſtratur. Attamen Claud. Rouſſeletius primariæ notæ Doctor Medicus, hepatitidem ad ſuppuratum ſaluis ægri rebus perductam obſeruauit.

1 A qua debilitate nominãtur hepatici, q̃ ipſa per ſe cõſiſtit ſine tumore, aut ſolutione cõtinui.

2 Omnis enĩ debilitatis intẽperies ſoboles exiſtit.

3 Quã παρ' ὑγχυμα Graeci vocãt, cuius eſt propriũ munus hæmatoſis.

4 Qui aut qualitate, aut copia peccant.

5 Ob intemperiem frigidam.

6 Hæc excretio hepatica dyſenteria nominatur, ſeu rubra alui prolwuies, ſect. 2. Primi Prorrhetici.

7 Vbi inchoatur hæmatoſis. Gal. lib. 4. de vſu par.

8 Gal. cap. 7 libr. 5. de loc. malè affec. & li. 8. de cõpoſ. phar. local.

De 1 debilitate hepatis. CAP. 36.

DEbilitatis hepatis 2 intemperies cauſa eſt, tũ ſubſtantiæ 3 viſceris, 4 tum humorum, qui venis & arteriis continentur. Atque imbecillis eſt attractrix, retentrix, alteratrix, & excretix.

5 Attractrice infirma liquida deiiciuntur per aluum, vt alteratrice ventriculi infirma: ſed hîc cruda & incocta. Infirma attractrice hepatis, non ita cruda, ſed ad chyli formã accedentia. Hepate verò attrahente, ſed nõ alterante chylum, ſimile quid loturæ carniũ aut ſanguinis, quem aqua diluerit, 6 excernitur. Poſtea verò non rudimenta ſanguinis, ſed deteriore qualitate excrementa effluunt. Cuius rei cauſa hæc eſt. Frigidiore hepate alteratrix infirma eſt. Itaque rudiorem ſanguinem, quem à 7 meſenterio accepit, non conficit. Vnde per interualla excernitur, 8 & loturam carnium repræſentat. Vbi verò reſiſtit, craſſeſcit, tempore anguſtias hepatis intercipit. Cum non perſpirat, ſuboritur febricula. Interceptus humor putreſcit, atq; aduritur, quo tẽpore non iam dilutus ſanguis, ſed veluti fæx ſangui-

nis excernitur. Excretio illa lucet, atque aliquando in atram bilem conuertitur. In frigida intemperie 9 color faciei pallidus, 10 pulsus tardus, 11 vrina alba, aliàs tenuis, 12 aliàs crassa, non ita frequens, neque copiosa deiectio, neque grauiter olens, nisi cum iam corrumpitur. Appetentia aliquando corrumpitur, aliquando intenditur: nulla sitis.

Calidam verò intemperiem sequitur 13 color faciei flauus, celerior pulsus, vrina flauo calore saturata, 14 prostrata appetentia, 15 sitis vehemens, fastidium graue, agitatióque corporis, 16 insignis febris, excrementa alui olida, biliosa admodũ, crassa, crocea, mordacia, vomitus quoque virulenti, æruginosi, ex 8. de compositione particularium medicamentorum, 7. cap. lib. 5. de locis affectis.

In calida dispositione fotu atque 17 irrigatione primùm vtẽdum est, è cham. ros. mastichino oleo, in quo absynthij comæ vel dactyli incoxerint. Laudatum remedium Græcis & Arabibus, frequens vsus 18 cichorij, end. Oportet autem hæc vel resicata infriare aqua hordei, vel incoquere aqua purissima, & adiecta sexta vel octaua parte sacch. potiones conficere. Augebitur autem sacch. modus, vel minuetur pro ratione. Hæc eadem infrigida conueniunt, sed loco sacch. diluemus mel (aperit enim, terget, purgat, vrinam ciet) aut vtemur syrupo de cichorio simplici cum aqu. absynthij, cuscutę, & simi.

9 *Nam color humorum, si nõ sint reflui, similis est mo-re florũ Gal. cõm. ad apho. 2. lib. 1.*

10 *Frigro motu dilatatur arteria.*

11 *Hæc crudita-tis ĩdex, ex apepsia & cruditate in venis.*

12 *Ex per-turbatione à flatu lẽto spi-ritu..*

13 *Quale e-nim est alimẽ tum, talis & elucet color.*

14 *Quam ca-lor resoluit.*

15 *A calo-re, & bilis in ventricu-lum affluxu.*

16 *Ex motu, putredine hu-morũ, & sy-natrismo, quẽ hepar gignit.*

17 *Fiat embroche ex oleo cydon. & rosaceo: linimentum ex cerato santalino in oleo cydon. dissoluto. Admoueatur etiam ceratum santalinum toti hypochondrio dextro in formam lunæ crescentis. Immisceri poterit pulvis coralle rub. aut ros. rub.*

18 *Vt conficietur potio quotidie manè ex decocto radic. cichorij in quo sub finem decoctionis absynthij Romani coma maduerit. Exhibetur iusta dosi cum tal ella electarij santalini.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 354 sur 805

Optimúmque fuerit eas aquas priùs condire modico cinamomo, aut adiicere aliquid eorum quæ aperiunt, quale hoc eſt. Interim roborabit iecur, atque eius incendium temperabit id electarium.

℞.puluer.diarrhod.Abbat.ſine moſcho,triaſantal.diamargarit.frigid.ana ℈.i. raſuræ eboris ʒ.ſ.cinamom.elect. cornu cerui ana ℈.ſ. ſacchari roſacei quantum ſatis ſit, fiat electarium per lozengias auro cooperiendas,ponderis ʒ.3.

℞.endiu.cich.ſiccat.& pul.an.℈.2.ſem.ſecuridacæ ℈.1.cin.℈.ß.fiat puluis,detur è vino albo tenui.

19 Melicrati vſus in calida hepatis intẽperie vitandus.

19 Laudant veteres melicratum è filicis radice detergendo & liberando, ſine calfactione manifeſta, aut refrigeratione.

℞. radi. chamæpytheos ℥.2.radicis cichorij ℥.1. ſchœnuanthi ʒ. 2. coquantur in quartariis tribus aquæ puriſſimæ ad dimidias. Colaturam percola per manicam Hippocratis cum ſacchari albiſſ. ℥.1. cinamomi ℈.ß.ſunt qui radices eaſdem ſiccant, tritas cribrant,& melle exceptas ad nucis ponticæ magnitudinem ex aqua conueniente exhibent.

20 Praeterea laudatur electariũ ſantalinum ſimplex ex triplicato rheo. vt.℞. ſpecierum triãſantali ℈.2.rhei elect.ʒ.2.ſacchari ℥ aquæ abſyntij diſſoluti ℥.3.f. electariũ per tal.ellas ſ̃od. ʒ.ß. Detur alternis diebus.

Conferet quoque mirificè hic ſyrupus. ℞.ſenecionis,agrimoniæ, cicho. endiuiæ ana M.ſ. glycyrrhizæ ʒ.1.ſemin.aniſ.petroſ.fœnic.ana ʒ.2.cinamo. ſpicæ Celtic.an.ʒ.1.ſ.f.decoctio ad quart.3.In colatura diſſolue mell.℥.4.f.ſyrup. mediocriter coctus. In frigida & imbecilli retentrice atque cõcoctrice.

℞.nardi Celticę ʒ.6.abſynthij ʒ.2.cinamomi ʒ. ß.cribrata melle excipe. 20 Fiat electarium,aut decoque in aqua, atque inde melicratũ compara. Vel cupatorium, abſynthium, & alia id genus hepatica vino & aq. incoquuntur. Ad fotum eadem conciſa

in oleo chamęmelino & vino maluatico coquũtur, dum vinum ſit abſumptũ : oleum ſeruatur ad litũ.

Vinum, frigidiore & humidiore hepate, coquit, roborat, putredinem arcet, intemperiem corrigit. At ſi febris acceſſerit, ſubtrahendus penitus eius vſus.

Vbi nullus febris metus, vinum præſcribi poteſt eiuſmodi. ℥. roſmarini M. 1. rutæ p. 1. ſpicæ Celtic. cinamomi ana ʒ. 1. Hæc in vino macerata leuiter feruefiant : vinum propinetur.

In frigore & inde obſtructionibus olea conueniunt, in quibus elenij, iridis, gentianæ, coſti radices coxerint. Eædémque quoque radices infriantur, & inſperguntur melicrato, vel exceptæ melle exhibentur. Cochleę & lupinum iecur trita, & in pulueren redacta ex vino imperantur. Sic etiam ex pulpa paſſular. myrobalanorum, hepate lupi, & electariis conuenientibus opiatæ finguntur.

Electarium de vino Arabum, quod Xiphoides ab Andromacho, & aliis Græcis appellatur.

℥. 21 paſſul. mundatarum ℥. 3. croci ʒ. 1. calami aromati. ʒ. 2. ß. bdellij ℥. ß. caſſiæ ʒ. 2. ß. cinamomi ʒ. ß. ſpicæ ʒ. 3. myrrhæ electæ ʒ. 4. terebinthi. ʒ. 4. ſchœnuanthi ʒ. 2. ß. ſiliquarum ʒ. 2. mellis ℥. 2. vini ſubtilis, quod ſufficit. Fiat electarium. Addebant alij in calidiore hepate ſeminis hyoſcyami albi, opij ana ʒ. 1.

Materia ferè conuenit, quæ penetrat, aperit, lenit, adſtringendo roborat, abſterget, incîdit, putredinem prohibet, exiccat.

Vtimur ergo ad penetrationem cypero, ſchœnuantho, croco, iride, aromatibus. Eadem quoque

21 *Vel ſic cõficies.* ℥. *paſſul. damaſc. mundatarum* ℔. ß. *coquãtur ad pulcis conſiſtentiam in vino veteri & generoſo. Trãsfundantur cetaceo. In cola, diſſol. confer. anthos, coriand. citr. conditi, cinamo. in* ʒ. 1. *ſpec. arom. roſ. diamar. cal. ana* ʒ. ß. *vel* ϑ. 2. *f. opiata, detur quotidie manè ſub horam ſomni ad* ʒ. ß. *cum vino veteri.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 356 sur 805

aperiunt. Cui rei etiam piſtacia, marrubium, abſynthium, & alia, quæ capite de obſtructione hepatis dicentur. Leniunt ficus, paſſulæ, vinum granatorum dulcium, vinum ſubdulce & tenue. Abſtergent mel, aqua mellis, terebinthina, & quæ inde diſtillantur aquæ, aqua quoque hordei.

Incidit acetum, vinum granatorum maturorum, & acidorum.

Roborat ſchœnuanthum, abſynthium, eupatorium, roſæ, ſpicæ. Præſeruant à putredine, & ſi quid eſt virulentum, corrigunt imprimis, cinamomum, deinde caſſa lignea, nardus, iuncus odoratus, ſchœnuanthum, calamus aromaticus, crocus, myrrha electa, aſpalthum, paſſulæ, raſura eboris, cornu cerui, vnicornu, vinum, mel, terebinthina, aromata omnia. In exſiccando vtuntur ſpodio, cuius loco vti licet ſaccharo roſato, admixto cinere, facto ex oſſibus elephantis.

A proprietate conuenire volunt rhabarbarum, ſpicam, paſſulas, iecur lupinum, carnes cochlearum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ἡπατικοὶ dicuntur, non vt veteribus, qui hepatis inflammatione laborant: ſed cum citra manifeſtum aliquem illius affectum imbecillitas ſola acciderit ex intemperie. Cùm autem intemperies omnis nata ſit, vt ait Galenus, actionem lædere, nõ tamen omnis imbecillitatem hanc efficit, quam hepaticis tribuunt. Cuius proprium eſt, ſanguinem probè non conficere, ſed crudum, ſemicoctum, & aquæ modo liquidum generare, ſiue calida ſit intẽperies, ſiue frigida. Sed & in calida ſæpè aduritur ſanguis, tantùm abeſt, vt ſemicoctus maneat. Facilioris ergo doctrinæ gratiâ duplicem intemperiem conſtituere licebit: vnam, quæ iam ad iecinoris ſubſtantiã peruenerit, illiúſque vires & harmoniam diſſoluerit, ita vt imbe-

Gal. lib. de inæquali intemperie.

Iecoris duplex intemperies.

cillitate contracta ſuum officium non faciat, niſi diminutè. Alteram, circa imbecillitatem, intenſa videlicet, aut remiſſa qualitate aliqua, vt calore & frigore, quæ tamen nondum naturalem conſtitutionem ita labefactârit, vt facultatis vires ſint imminutæ, ſed potiùs corruptæ. In priore perpetua eſt excretio ſanguinis aquoſi & ſemicocti, ſiue à calore ſit, ſiue à frigore. Diſtinctio ex effectibus cauſarum. A calore enim cibi faſtidium, ſitis, febris, vitioſorum humorum vomitus. A frigore, contraria. In poſteriore, ſi calida ſit, aſſlatur chylus, in bilem vertitur, vrina ruffa, alui excrementa craſſa, bilioſa, fœtida, acria, ventris adſtrictio, ob vehementem attractionem à nimio calore, oris amaritudo, ſitis, interna manuum caliditas, pedum pulſus celer. In ambitu corporis pruritus, calidi fumi. Et, ſi bilis in ventriculum fluat, nauſea, bilioſa vomitio, & ſimilia. Sanguis autem non crudus, vt in ſuperiore, ſed aduſtus potius cernitur. In frigida contraria omnia apparent, pituita, frigus totius corporis, color faciei albus, habitus corporis tumeſcens, niſi calor cordis impediat, excrementa pauca, parùm olentia ob cruditatem, ventris profluuium certis temporibus. In ſicca, corpus ſiccius, ſqualidius, ſanguis paucus, craſſus, venæ duriores. In humida contrà fit. Cauſſæ externæ, internæ, quæcunque immodicè refrigerant, calfaciunt, ſiccant, humectant. Partium item conſenſus, inteſtinorum gracilium, venarum meſaraicarum, epiploi, ſplenis, folliculi fellis, renum, veſicæ, venarum, quæ omnes partes hepati inſeruiunt ad præparationem alimenti, excrementa recipienda, ſanguinis delationem, vel coctionem iuuandam.

Iecoris intemperierum ex cauſarum effectibus diſtinctio.

Ab intemperie cum imbecillitate vix curatur. Sed in eo elaborandum ne augeatur, occurrendo cauſæ, & roborando. In calore remedia ſunt aquæ potus, alimenta refrigerantia, ſyrupi, tabellæ, conſeruæ, epithemata, vnguenta, cerata. In frigore, eadem, ſed contrariis qualitatibus. In ſiccitate, humiditatem inſtaurantia, potus lactis, balnea, proprietatem occultam habentia, & quæ hecticis conueniunt. In humiditate contrariis occurrendum. Valent hepar piſcium, anſerum, animalculorum, capreolorum, agnorum, terebinthus, pruna paſſulæ, acetoſa. Poſſunt macerari in ſero lactis, aqua hordei, lacte, vino, decocto cinamomi, & aliis, vt res poſtulat, dũ tur-

Hepatis intẽperies cum imbecillitate coniũcta vix curabilis.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 358 sur 805

geant imaces, cochleæ, decocta hepatica. Vua pasta tantùm astringit, quantùm opus habet viscus affectum. Neque enim eget magna astrinctione, neque tanta, quanta ventriculus, tota substantia hepati familiaris. In calore vsus mollis casei, cremoris lactis, & similium. Optima sunt, inquit, passim Galen. quæ vnà cum hoc, quòd intemperiem curant, etiam alunt, familiari, scilicet, parti laboranti, vinum, mastiche, confectiones Andromachi. Hepar humidiorem habet compagem. Itaque non fert remollientia, nisi moderata, oportétque in indurato hepate calfacientium & attenuantium modum statuere præter morem aliorum viscerum.

Hepatica simplicia.

Bubula, & vini potus nimius Æstate hepati infestissima sunt, & bilem ad hepar multam colligunt. Hepatica sunt agrimonia, intybi species, senecio chamæpytis, radix filicis, acetosæ, asparagi, plantago, eupatorum, absynthium, soncus, &c.

SANCTO. VALETII EXERCIT. XXXVI.

Hepatis imbecillitas duplex.

HEpatis imbecillitas, à qua hepatici nominãtur, citra manifestum vllum visceris vitium fieri consueuit. Atque hæc vel natiua est, vel adscititia. In vtráque imbecilla si fuerit hæmatωsis, prodeunt alui excrementa loturæ carnium similia. Intemperierum autem, quæ huius affectus causæ accensentur, signa distinguuntur ex Galeno cap. 8. libr. 8. de compos. medicam. χτ' τόπους

Hepatis imbecillitatis curatio.

Imbecillitas à quauis intemperie per contraria corrigitur, additis modicè adstringentibus, atque etiam aperientibus & detergentibus. Ferè fit enim, vt imbecillo in iecore excrementa colligantur, quæ obstructionem pariunt. Itaque imprimis rhei dilutum ex decocto aperiente præscribitur, vel hic bolus.

℞. terebinth. Venetæ (quæ lenit, terget, vacuat) lotæ in aqua endiuiæ aut cichor. ʒ. 3. rhei electi puluerati ʒ. 1. f. bol.

In calida

In calida cauſa conferunt remedia hepatis inflammationi dicata. In frigida verò, quæ obſtructioni hepatis à pituitoſo humore inſtituuntur.

De 1 morbo regio. CAP. 37.

1 A bile toto corpore ſuffuſa.

REgius eſt verò ſignatus nomine morbus, Molliter hic quoniam celſa curãdus in aula. Inquit Serenus. Hoc idem Cornelius Celſus.

Debet enim omnibus curis eſſe vacuus ac ſolutus ictericorum animus: quin & ſplendido conclaui, laſciuiis, cantu, iucundis quoque ſermonibus laxandus eſt. Varro quia curatur mulſa morbum regiũ dictũ exiſtimat. Vocatur & hic morbus arquatus vel arcuatus. Icterus, quia ictida, id eſt, viuerram, animalculum, quo cuniculos excludũt (*vel muſtellam colore oculorum aureo*) vel Galbulam auem colore repræſentat: qua ratione & aurigo dicitur.

Cauſa ferè 2 obſtructio, nonnunquam inflammatio, aut intemperies 3 hepatis. Et obſtructio quidem vel hepatis, vel pororum bilis: 4 lapillus aliquando concretus in folliculo fellis, aut adnatum tuberculum. Nonnunquam quia cyſtis fellis multitudine intercipitur, vel quia vis eius excretrix infirma eſt. Venena quoq;, aut bibita 5 pharmaca, nec per aluum reddita, huius vitij cauſæ aliquando extiterunt.

2 Eáque veſiculæ fellis.
3 In quo eſt interdum impreſſa venenoſa quædã qualitas.
4 Imò multi perſæpe.
5 Quæ à venis rarefactis rapiuntur.

Primùm itaque eſt, vt 6 cauſam agnoſcas: deinde vt eandem tollas: poſtremò icterum cures. Interrogabis ægrum, num ſentiat grauitatem, tenſionem, dolorem in dextro hypochondrio. Manum quoq; admouebis, vt intelligas, num tumor & duri-ties ali-

6 Naturalẽ, criticam, aut ſymptomaticam.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 360 sur 805

qua ſubſiſtat. Quæ omnia ſi 7 abſunt, & excrementa alui, vrinæ ſimiliter, naturaliter habent, iudicabis 8 incolume iecur eſſe: cæterùm effuſam in corpus bilem, quæ colorem cutis defœdat, quia craſſior eſt, exhalare ac reſolui non poſſe. His ergò victum liquidiorem atque humidiorem imperabis.

Balnea aquæ dulcis, in quibus quæ 9 detergent, atque reſoluunt, decoxeris. Si verò adſunt, ventérque ſubſiſtit, albida excrementa ſunt, cineritia, & argilloſa, vrinæ verò ſpiſſæ, colore croceo ſaturatæ, aut etiam nigræ, tum obſtructionis certum indiciũ eſt. Inflammatio perpetuò cum febre eſt, de qua priùs. Obſtructio ergò priùs curetur, deinde delebitur icterus.

Primùm itaque aperientibus & detergentibus inſigniter liberanda eſt 10 obſtructio. Verùm ſi ſuſpitio aliqua eſt excrementi in ventre & primis venis, caſſiæ aut catholici 11 ℥.1. ex ſero lactis imperabis. Et quia in hoc morbo aluus 12 ferè adſtricta eſt, vtiliſſimus eſt clyſter, cuius materia ſit ex iis, quæ ſtercus durius emolliant, quæ reſiſtentem bilem irritant, quæ muſculos & inſtrumenta excretionis incitent. Sic enim placuiſſe veteribus Aphrodiſeus ſcriptum reliquit.

℞. maluæ, biſmaluæ, violariæ an. M.1. furfurum pinguium M.ß. fiat decoctio ad ℔.1. plus minúſue. In qua diſſolue mellis communis, ſachar. rubr. ana ℥.1. ſalis communis ʒ.2. olei communis ℥.3. Hæc eſt formula, qua per interualla vti oportebit, vbi diutiùs venter reſtiterit.

Poſtea ſi ſanguis multus eſt, baſilicam aperies, ac pro ratione ſanguinem educes.

7 *Et ſit hypochondrium λαπαρὸν, & omnino æquale.*

8 *Vnde nec villam ſubeſſe perẽnẽ icteri generationẽ.*

9 *Vt agrimonia, ſumaria, melilotũ, furfur.*

10 *Veſiculæ fellis & venarum hepatis. Tali enim obſtructione exitus & aditus prohibetur bilis in fellis veſiculam.*

11 *Vel ʒ.10. ne illud excrementũ vi aperientium in venas feratur, obſtructionémque pariat.*

12 *Quod naturæ clyſter naturalis denegetur, ex eo quod bilis exitum non habet in inteſtina.*

Solitæ quoque hæmorrhoïdes incitandæ ſunt, & menſes in mulieribus, venæ ſub lingua, non niſi inclinante morbo aperiri debent. Tum enim ea phlebotomia tẽpeſtiua eſt. Tum de 13 purgatione agendum eſt. Meminiſſe autem oportet nunquam vtendum purgationibus, obſtructo hepate inſigniter, niſi priùs feceris viam aperientibus & detergentibus.

13 *Quæ ſit huiuſmodi, vt materiam morbum facientem radicitus extirpet.*

Aperiunt autem oxalis, cichorium, endiuia, apiũ, adianthum, calamintha, fœniculum, gentiana, anchuſa, ariſtolochia, melanthium, ſecuridaca, chamępythis, roſmarinus, ſerpillum, hypericum, marrubium, aſarum, aniſum, petroſelinum, amara omnia, aromata, terreni vermes, cornu cerui, ebur, cornu vnicornis. Quorum omnium herbas, radices, aqua incoques, aut vino tenui, atque inde cum ſaccharo aut melle potiones comparabis, aut redacta in puluerem ad ʒ. 2. mulſæ aut vini albi tenuis & ſimilium ʒ. 3. aut 4. inſperges.

Syrupi in vſu ſunt de cichorio, endiuia, capill. ven. de byzantiis, de duabus & quinq; radici. ſyrup. acetoſus, de acetoſitate citri, oxymel ſimplex. Aquæ verò endiuiæ, cichorij, lupulorum, cuſcutæ, fumariæ, capil. ven. acetoſæ, ſcolopẽdrij, raphani, apij, fœniculi, lappæ, rubeæ, lybiſtici, eryngij, ruſci, aſparagi, & ſimilium. Oportétque initio primùm vti leuioribus, ídque per interualla. Aſſiduus enim aperientium vſus vehementer lædit. Atque vbi his vſus fuerit, purgationes imperabis ex ſeri lactis ʒ. 4. in quibus per noctem maduerint ʒ. 2. carthami conquaſſati, cinamomi, vel ireos florentinæ ϑ. ß. Alioqui rhab. ʒ. 2. infuſas in aqua endiuiæ cum modico cinamomi. Idem põdus 14 hieræ picræ, hierę diaco-

14 *Si pituita obſtructionem faciat, hierâ picram commodè ſurpabis.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 362 sur 805

locynth.conuenire poteſt.Alioqui.

℞. pul. hieræ diaco. ℈. 4. rab. electi ʒ. 1. cornu cerui,raſuræ eboris,cinamomi ana ℈. ß. Dabis hæc ex ſero lactis, aut aqua hordei. Tum ad aperientia redeundum eſt,& iterum purgandum interuallis. Quòd ſi his malum non cedit, medicamentis vtendum erit,quæ fortiùs aperiunt & detergent. Atque iam dacrydio & colocynthide cathartica acuenda, vt proximis Gr.8.6.4. dacrydij admiſcenda ſunt. Alioqui.

℞.dacrydij ℈.1.florum anthos,borraginis,& violarum ana P. ß. cinamomi, aſari, rad.gentianæ ana Gr.8. Fiat infuſio in ſero lactis. In col.ʒ.4.diſſolue ſacchari ʒ.ß,fiat potus.

Vomitus quoque etiam cum elleboro, de quibus antea,probati ſunt.Ita curato viſcere,color fœdus delendus eſt thermis ſiccis: deinde balneo ex chamęmelo,anetho,calamentho,fœniculo, roſmarino,parietaria, & furfuribus. Statímque à balneo, linteis aſperis, & materia balnei perfricandum corpus eſt.

Potiones ex ſupradictis aperientibus & detergentibus exhibendæ.

Sternutamenta & errhina, qualia priùs deſcripta,conueniunt.

Oculi & facies aceto albo, aqua hordei, ſucco granatorum, oxyſacchara, ſucco coriandri, acetoſæ,acetoſitate citri.His quidem tepidis foueẽda ſunt & contingenda. Nunquam autem venies ad fœditatem coloris, niſi ſublata cauſa, & curato viſcere. Quod ſi durum eſt, fouebis ex aceto, in quo althęæ & lilij rædices,ficus, paſſulæ, coxerint:tum ʒ.3. em-

plaſtri de meliloto, vel dialthææ malaxat. cum oleo amygdalarum dulcium induces: vel ammoniaci ℥.2.in aceto diſſolutas applicabis. Superioribus remediis vteris,ſed admixtis iis, quæ leniunt & emolliunt.

In materia venenoſa initio quidem vomitus,ſi eò materia vertitur. Si ad inteſtina, clyſter acris. Si in habitum corporis,cucurbitulæ cum multa flamma conueniunt, & ea omnia, quæ foras materiam attrahunt.Ex quo,ſyrupo acetoſo,de limonibus, oxyſacchara,de acetoſitate citri, cum aquis acetoſæ, endiuiæ, 15 calendulæ,papaueris rubri,dictamni, tormentillæ,ſeu ſucco granatorum,berberorum,limonum,citri,lacte acetoſo,in quo flores cordiales leuiter bullierint,raſura cornu vnicornis,cornu cerui,eboris,electario de vino,& paulò antè deſcriptis capite de debilitate hepatis remediis vti oportebit.

15 *Meliſſæ quoque,morſus diaboli, cardui benedicti, & ſimil.pentaphylli.*

Theriacæ & mythridatij vſus. Dantur quotidie ℈.2.aut ʒ.1.cum ℥.1.acetoſitatis citri aut liquore cõuenienti.

Virginibus,quas hoc 16 vitium defœdat,purgatio ex hiera. Imperatur ʒ.1.ß. ex aqua halicacabi (vulgò Alkekengi)cuſcutæ,endiuiæ,oxymelite. Alioqui.

16 *De huius curatione fuſius in ſplenicis affectibus.*

℔.hieræ picræ ℈.4.rhab.electi, agarici trochiſcati,ana ʒ.ß.raſuræ eboris,& cornu cerui ana ℈.ß. cinamomi Gr.8. croci Gr. 4. incorporentur omnia in 17 ℥.ß.catho.Deinde diſſolue in ſero lactis,aqua cuſcutæ, aut liquore ſimili.

17 *Vel ʒ.6. Exhibitur autẽ iis præmiſſis,quæ ad obſtructa liberãda præſcripta fuêre.*

Imperetur quoque hoc electarium.℔.triaſantali, diarhod Abb.ana ʒ.ß.vtriuſque diamarg.an.℈.1.raſuræ eboris,cornu cerui an.℈.ß.ſacchari in aqua cu-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 364 sur 805

18 Diacurcuma etiã & confectio alkermes mirificè prosunt.

scutæ & rosmarini dissoluti quantum sufficit. Fiat elect. per lozengas pondere ʒ. 1. 18 Dentur manè & vesperi per se, vel cum liquore conuenienti ex cochleari. Vel solum triasantalinum electariũ cum duplicato aut triplicato rhabarbaro satis esse poterit. Alioqui.

Ammoniacum ad ℈.2. è mulso radicis capparis, vel aromatico vino, exhibitum tanta pollet facultate, vt multos iam ad hydropem properantes liberarit, vacuatis mirabiliter per ventrem visceris obstructionibus. Destillatur inde arte chymica oleum conuenientissimum.

℥. rad gentianæ in puluer. redactæ ℈.4. cornu cerui & rasuræ eboris ana ℈. 2. cinamomi ℈. 1. sacchari ʒ.ß. detur sæpe medium cochlear ex vino albo tenui.

℥. semin. anis. apij, asar. absynth. amygdal. amarar. ana partes æquales: terantur. Ex quibus tritis cum aqua cuscutæ fingantur trochisci.

Vel etiam, ℥. cortic. radicis capparis ʒ. 9. seminis acetosæ. ʒ. 6. cortic. radic. fœnic. ʒ. 3. f. puluis detur ʒ. 1. ex aqua conuenienti media nocte, vel in siti.

Vtatur quoque per interualla decocto cicerum rubrorum, in quo radices petroselini & cichorij coxerint. Epotis id genus medicamentis decumbat æger in latus ægrum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ictterus flauus & niger.

Ictterus iecinoris vitio flauus: lienis, niger: vterque, mixtus & virescens, vt puellis quibusdam. In omnibus

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 365 sur 805

effunditur bilis in vniuersum corporis habitum. Differentiæ ex causarum varietate & modo sumuntur. Si obstruatur meatus à iecore in follicullum fellis, quia plena adhuc est vesicula, excrementa alui vtcunque colorata erunt: sin alter à folliculo in ecphysim, alba & cineritia, quia bili præclusus est aditus ad intestina. In vtróque affectu bilis non secernitur: regurgitat in iecur & venas: sanguini permiscetur: effunditur in totum corpus, vnde aureus color præcipuè oculorum, ob candorem. Pars per renes expulsa vrinas aureas, crassas, impuras efficit. Si calida sit & sicca intemperies hepatis, multitudo bilis inde procreatæ icterum generabit. Sed excrementa quoque alui, vt cæteræ partes, bile perfusa apparebunt. Idem præstat imbecillitas secretricis, quæ genitam bilem non separat à sanguine, vt in obstructione, scirrho, inflammatione, imbecillitate hepatis. Idem quoque facultas expultrix in morbis acutis per crisim, vel læsa retentrix, & superata humoris copia, multitudine, malignitate. Sed quò distinctiùs & exactiùs causæ omnes discernantur, imprimis videto, an cum morbo acuto sit, an per se: si cum morbo acuto, an die critico factus fuerit apparentibus coctionis signis, iecore non indurato. Sic enim optimæ crisis indicium, superante expultrice facultate. Contrà, malum, præcipuè ante diem decretorium, superata retentrice. Anceps tamen præsagium, vt dicetur. Quòd si sine morbo acuto sit, imprimis excrementa inspicito. Nam si alba, vel parùm colorata, obstructio est. Si deiectio alba, vrinæ flauæ, nullus tumor in hypochondriis, neque tensio, & dolor qua parte porus cholagogus decliuis, obstructus est ille meatus. Si colorata deiectio, vel est imbecillitas iecoris, vel intemperies calida, vel morsus venenatorum animalium, vel pharmacorum deleteriorum potus, vel aqua corrupta, vt in expeditione Neapolitana. Duo priora distinguito ex propriis capitibus, in quibus agitur de imbecillitate, inflammatione, scirrho, obstructione hepatis. Nam ab his etiam tribus postremis fiunt icteri, authore Galeno Aphor. 62. lib. 4. Verùm scirrhus diuturnus morbus existit. Inflãmatio & obstructio repẽtè fieri possunt. Adde signum ex flatu in intestinis. Nam πνευματώδεις, id est, flatuosi fiunt, qui ex imbecillitate ictero vexantur. Cõtrario modo afficiuntur, qui ex calida intẽperie. Non ignorare Hip-

Hepatis intemperies calida & sicca bilis procreatrix, & propterea icteri.

Hippocrates aph. 64. li. 4.

Ictero ex imbecillitate detẽti flatuosi.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 366 sur 805

pocratem ſcripſiſſe Apho. vltimo libris, regio morbo laborãtes non multùm ventoſos eſſe. Quod cùm experientiæ repugnet, quâ flatibus ictericos abundare conſtat, interpretes in varias ſententias diſtraxit. Sed flatus in ventre fieri certum eſt caloris natiui imbecillitate, vel multitudine & qualitate materiæ. Ergo cùm ferè morbus regius apud nos ex multitudine crudi humoris ortum habeat, qui imbecillitate caloris colligitur & obſtruit, nec detergitur influente bile, neceſſariò ita affecti erunt πνευματώδεις. Quibus verò temperantior victus, multum exercitium, calidior morbus, vel hepar, craſſior bilis, intemperies calida, niſi acceſſerit imbecillitas, flatuoſos non eſſe conſentaneum eſt, quod Hippocr. ſignificat. Proinde non ineptè hoc ſignum adiecimus. Morſum venenatorum, aut pharmaci deleterij potum ex relatu ægri, vita antecedente coniicito.

Flatuũ prouentus vnde.

Ex ictero acutis ſuperueniente preſagium fallax.

In morbis acutis præſagium quàm ſit fallax ex ictero ſuperueniente, hiſtoriæ multæ in Epid. demonſtrant. Quibus adduntur quædam noſtræ obſeruationes. Inter cæteras, anno 1545. quidam ſexto factus ictericus, commota aluo bilioſa deiecit, vrinis nigris & multo felle tinctis. Febris expers iam ambulabat, quaſi omninò liberatus. 14. recidiua. 17. obiit. Aliis duobus idem accidit. Quidam admodum robuſtus ante 7. ictericus factus, ægerrimè & cum recidua euaſit. Anno 1549. menſibus Aprili & Mayo (quo ferè tempore Lutetiæ febres tertianæ exoriuntur) multis aureæ vrinæ, & morbus regius primis diebus. Cuidam nobili ita affecto detractus ſanguis ter ad octo ferè vaſcula iteratis vicibus. Sanguis totus & ſpumâ, & conſiſtentiâ flauus. Viſus eſt conualuiſſe, 17. recidiua, alui profluuium, bilis craſſa & meracior, ſingultus leuis. 21. obiit. Laborauerat aliquando lue venerea. Multos in Epid. ante ſeptimum ictericos factos euaſiſſe legimus. In Coacis Hippocr. ἢ δὲ μὴ σκληρὸν ὑποχόνδριον, ſalutarem eſſe, 7. 9. 11. 14. Si induretur, ambiguum, ἐνδιάσιον Galenus de rat. vict. in morbis acutis, in bilioſa febre, ante 7. ictero cum rigore vel horrore morbum ſolui voluit. Si verò abſque rigore, ἔξω τῶν κριτῶν, lethale. Vbi criticum icterum ſine tumore, aut inflammatione hepatis, & excretionem conſequentem, horroris vel rigoris nomine intellexiſſe videtur. Sed de his alio loco.

Criticus non curandus. In febrem, inflammationem, ſcirrhum, obſtructionem hepatis intentum eſſe oportet. In cæteris bilioſa purganda, ſine attractione vehemēti per aluum, renes, vomitum. Suppreſſa vacuatione, & in plenitudine, venæ ſectio, à baſilica, ſub lingua. Hinc balnea, ſudorem mouentia, maſticatoria, errhina, regia vita, topica, denique omne purgationis genus, quia in totum corpus malum ſparſum eſt, vt ſcribitur in lib. Quos purgare oporteat. Multos ſe curaſſe Romæ Galenus teſtatur antea præparatos incidentibus, aperientibus, deinde medicamentis cholagogis. Lege cap. 7. lib. 5. de locis affectis, & libellum de purgantium medicamentorum facultate. Conueniunt aperientia, detergentia, cuſcuta, erinaceus, ammoniacum in mellito vino, vel aromatico, oleum inde diſtillatum, vermes terreni triti in melicrato (quibus curationem recepit Dom. Tronſon, Senator Regius) aqua raphani Auicennæ (Sic ruſtici raphani ſuccum ad ʒ.4. cum meraci vini ʒ.1. ß. exhibent) eupatorium, gentiana, apium, aſarum, abſynthium, amygdalæ amaræ, radix caparis, tria ſant. triplicato rhabarbaro, marrubij decoctum. Charadrion à voragine, vel voracitate, vilis auis, quæ credebatur viſa icterum ſoluere. Propterea venditores occultabant, ne emptores conſpecta aue curarentur, priuſquam emiſſent. Inde nomen ei, qui rem vilem quaſi magni pretij occultat & diſſimulat. Succus fumiterræ, cichorij, inde ſyrupi cum ſero lactis, lac, cremor lactis cum fragis, caſeus mollis, iuſcula ex hord. acetoſa, lactuca, cichorio, ſcariola, ius prunorum, ex oleribus conuenientibus acetaria, ius pullaſtri alteratum cum oleribus conuenientibus, calidam hepatis intemperiem corrigunt. Si ſola intemperies, tantùm alterandum. In quibuſdam oxymel cum decocto guaiaci. Viſcum collectum in alba ſpina, vel etiam in quercu, zona è linteis conſutis includitur, cingitur nouem diebus, experimento vulgi. *Gale. lib. de Theriaca.*

ANTO. VALETII EXERCIT. XXXVII.

ICterus ſymptoma facultatis ſanguificæ, vel excretricis, bilioſi humoris eſt per ſumma corporis effuſio, in adnata primùm oculi tunica apparens.

Ab hepate & liene quãquam promiſcuè originem habet, quòd ea viſcera in humorum procreatione, ſecretionéque plurimùm occupentur, ſæpiùs tamẽ ab hepatis inflammatione calidam venarum intemperiem, bilis plurimæ procreatricem, accerſente, intemperie, ſcirrho, obſtructione, aut à ſimilibus id genus affectibus cyſtim fellis, cyſticóſue meatus obſidentibus accidit. Sæpè fit icterus per criſes bilioſarum febrium, naturâ materiam noxiam ab alto corpore foras protrudente. Qui lienis vitio ingruit, niger eſt, humoris ideam melancholici referens: vt qui à bile eſt porracea, aut ab epoto veneno, itémque beſtiarum virulentarum demorſu, viridis. Hippocrates albi etiam icteri commeminit.

Hippoc. lib. de intern. affect.

Icteri ſigna abinuincem diſtincta.

In icteri ſignis diſtinctione eſt opus, vt pars verè affecta dignoſcatur. Iecoris affectum, hoc eſt intemperiem, oſtendunt deiectiones & vrinæ bilioſę: quæ intemperies ſi coniunctam habeat inflammationem, grauitas in hypochondrio dextro fatigat. Veſiculæ autem obſtructionem, vrinæ ſolæ bile plurima perfuſæ, & deiectiones albicantes. Totius denique corporis habitus vitium incuſamus, cum deiectionibus & vrina naturaliter habentibus, color & ſudor bilis ſpeciem cum prurítu reſipiunt. At verò vbi venenata eſt cauſa, ad propria venenorum aſſumptorum ſigna recurrendum.

Icteri curatio quàm varia.

Vt ſunt icteri cauſæ variæ, ita diuerſa remedia. Vbi ſola iecoris intemperies ſubſiſtit, ſola contraria alterantia, vt aſſumpta zulapia, refrigerantia apozemata, & extrinſecus adhibita cerata, refrigerãs Gal. ſantalinum, atque etiam epithemata, vſurpantur. Vbi inflammatio adeſt, remedia antè explicata vſui

erunt. Vbi obstructio cùm iecoris ipsius, tum vesiculæ fellis, fortiores clysteres, qui ferri solitos ad cutim humores irritando retrahant, phlebotome, apozemata aperientia, incidentia, & tenuantia, cholagoga cathartica præscribentur. Clyster erit huiusmodi.

℞. hord. integr. furfur. macr. ana p. ij. quatuor remollientium, flor. chamæm. melil. ana M. 1. ß. semin. anis. alth. fœnic. & lini ana ʒ. 2. f. decoctio ad ℔. 1. vel tantundem seri lactis accipito. In colatura disso. cathol. & hieræ simplicis (si febris absit) ana ʒ. ß. diaphœnici ʒ. 2. mell. ros. sacchar. rub. ana ʒ. 1. olei viol. ʒ. 3. f. clyster.

Post reiectum clystêrẽ pertunditur vena potissimùm plethoricis corporibus. Deindeverò tali apozemate humor ad purgationẽ præparatur, quia hîc sæpè bilis etiam crassior fit, aut per se, aut humoris alterius, vt pituitosi vel melancholici, admixtione.

℞. radic. gram. apij, fœnic. oxylapath. cichor. cum toto ana ʒ. ß. polypod. quern. passul. mund. sem. cartha. tamarind. ping. elect. ana ʒ. 6. fol. scolopend. chamædryos, chamæpyth. agrim. cuscut. summitat. absynth. lupul. & asparag. ana M. 1. glycyrrhiz. ras. ʒ. 1. quatuor sem. frigid. maior. ana ʒ. ß. prun. damasc. n. 8. hord. integr. p. ß. flor. cardiac. ana p. 1. f. decoct. & colat. ad ℔. 1. In qua dissol. syrup. de cichor. simpl. syr. capill. ven. & oxymel. simplic ana ʒ. 1. ß. f. apozem. clar. condîtum ʒ. ß. cinamom. & ʒ. 2. santa. citrini: sumat bis in die ʒ. 3. aut 4. horis duabus ante pastum.

Ab his sumat medicamentum sequens.

℞. decoct. pectoral. aperitiu. q. s. fol. sennę mund. ʒ. 2. f. decoct. In colat. pro vna dos. infunde per noctẽ rh. elect. ʒ. 2. cinamom. ℈. 2. In expressione dissol. cathol. & syrup. capill. ven. ana ʒ. ß. diaphœnic. ʒ. 2. f. potio.

Pauperibus diaprun. solutiuum, electar. de succo rosar. dissoluuntur in decocto hepatico aperiente, in sero lactis, aut vino albo, aut aqua gram. aut

endiuiæ. Paulò valentiota purgantia esse debent, quoniã in huiusmodi obstructione, & expultricis facultatis imbecillitate, difficilior purgatio: quæ tamen temperabuntur, si id febris suaserit faciũdum. Postquam corpus sufficienter fuerit purgatum, & humorem cuti subiectum discutere oportebit, eger hoc balneum ingreditur, quod quatuor, aut quinque dies continuabit.

Gal. initio li. 9. de cõpo. med. κατὰ τόπους.

1 *Quæ variorum morborũ soboles & parẽs est, ægros alimento defraudat, & anadosim impedit.*

2 *Sacculus, emplast. thermasmatis, litus &c.*

3 *His enim nõ facilè pepasmũ recipiũt.*

4 *Ab humorus acrimonia tunicas vellicantis.*

5 *Ab humoribus lentis.*

6 *A flatu.*

7 *Ob interceptam anadosim, & prauorum humorũ pleonexiam.*

8 *Prauitate succi, & calore diffuso cõtra naturã in praui excrementi suffusione.*

2 *Lactuc. radic. oxylapath. oxalid. radic. alth. lilior. an. ʒ.4. enul. camp. ʒ.2. viol. fol. malu. bismal. parietar. acetos. cichor. cum toto, bugloss. fumar. fol. vitis, hederæ terrestris an. M.3. Bulliant simul pro balneo vniuersali. Coniiciatur sacculus plenus furfuris, super quem sedeat.*

A balneo Galenus anethino oleo, aut chamæmelino corpus confricat.

Et quidem solis ferè balneis cum frictionibus, aut litubus relaxantibus & discutientibus est opus, quãdo vitium in habitu tantùm corporis insidet: vt fit in criticis icteris, qui septi. vndec. vel decimoquarto die febribus biliosis feliciter superueniunt. Si venenata sit, causa, alexiteriis oppugnabitur. Si niger icterus, valebũt remedia in affectibus lienis præscripta.

De 1 oppilatione hepatis. CAP. 38.

OPpilatur hepar à crassis flatibus, sed facilè 2 discutiuntur: non ita facilè, si à 3 crassis viscidisque humoribus: feréque sentitur lancinans 4 dolor aut 5 grauis, aliquando 6 tensio, facies 7 malè colorata est, squallor 8 cutis, pulsus 9 inæqualis, spiratio 10 etiam aliquando difficilis, excrementa 11 à natura euariant, feréque liquidiora sunt.

9 *Motu, quiete, dilatatione arteriæ.* 10 *Compressione diaphragmatis, aut sympathia tunicæ cystis succingentis.* 11 *Non sunt enim deiectiones figuratæ, sed molles, ex seri copia, & præcluſa anadosi.*

Curatio magna ex parte ex proximo capite repetenda eſt.

12 Incidendum, 13 aperiendum, 14 detergendũ, à 15 quo purgandum eſt Et, ſi 16 cætera conſentiunt, è baſilica, aut venis extremæ manus ſanguis educi debet, niſi ſuppreſſis mẽſibus, aut hæmorrhoïdibus 17 malum natum eſt. Tum enim venæ cruris potiùs 18 incidendæ ſunt.

Materia incidentium, aperientium, & detergentium proximo cap. deſcripta eſt. Peculiariter conueniunt ſyrupus acetoſus, oxyſacchara, ſyrup. capill. ven. de cichorio, de endiuia, oxymel ſimplex, quibus initio, & vbi caloris ſuſpitio, vtendum eſt. Item oxymelite ſcyllitico, ſyrupo de bizantiis, de duabus & quinque radicibus, cum aquis cuſcutæ, fumariæ, & aliis ſuprà deſcriptis. Probatũ hoc eſt à 19 multis.

℞. 20 aquæ decoctionis hordei ℔. 8. aceti ℔.ß. vini granatorum ʒ. 4. ſacchari, mellis albi ana ℔.1. Fiat zulapium clarificatum & aromatizatum cum modico cinamomi, vtatur ʒ. 3. 21 manè & veſperi.

Purgatio ex hieræ ʒ.2. cum oxymelite, aut quæ in fœdis virginum coloribus ſcripta eſt, ex rhabarbaro & agar. addito aliquando dacrydij momento, quales hæ erunt pilulæ.

℞. rhabarbari ʒ.1. agar. ϑ.2. dacrydij Gra. 4. cum oxymelite formentur pilulæ, vel diſſoluantur in liquore 23 conuenienti.

Contra obſtructiones certiſſimum remedium eſſe volunt frequentem vſum huius pulueris.

12 *Si lenta ſit materia.*
13 *Quod obſtructum.*
14 *Quod adhæret.*
15 *Vbi illis remediis factum fuerit corpus eupocv, excitata natura vi, & præparata materia.*
16 *Ætas, robur ægri, magnitudo morbi ſymptoma tum vehementia.*
17 *Per palyndromẽ & refluxum humoris eò: vnde venerat.*
18 *Niſi vehemẽtia præſentium ſymptomatũ, & grauiorũ metus axillaris venæ ſectionem ſuadeat.*
19 *Si caloris eſt ſuſpitio.*
20 *Vel ℞. aquæ decoctionis hord. ℔.8. vini granatrum ʒ. 4. mellis ℔. 1. aceti ad guſtum f. zulapium.*
22 *Horis duabus ante cibum mane, itémque veſperi duabus horis poſt cibum.*
23 *Vt aqua fumariæ, agrimoniæ, cuſcutæ, vel decoctio radicum aperientium.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 372 sur 805

℔. electarij diarhod. Abbat. triasantali, rosatæ nouellæ ana ʒ. 2. detur ʒ. 1. ex cochleari cum sex granis mali granati.

℔. succi granati acidi & dulcis ana ℥ ʒ. 1. ß. resideãt per noctem in salubri loco: postridie addatur oxymelitis ℥ ʒ. 1. fiat potus.

℔. succi end. cocti & depurati ℥ ʒ. 1. oxysacch. simplicis ℥ ʒ. 4. liberabis obstructionem, calorem temperabis, viscus roborabis, putrida excludes.

Filicis radix & semen securidacæ plurimùm probantur antiquis.

Ad hæc præscribenda erit diæta ἀκριβὴς καὶ σκεθρὰ, quæ æquè naturæ studeat, & pugnet cum morbo.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Hepatis obstructio quî fiat.

Obstructio fit in venis capillaribus hepatis per caua & gibba disseminatis à vena porta, vel caua, ob earum angustiam, flatus, vel crassi & lenti humoris copiam, vt pituitæ in frigidiore temperamẽto. Biliosis etiam temperatutis praua victus ratione vtentibus sæpè crudus humor in ventriculo & primis venis colligitur, qui calore hepatis attractus obstructiones parit. Vnde aliquando lenta febris, morbus regius, inflammatio, atrophia, calor præter naturam, sine quo rarò fit obstructio in hepate, nisi sit scirrhus. Causæ sunt frequentissimæ, victus ratio ex crassis & viscidis, exercitium à cibo, crassiora alimenta prima mensa assumpta, succedentibus calidis, & tenuium partiũ. Nam ex his crudus humor intra venas rapitur, sicuti plerunque medicamentorum aperientium vsu, ventriculo crudis humoribus referto. Ex dolore, tumore, calore, victu antecedente deprehenditur. Dolor hepatis ab obstructione mediocris cum quodam pondere. Ab inflammatione magna, flatu, suppuratione, fortis. Qui fit à flatibus intercluſis & crassioribus febre superueniente soluitur, quia tenuat, coquit, resoluit. Inflammationem febris necessariò comitatur. Dum

Hepatis obstructi causæ.

Hepatis dolor à flatu febre superueniente soluitur.

pus conficitur, dolor & febris. Certissimum signum obstructionis, tensio vel tumor in hypochondrio dextro. Adde pulsum frequentem, calidius corpus, colorem flauum, vel pallidum.

Remedia ferè eadem cum ictero & lienis obstructione. Optima victus ratio, detergentia, alimenta medicamentosa, iuscula ex decocto aperientium, pilulæ, syrupi, oxymel, purgatio, opiatæ, vnguenta, pulueres, frictio leuis dextri hypochondrij. In scirrho, & à crassis & frigidis humoribus, calfacientia, tenuantia, tergentia, mollientia, quæ illa temperent, sed moderata sint, excellant reliqua. Periculum enim, ne nimiùm tenuando & siccando aliquid insanabile relinquatur, & nimiùm mollientibus, fundentibúsque materiam, substantia visceris relaxetur. Itaque moderatè mollientibus, præter cæteras partes obnoxias scirrho, in hac excellere debet attenuantium, calfacientiúmque mixtio. Fotus ex oleis, mixtis pulueribus aromatum, aceto, &c. Emplastra de meliloto, cerata, ammoniacum, decoctum ficuum, passularum recentium, chamæpytheos, alimenta saccharo condita, & aceto diu insolato, quo passulæ, ficus caryoph, &c. maduerint, aliquoties commutata. Laxatur aliquando hepar articulorum modo solutum nimia humiditate: cuius signa ex arte medica petenda. Hìc vinum plurimùm conuenit, aromaticum rosatum, diambra, dianison, digalanga & similia, quæ ventriculo prosunt, nisi quòd minùs adstringendum in hepate. Adstringendum tamen hìc magis, quàm in aliis affectibus hepatis, mixtis calidis, si frigiditas coniuncta est: frigidis, si calida. Fotus ex oleis adstringentibus, emplastrum de meliloto, diachylon commune, ireatum, additis aromatibus & adstringentibus. In calida causa ceratum santalinum cum cydonio, ceratum Galeni refrigerans. Rhabarbarum aiunt hepatis vitam esse. Calidiore tamen & ficciore hepate, mors potius dici debet.

Rheum hepati calidiori inimicum.

ANTO. VALETII EXERC. XXXVIII.

OMnium viscerum maximè opportunum obstructionibus est iecur, propter tenuium venularum, quę in eius substantiam sparguntur pluri-

Gal. cap 17. lib. de constitut. art.

mæ, ramos, cùm à caua vena, tum à porta exporrectos: per quos quidem omne traduci, exportaríque debet alimentum. Obſtructionis cauſæ, humor craſſus, aut lentus, aut multus. Signa, color flauus, ob diſtributum ſanguinem bilioſiorem, qui præ ſui tenuitate exilit, craſſiore in viſcere reſtitante, hypochondrij grauitas, dolor, & (ſi gibba obſtruatur) tenſio, durities percipitur, ſpirandi difficultas, à diaphragmatis compreſſione. Obſtructa ſimâ diarrhæa, ob chylum non diſtributum, contingit. Huic affectui eadem curatio debetur, quæ ictero ab obſtructione oborto, de quo antè dictum eſt.

1 *Symptomatis illius, qui à nimia humoris abundãtia nomen habet.*

2 *Materia & loco diſtincta.*

3 *Exudante in ſpatium epiploi, peritonæi, & inteſtinorũ, tũ ab infirmitate facultatis expultricis, tum ab hepatis cõtumaci obſtructione, tum à laxitate venarum & renum infirmitate, aut eorundem obſtructione, atque tuberculo.*

4 *Tunc enim adeſt ſanguificationis priuatio.*

5 *Propriè dicta: quamuis hoc nomine tria hydropis genera contineantur apud Celſum, qui nominis huius author eſt.*

6 *Quòd albeſcat cutis à pituitæ ſuffuſione.*

7 *Quod per genus carnoſum pituita ſuffundatur, ſítque aſſimilationis priuatio.*

De 1 Hydrωpe. CAP. 39.

HYdrωpis 2 tria genera, Aſcites ab vtre, quia venter aqueo 3 humore & 4 ſeroſo plenus vtrem repræſentat. Commotus his venter fluctuat, quo modo veſica ex dimidio plena. Continetur aqua inter epiploon & peritonæon, quanquam & portio excurrit in ſpatium epiploi & inteſtini, cùm à liene, colo, tenuíque inteſtino, vel iis partibus, vnde epiploon naſcitur, malum ortum eſt. Alterum genus hydrωpis, aqua 5 inter cutem, quæ & 6 leucophlegmatia, & 7 anaſarca. Huius materia iam craſſior, eſt effuſa in cutem atque carnoſum genus totius corporis. Hîc ſi digitum imprimas, veſtigium fit cauum. Tertium genus tympa-

nites,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 375 sur 805

nites,8 in quo plurimus flatus humori commixtus est,vnde ventris distentio,qui percussus instar tympani sonitum reddit.

Causa hepar est omninò 9 refrigeratum,vel primariò,vel per consensum cum ventriculo,liene,lateribus,tenui intestino,colo, 10 renibus, 11 vtero, 12 pulmone.

Nascitur hæc affectio ex 13 immodica vacuatione,aut eadem longiùs 14 suppressa. Communis ferè 15 curatio medicamentis 16 hydragogis,quæ aquas vel pituitam ducant, 17 diureticis,topicis,& 18 externis remediis, quæ humorem siccent ac resoluant: quibus si nihil proficitur, 19 ferro & igne vtendum est.

Leucophlegmatiæ peculiariter conuenit 20 phlebotomia, & ea quæ magis incidant, vt tympaniti, quæ flatus discutiant. Phlebotomia igitur in solo hoc genere aquæ inter cutem locum habet. Nec hoc quidem perpetuò, sed si otio & anteacta vita, si suppressa aliqua solenni vacuatione id vitium ortum est.Morbi initio, priusquam 21 in cachexiam abeat morbus,integris viribus, hoc Hipp. Asclepiadi,& Galeno visum est. Oportet autem ne-

8 *A tympano nomẽ ducens, & vocatur ab Hippocrate siccus hydrops,aphor. 11.li.4.aph.*

9 *Simplici intemperie,primaria secundaria,vel tumore scirrhoso.*

10 *Labefactata vi secretrice seri, aut etiã vasis obstructis.*

11 *Per suppressionẽmenstruorum, eorúmq. palindromen:aut per frequẽtes hystericas affectiones à venenata aura ex seminis suppressione.*

12 *Per translationem materiæ in pulmonibus conceptæ ad ventrem.* 13 *Per hæmorrhoidas,menstr.dysenteriam.* 14 *Per scirrhi in hepate generationem,aut visceris ipsius intemperiem frigidam.* 15 *Quæ à symptomatis correctione auspicanda est, quod ipsum symptoma sit calamitosius causa ipsa. Et propterea hydropicos statim secandos esse monet Hipp.* 16 *Vt decocto radicum verbasci fœminæ,succi ireos, syrup. vos. pallid lax.grana ebuli,diacarthamo,non item antimonio,quod veneficus empeiricus & periclitatoribus vsitatissimum.* 17 *Vt syrupo de radicibus de raphano.* 18 *Vt sudorificis,materiam digerentibus vt emplastro de baccis lauri.* 19 *Paracentesis locum habet,si tantum in nimia humoris abundantia consistat hydrops sine perenni generatione, cuius perennitas posita sit in hepatis vitio insanabili.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 376 sur 805

que semel, neque copiosè detrahere, sed 22 modicè, atque interuallis. Feréque placuit, vt è malleolis detraheretur sanguis.

Purgatio leuibus pharmacis & per 23 interualla datis, vt octauo quoq; die, vel duodecimo, vt vires tolerant. ℞. benedictæ ʒ.ß. dissolue in sero lactis. Pilulæ de rhab. maximè laudãtur, quæ aliter à Rhaze, aliter à Mesue describuntur. Præferendæ sunt Rhazæ, 24 quæ recipiunt rhab. succi agrimoniæ, sem. endiuiæ an. ʒ.3. agar. ʒ.5. foliorum laureolæ infusorum in aceto, & siccorũ ʒ.10. Fiant pilulæ. Dedit Rhazes ʒ.2.ß. sed ʒ. 1. satis esse potest. Leuiores fient, si sine foliis laureolæ formentur è succo ireos, in quo mesereon, laureola, vel euphorbiũ maduerit. Similiter ex 25 pul. hieræ ʒ.1. agarici trochis. ϑ.1. cum oxymelite formentur pilulæ. Quod si in oxymelite proxymè dicta maduerint, fortiores fient.

Aliquando vti licet puluere hierę diacol. ad ϑ.4. aut ʒ. 2. Leue est hoc pharmacum.

℞. sem. carthami conquassati ʒ.2. aut 3. ireos florentię ϑ.1. cinamomi ϑ.ß. infundantur per noctem in ʒ.4. seri caprini. Frequẽtissimus vsus est succi radicis ireos per residentiam depurati, vt eius, quod supernatat, capiantur ʒ.2. ʒ. ß. aut 3. vj. cum equali mensura aquę mellis, aquę distillatæ, è terebinthina, seri lactis. Quòd si ab hepate metus, ne pharmaco lędatur, admiscendum aliquid, vt ϑ. 1. elect. triasantali, vel diarhod. Abbatis, spicę, aut cinamomi. Et hoc quoque laudatum est.

℞. polypodij querni ʒ.2. sem. carthami ʒ.ß. se. anisi & fœniculi an. ʒ.1. conquassata omnia in nodum linteolo constringantur, & vnà cum gallo decrepi-

20 *Hippa. lib. 4 de diæta in morb. acut.*

21 *Priusquã materia facta sit naturæ potens, & habitum corporis immutarit.*

22 *Vt par hydropici morbi & causæ ratio habeatur.* 23 *Nam vt sint gradus coctionis ita quoque & purgationis.*

24 *Raz. ad Almãsorem, capite de hydrope.*

25 *Vel ℞. hieræ picr. rhei electi agar. tro. an. ϑ.1. macerẽtur in oxymelite, in quo prius infusa fuerit laureola, aut turpethum, & formentur pilulæ.*

to coquantur. Ius galli sorbeatur. Aqua extillata è purpureis floribus ireos data ʒ.6. vel ʒ.1. quantitate cum ϑ.1. electarij triasantali, & Gr.8. cinamomi, efficacissimè aquam hydropicorum ducit.

Sic vinum scylliticum ex vini ℔.6. scyllæ purgatæ ℔. ß. coctis ad tertiæ partis consumptionem. Dosis erit ieiunis ab ʒ. ß. ad ʒ. 1. Acetum quoque scylliticum ieiunis datum morbum expedit & terminat per vrinas, tumores omnes deponit. Conditur melle, vel passo. Similiter oxymel scylliticum. Laudantur aquæ alkekengi, medij corticis sambuci, eiusdem radicis, ebuli, aut ex eorundē floribus, similacis hortensis, iuniperi, raphani, cuscutæ. Cæterùm catharticas eiusmodi aquas electariis triasantali, diarrhod. Abbatis, schœnuantho, spica, santalis, meliores reddes.

Cucumer agrestis in frequenti vsu fuit & Græcis & Arabibus, quo sic vtendum.

℥.corticis rad. cucumeris agrestis ϑ.1. infriatum insperge mulsæ. Sine molestia pituitam ducit, nec stomachum lædit. Ex Aëtio & Actuario.

Secretum 26 non reuelandum.

℥. succi cucumeris asinini & radicis eius, succi laureolæ, succi ireos purpurei, succi absynthij & eupatorij ana ʒ. 3. resideant: quæ supernatat aqua, abiiciatur. Crassiori verò parti insperge rhabarbari, agarici ana ʒ. ß. spicæ nardi, sem. endiuiæ, scariolæ, portulacæ, mastiches, lappæ, tragacanthi, salis gemmæ ana 27 ʒ.1. mellis col. ʒ. ß. In vase vitreo reposita agitentur in sole, vt fiat veluti conserua. Detur ʒ.1. per interualla.

26 *Huius author fuisse dicitur Gordonius, vt sentit Valescus de Tharãta.*

27 *Valescus legit* ʒ.1. *Quæ lectio magis arridet.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 378 sur 805

Vel. ℥. scyllæ, turpeth. radic. esulæ, radic. tenerrimor. tithymall. polypod. ireos, chamædryos, mercurial. folior. vrtic. an. ʒ. 1. Distemperentur triduo in aquæ partibus duabus, vini vna: tum coque ad tertias, & cola. Deinde colaturæ inspergе zinziberis, piperis nigri, anis. petros. seminis fœniculi an. ʒ. 1. cinam. galangæ, spicæ, xylobalsam. asari an. ʒ. 1. leuiter bulliant, reponantur. Alternatim dabis patienti ʒ. 1. aut plus, proût primæ dosеos effectus suaserit. Optimum est vti sero lactis caprini, in quo maduerit cacumen absynthij, cuscutæ, Gr. x. alkekengi, fumaria, semina maiora, schœnuanthum, spica. Non habet par remedium Rhazes. Syrupus acetosus cum aqua cuscutæ, vbi & sitis extinguenda est.

28 *Hæc Celsus pluribus perstrinxit cap. 21. lib. 3.* v

Nec calfaciendum 28 hepar, vbi obstructio liberanda, & vrinæ deducі debent. Grauiter sitiũt hydropici, quibus tamen potio largior danda non est, quàm quæ vitam sustineat. Vinum album, tenue, subausterum, in quo diuretica priùs admixta fuerint.

Oxycrati vsus est, cùm calor vehemens accessit.

29 *Nulla enim radix humectandi facultate glycyrrhizam superat.*

Glycyrrhiza, 29 ἀδιψος appellata, quòd prohibeat siti hydropicos. Probatur aliis Metrodori Epicuri discipuli factum, qui hydropicus plurimùm quidem bibebat, sed statim reuomebat. In iis igitur, qui facilè & sine molestia vomunt, probari potest. Nam & vomitus vtilis est hydropicis. Clysteribus quoque acribus & glandulis materia minuenda est. Diuretica conueniunt, berula, lauer: vulgò iuncus odoratus, spica nardi, asarum, phu, meum, carpobalsamum, cassia, radix dulcis, rosa, semen hyperici, dauci, smyrnij, petroselini, calamus aromati-

cus, seseli, cancrorum fluuiatilium 30 siccatorum puluis, cum æquali parte asari. Ita etiam erinacei siccati in sole ʒ.1. mel scylliticum, cantharides integræ, & aliis diureticis commixtæ, sed 31 minima quantitate, vt ad Gr.5. Hæc autem vel in puluerem redacta vel concocta dantur ex vino, oxymelite, mulsa, aquis 32 conuenientibus, quales priùs enumeratæ sunt capite de oppilatione hepatis.

30 *Ac præsertim lapillorũ, qui in capitibus cancrorũ reperiuntur.*

31 *Ne vesicã exulcerent.*

32 *Vt ireos, enulæ cãpanæ, sambuci, ebuli, raphani.*

Hydropicis ex antecedente frigore, & obstructione iecoris, vel lienis, id imperari potest remedium.

℞. schœnuanthi, cinam. asari. mastich. absinht. anis. fœnicul. ana ʒ.6. rhabarb, spicæ, aristolochiæ longæ, petros. ana ʒ.4. caryophyll. croc. calam. aromatici, cardamomi ana ʒ.2. mellis quod sufficit. Dosis ʒ.4. cum tepida.

Abominabilis vrinæ potus, sed maximè probatus Medicis. Tolerabilior, si ex puero impube distilletur cum melle, & aliis diureticis.

Nec satis est phlebotomo, catharticis, diureticis vomitu clysteribus & glandibus vacuare materiam sed loca tumentia sacculis, vnctionibus, frictionibus duris, balneis, emplastris, aliisque eiusmodi rebus resoluenda sunt.

Sacculi fiant è macribus furfuribus, milio, panico, sale, sulphure, calidis, & ita appositis.

Materia balneorum & vaporationum in thermis siccis: aquę naturales salsę, sulphurosę, & eiusmodi reliquę: quę si desint, arte comparantur, liquefacto sale subquadruplo, eóq; plus minúsue, vel sulphure in aqua dulci. Possunt quoque incoqui anethum, ruta, chamęmelum, calamenthum, maio-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 380 sur 805

33 *Vt folia lauri itẽ baccæ laur. iuniperi, radices cucumeris, asinini, bryoniæ, ireos.*

rana, rosmarin. pulegium, fœniculus, satureïa, hyssopus, schœnuanthum, stœchas, & 33 similia.

Sunt qui veluti arcanum probant lapidem serpentis. Coluber aquaticus à cauda funiculo constringatur, atque ita suspendatur, vt sit subiectum vas aqua plenum. Euomet coluber lapidem, qui totam illam aquam consumet. Lapis è vinculo alligetur, & apprimatur ventri hydropici, paulatim aquam consumet.

34 *Quinetiã in arena sepeliendus hydropicus. Vide Gal. lib. 9. Simplic. cap. de Pyrite.*

Sacculi quoque 34 ex arena & sabulo, vel cineribus calfactis sæpiùs apprimantur. Laudatur oleum

35 *Efficacissimũ erit oleũ anethinũ, in quo maduerit cuminum.*

35 scyllitic ũ, vel in quo decima pars euphorbij, meserei, vel laureolæ coxerit. Sit autem oleum anethinum, aut simile.

36 *Hæc vulgo dicitur balsamum.*

℞. terebinthinæ ℔. 1. thuris mastiches, myrrhæ ana ℥. ß. ladani, nucis moschatæ, caryophyllorum, galangæ, zedoariæ, cubebarum ana ℥. ß. foliorum laureolæ P. 1. succi ebuli, & cucumeris asinini an. ℥. 3. Redigantur in puluerem, quę redigi possunt. Misceantur. Fiat distillatio 36 in alembico, qua inungantur loca tumentia.

Vel. ℞. florum, foliorum, cortic. radic. ebuli & sabinæ ana M. 1. radic. ireos ℥. 1. scyllæ ℥. 2. coquãtur omnia in ℔. 3. olei laurini, aquæ vitæ ℔. 1. expressa colatura dissolue saponis vnc. iiij. fiat linimentum. Item.

℞. olei ℥. 10. cerussæ, ceræ ana ℥. 7. vitriol. nitr. aloës, ana vnc. 3. aceti acerrimi q. suff. Terenda terantur in mortario cum aceto deinceps affuso ad mellis crassitudinem: seorsim ceruſa cum oleo coquatur, quibus mistis cera addatur. Transferantur in mortarium, & cum speciebus manibus

pinſantur, vniantur. Hydropicis, ſplenicis,& apoſtematibus præſtat mirificos ſanitatis fructus, materiam diſcutiendo, reprimendo.

Cochleis tritis vti licet,& emplaſtri modo affixis. Mirabile volunt hoc emplaſtrum.

37 *Hoc emplaſtrum validiſſimũ, & frequenti in vſu.*

℞. 37 thuris,maſtichis,myrrhæ ana ʒ.1.granorũ lauri.ʒ.2. 38 coſti ʒ.ß.cyperi ʒ.1.ß.ſtercoris caprini triti ʒ. 4. mellis colati quantum ſufficit, ad congregandum emplaſtrum.

38 *Vel,radicis angelicæ tantundem.*

Sinapiſmi 39 diaſpiratum,priùs deſcripta. Stercora animalium calida conueniunt. 40 Frictiones ex ſale in hydrelæo diſſoluto, vel ex medicamentis calidis ſubtiliter comminutis.

39 *De his vide cap.de attrahẽtibus in materia chirurgica.*

Perſeuerante malo,phœnigmi ex radice ſcrophulariæ, ranunculorum, & ſimilibus emplaſtri modo impoſitis ad decem horas præſcribendi ſunt.

40 *Fiant quoque malagmata ex rad. cucumeris aſinini, bryoniæ,ireos coctis ſub cineribus, deinde miſtis cum ſtercore caprino, baccis lauri,& melle. Præterea ex cantharidibus ipſis, ũ fermento admotis fiunt veſiculæ.*

Oportétque veſicas configi, vlcera aperta conſeruari, ſuperpoſito folio braſſicæ vncto è butyro, vel oleo,grano ciceris, aut ceræ momento. Permitteturque aqua fluere ad ſexaginta dies. Alioqui cauteria inducenda ventri in ambitu vmbilici, & quibus partibus tumor eſt. Scarificationes quoque conueniunt,ſed ſi nihil proficitur his remediis, extremum eſt 41 paracenteſis.

41 *Compunctio abdominis,& peritonæi ſectio*

De paracenteſi magna olim controuerſia, aliis Medicis omnino reprobantibus: aliis approbantibus.Vtriuſque ſectę argumenta colligit Aurelianus 3. Cronicωn capite de hydrope.

Illos enim deterrebat, quòd ferè moriuntur omnes, qui puncti fuerint.

Hi verò remedium temperabant, neque in omnibus vtebantur,atque ita ſeruabant aliquos. Gale-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 382 sur 805

nus Paulus Albucasis, Mesuæus in ascite pungũt ad latera vmbilici, qua parte illa vacua & inania sunt, & propemodum excarnes musculi. Alij quidem dextra parte, si lien: sinistra, si hepar in vitio est.

Alij verò ex eadem parte, qua viscus est, à quo malum primùm ortum est. Si verò intestina in causa sunt, quatuor digitis sub vmbilico, sed paululum reducto phlebotomo in latus. Hippocrates intercutaneos pueros incidit libro de locis in homine. Aurelianus consensu veterum in intercute magis, quàm ascite, paracentesim probauit. In aqua intercute Asclepiades quatuor digitis supra talum tibiã compungit interiori parte ea, profunditate, qua vena inciditur. Qui locus compunctus si parum aquæ reddit, femora, scrotum, pudenda, si quidem intumuerint, loca etiam supra manum, articulos, incidenda sunt ex Leonide & Hippocrate. Formulam verò punctionis ex lib. 6. Pauli & aliis collige.

Tempestiua autem est punctio, priusquam in cachexiam morbus abierit, firmis viribus, corpore iuuenili, si atra bilis hydrωpem non contraxit, si validus stomachus, si æger non febrit, aut si febrit, remissionis tempore. Hæc omnia prouidenda sunt priusquam de paracẽtesi decernas. Alioqui temeraria est via. Quæ etiam si adsunt præmonẽdi tamen amici ægri quanto cum periculo remedium tentetur. Tentaríque debet, vbi aliis remediis nihil profectum est.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ὑδρωψ tumor est, vel totius corporis ab humore, vel ventris tum ab humore, tum à flatu. In toto corpore & venis, ἀνασάρκα, ὑποσαρκίδιος, σαρκίτης, λδυκοφλεγμαλίας dicitur. In vẽ-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 383 sur 805

tre aqua collecta, non tamen penitus ſine flatu, ἀσκίτης. In eodem, flatus plurimo intercluſo cum pauca aqua, ὑμπανίας vel ὑμπανίτης, Hippocrati Hydrops ſiccus nominatur. In omnibus cauſa antecedens, calor eſt, vel frigus. Coniuncta verò, ſemper eſt frigus. Refrigeratur enim hepar, ſanguificatio deprauatur, ſiue proprio ipſius iecoris vitio, vt phlegmone, ſcirrho, hydatidibus, intemperie: ſiue per conſenſum, vt folliculi fellis, lienis, ventriculi refrigerati, menſenterij, inteſtinorum gracilium, ieiuni, pulmonis, renum, ſepti trāſuerſi. Ex his enim omnibus malum communicatur hepati. Vt ſi ſplen ob ſcirrhum non purget ſanguinem, renes obſtructi, aut imbecilliores ſerum non trahant, aut emulgentes, menſes ſuppreſſi ſint, aut immodicè fluant, aut hemorrhoïdes, cor non diffletur. In immodica enim vacuatione, ſpiritu cum ſanguine exhauſto calor extinguitur: in ſuppreſſione, ſanguis vel excrementa refluunt in hepar, vnde ſuffocatur. Aliquando contactu chyli frigidioris læditur, vt aquæ frigidæ potu à calore & exercitio. Sic intemperie hepati à pulmone, aut alia parte communicata, Phthiſici & Hectici hydrope magna ex parte corripiuntur, niſi ventris fluxu intereant. Eodem modo aſthmatici, aqua in ſpatio thoracis collecta, & in ventrem tandem effuſa. Comitatur febricula, aſſidua, lenta, cum pulſu paruo, ſitis, humore circum viſcera torpeſcēte, ſalſedinem & putredinem colligente, ſpirandi difficultas à cibo etiā pauco, ob plenitudinem, & venarum diſtētionē, tumor, grauitas, color vitioſus, cibi faſtidium. Ex retentione vrinæ (ſi verus hydrops dici debeat) ſubitò fit, & repentè. Sæpe enim pus vel craſſamentum vrinę, quod meiebatur, retentum, ſpeciē quandam hydropis adfert, quæ apertis viis, & prioribus vrinis craſſis euntibus ſanatur. In cæteris ſenſim generatur.

Hydropis cauſæ antecedentes & coniunctæ.

Anaſarca fit ex humore aquoſo partim à iecinore, partim à tota carne corporis, veluti in aquam reſoluta, ſæpiùs poſt morbos diuturnos & febres pituitoſas. Symptomata, tumor non ex æquo in toto corpore, ſed partibus inferioribus magis ob humoris grauitatem, & partium frigus, corpus laxum, pallidum, emortuo ſimile. Initio dignoſcitur partium extremarum perpetuo frigore, facie intumeſcente poſt maciem, palpebris & pedibus craſſioribus & calidioribus. Si fluxus

Anaſarcæ qui fiat, & quæ ſint eius ſymptomata.

immoderatus præceſſerit, aquæ frigidiſſimæ potio, pedes intumuerint non à vigiliis, impregnatione, nocturna ſtatione. Si cauitas remaneat impreſſo altiùs digito. A cauſa calida difficilior curatio, quia calidis ducitur aqua, ſiccatur, flatus abſumuntur. In aſcite humor aquoſus, vel potius ſerum inter peritonæum & inteſtina colligitur tanquam in vtre, vnde morbo nomen. Spiritus aliquid admiſcetur. Cauſa, maius frigus, quàm in Tympanite, ſuccedit cachexiæ, morbis hepatis calidis, obſtructionibus, morbis lumborum, renum, veſicæ. Symptomata, tumor ventris, reliqui corporis alimentum non ſentientis conſumptio, inualeſcente morbo tumor ad femora, pedes, ſcrotum, ſenſim quaſi cuniculis factis, maximè poſt inambulationem humore defluente. Aliquãdo thoracem occupat. Exudat ſerum è iecore, inteſtinis, omento, & ſimilibus. Initio fieri intelligemus, ſi multum vrinæ generetur, & reddatur, paulò pòſt in venis remaneat: ſitiunt, corpus contabeſcit. Signum certiſſimum, ſi cùm è latere in latus mouentur, percipiatur ſonus aquæ defluentis. Vitio hepatis ortum cognoſcimus ex dolore & diſtentione partis, & ſi nullus ex morbis ſuperiùs enumeratis præceſſerit.

Hydrops à cauſa calida curatu difficilior cur ſit.

Aſcitæ generatio, cauſa, & ſymptomata.

Aſcitæ ſignum certiſſimum.

In tympanite abdomen diſtenditur flatu. Cauſa, minor caloris mutatio. Succedit cruditatibus, flatibus ventris non diſcuſſis, diſtentioni venarum, dolori circa vmbilicum, qui nullis medicamentis ceſſerit. Initiò veluti inflatio. Hinc flatus ſpiſſiores effecti in nubem, tandem in aquam, vt pluuiam, concreſcunt aucto frigore, vel aqua è venis in ſpatium ventris, veluti per diapedeſim effluit. Cognoſcitur, quia venter tympani modo ſonat. Facies minùs recedit à naturali habitu, maior ventris diſtentio.

Tympanitæ cauſæ.

Non admodum formidabilis eſt aqua intercus, quæ nullo antecedente morbo: deinde quæ longo: omnium periculoſiſſima, quæ ex acuto naſcitur. A ſcirrho confirmato, non curatur, vix à reſiccato nimis hepate: ab hydatidibus maximè. Signum peſſimum, vbi vacuata, vel ſponte, vel arte, materia, malum redit. Cauſa enim pertinax. Ergo quod ſcribitur Aph. 14. libri ſexti. Hydrope correpto, ſi aqua è venis in ventrem defluxerit, morbum ſolui, non eſt perpetuũ. Multis enim ſpõte vel arte commoto ventre, & aquoſis multis inde expurgatis,

Tympanitæ ſignum peßimum.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 385 sur 805

non ſuperfuit ſalus, quo modo ſectis mors contingit, ſiue aqua fuerit in ventre, ſiue in thorace. Hoc in thorace annotauit Hippocr. libr. de morbis, quod & experientia confirmat. Nam etiamſi expurgetur aqua naturæ ſponte, vel arte, ſi viſcera vel corrupta, vel ſyderata, celeriùs moriuntur. Multos obſeruauimus, qui ex alui profluuio meliùs habuerunt, ſed paulò pòſt manente cauſa morbus rediens interitum attulit.

Aliquando etiam in nimia effuſione humoris vnà ſpiritus effunditur, quod Hippocrates monet in iis, qui ſecantur & vruntur. Ob idque oportet integris viribus, & priuſquam viſcera corrumpantur, remediis vti primùm purgantibus, deinde aliis. Libro de Iud. In hydrope detento, ſi aqua ad ventrem, aut veſicam fluat, ſolutio. In leucophlegmatia alui profluuium vehemens, ſolutio. Sed in Prædictionibus robuſta viſcera eſſe vult, ſi quis liberetur. Ex quo loco videndum antequam curationem aggrediamur, an ſit ſpes ſalutis, nécne. Addit Oribaſius tuſſim ſignum eſſe mortis in hydropicis. Et Aphoriſ. 35. libr. 6. Aqua intercute laborantibus tuſſis ſuperueniens, malum. Sed hoc diſtinctione quoque eget. Si videlicet id fiat ab aucto morbo, & aquæ ratione, quæ iam pulmonum arterias aſperas occupet, vnde tuſſis. Nam ſi aliunde, non ita mala. Ex obſeruationibus noſtris hæ non videntur prætereundæ. Ioanni Blanché negotiatori Pariſienſi in Angliam profecto Hyeme tumor cum miraculo quodam ſubſedit, euanuítque morbus, nec rediit. An quòd integro, aut non ita læſo viſcere aqua partim calore natiuo excitato, partim aëre marino reſoluta fuerit? Cuidam per ſudores ſponte excitatos & quaſi diſtillantem aquam, curatio. Alteri mors, cùm multo alui profluuio tumor ſubſediſſet, redeunte morbo. Hoſpiti leonis argentei in vico D. Iacobi inuènta ſunt ſyderata inteſtina, & omnino corrupta, quaſi ſugillata, humor plurimus cruentus, & loturæ carnium ſaturatæ ſanguine ſimilis. Cuidam ad viuum reſectis vnguibus pedum, exercitio & frictionibus paulatim humor illûc defluxit, conualuit. Domino Charon Abbati Sancti Petri, cùm antea de renibus non conqueretur, febricula, infirmitas virium, inclinante ad exitum morbo, venter vtrínque inflatus, dolens, obtigit. Vrina duos

Hippocrates aph. 27. li. 6.

Tuſsis hydropi ſuperueniens nõ ſemper mala.

Ioannes Blãché mirabiliter hydrope liberatus.

Hydropicorum hiſtoriæ.

ante mortem dies ſupprimitur. Diſſecto cadauere ren ſiniſter totus abſumptus repertus eſt, vomica plenus, quæ cruentam ſaniem reddidit. Dexter verò ren calculo vreterem obſtruente obſeſſus.

Remedia ſunt ſyrupi, opiatæ, clyſteres, admota, pulueres, phœnigmi, veſicatoria, cauteria, punctio, ſcarificatio cutis ad aponeuroſes muſculorum, diæta, digerentia, epiſpaſtica, cataplaſmata, vnguenta, pilulæ, diuretica, apozemata, aquæ diſtillatæ ob tenuitatem vtiliores, decocta herbarum conuenientium, ſanguinis miſſio, ſuppreſſis menſibus aut hæmorrhoïdibus, victus ratio exſiccans, abſtinentia à iuſculis, potu, fructibus exceptis paſſulis. In leucophlegmatia, reſolutis partibus in pituitam, purgantia, vomitus, errhina, maſticatoria, & ſimilia. In aſcite aquam ducentia. Illigandus lino venter, & ita quotidie metiri conueniet, vt intelligatur, quid medicamenta profecerint. Cochlearum vſus, theriaca, iris ſilueſtris, ſoldanella, vnguentum arthanitæ (illitum enim aquas per ventrem purgat, & digerit) emplaſtrum ceroneum auctum ſulphure, ſucci ireos & ebuli crudi potiùs, quàm cocti, aquæ ſulphuratæ, oleum de ſulphure, decoctum guaiaci cum aqua terebinthinæ, raſura pergameni (quæ ratione aluminis & calcis in lixiuio ex rebus diſcutientibus comparato coquitur, ventri affigitur ad modum cataplaſmatis, cui & alia permiſceri poſſunt) piloſella (quæ maximè obſtructa aperit) aqua diſtillationis limacum, teſtudinum, cum alia materia. Sed mirum in modum potus abſtinentia, vt & in ventriculo humidiore.

Cor. Celſus cap. 21. lib. 3. Celſus laudat potum medium, qui vitam ſuſtineat, & vrinas moueat. Metrodorus Epicuri diſcipulus coactus ſiti, bibere ſolebat, deinde vomere. Notanda hiſtoria Celſi. Apud Antigonum regem ex duobus Medicis vnus quendam eo morbo mediocriter implicitum negauit poſſe ſanari. Alter ſe ſanaturum pollicitus eſt. Prior reſpondit ſe reſpicere ad animum, alterum verò ad morbum ægri. Neque res fefellit. Cùm enim poſſet optima victus ratione ſeruata curari, ob intemperantiam periit.

Celſus ibid. *Paracenteſis*] Eraſiſtratus apud Celſum reprobat ſectionem hydropicorum, quia ſemel effuſa aqua, & affecto hepate, poſtea regeneratur. Si tamen priuſquam putreat materia,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 387 sur 805

& vires concidant, grauiúsque affectum hepar, & partes aliæ fuerint, adhibeatur, oprimè nutrito priùs ægro, & confirmato, nihil peccatur. Sed extremum remedium est, & non nisi vrgente necessitate vsurpandum, & cum magna Medici prudentia. Hippocrates non solùm paracentesim, seu sectionem, sed vstionem etiam probat, puto vel pulmone affecto, vt in suppuratis, vel vt paretur via scalpello, quemadmodum deinceps docebimus. In eo igitur libro, cuius initium est, ἢν ἡ τὸ πλεύμονος ἀφτηρίη, suppuratos, qua parte pus se prodit, in dorso & pectore vrit aut secat, alioqui enutritos priùs lacte. In hydropicis verò venas in scroto crassissimas secat: paulò pòst in eodem scroto, femoribus, ac tibiis frequentia vlcuscula scalpello incutit. Deinde qua parte magis fluctuat aqua, aut tertiam costam ab vltima ad os, ex quo terebra caua πυπάνῳ τριπλητρίῳ perforat, donec exeat aliquid aquæ, ex quo linamentum indit è lino crudo, spongiámque mollem alligat, ne excidat linamentum. Quotidie semel aliquid expurgat ad dies duodecim. 13. die reliquum aquæ emittitur, via relinquitur, vt quod supernascitur, effluat, venter cibis resiccatur. Si femur & scrotum intumuerint, vulnusculis audacter configito. Sæpè hepate maximo, & priùs lacte nutrito ægro, non metallo, sed alia materia, inurit octo inde crustis factis. Nonnulli id faciendum censent buxeis fusis feruenti oleo tinctis. Libro de locis in homine tenuissimis ferramentis circa vmbilicum vrit, ac tantum aquæ quotidie trahit, quantum vires ferant. Hoc semper obseruato, vrendum aut secandum priùs, quàm pituita corrumpatur, viscera grauiùs lædantur, & vires concidant. Deinde vacuationem paulatim, id est, 12. diebus, vt priùs, faciendam. Galenus paracentesim in hydrope laudat, vstionem in suppuratis, duplicémque affert rationem, cur periculosa sit vniuersa vacuatio in hydropicis. Extinctionem, scilicet, caloris natiui, simul cum humore effluente spiritu, & pondus visceris: quod cùm non ampliùs sustentatur ab aqua, septum, & reliqua thoracis viscera trahit deorsum. Plura sunt apud Albucasim, Aurelianum, Paulum lib. 6. cap. 44. Recentiores tutiùs progrediuntur. Viam parant cauterio potentiali, deinde actuali. Hinc scalpello perforant, & cannula caua commodiore, quàm linum crudum

Paracentesis non nisi vrgente necessitate summa vsurpanda. Hippoc. lib. de inter. part. affectibus.

Hippocratis, ſenſim educunt aquam. Aculeato ſcalpello vtuntur, vt minor fiat perforatio, locúmque eligunt, vbi aqua deorſum in imum ventrem tendit, relicto hepate & hypochondriis, in medio muſculorum obliquorum epigaſtrij. Partem materiæ medicamentis purgant, topicis diſcutiunt, ſiccante victu abſumunt, vires diligenter fouent. Minùs metuunt à peritonæo perforato, quàm à membrana ſuccingente coſtas. Diligenter cauent, ne pungantur inteſtina, ne facultas hepatis ſit emortua, ſcirrho, aut ſplenis tumore, aut vlcere pulmonis, aut infirmis viribus, aut ætate ſenili æger laboret. His demptis minùs eſſe periculi, cùm natura ſæpè viam aquæ moliatur per vmbilicum, & quibus vulneratus eſt venter, niſi vulnus ad gracilia inteſtina penetret, omnes euadant. Longè tamen tutior ſcarificatio cutis totius ventris ad aponeuroſes muſculorum, paruis ſciſſuris, quibus per ventrem ſerum reſudet.

Quæ diligẽter cauenda, vt legitimè fiat paracenteſis, & vacuet.

ANTO. VALETII EXERCIT. XXXIX.

Hydropum generationis modus.

AD frigidam iecinoris intemperiem hydropes conſequuntur, labefactata ſcilicet hæmatoſi, & toto corpore refrigerato. Vnde vel pituitoſus & ſeroſus humor inter peritonæum, epiploon & inteſtina, tranſiens per meſaraicas venas, quæ ad eadem inteſtina terminantur, colligitur, tumore ab ingraueſcente malo ad femora progrediente, ſimúlque in ventre, velut in vtre, fluctuationibus excitatis, & hinc aſcites: vel eadem ventris loca ſpiritu flatuoſo replentur, & cum flatu, ait Aëtius, quaſi nebuloſus eſt humor, vnde tympanias: vel fit aquoſi ſanguinis plurimi in vniuerſo corpore collectio, in qua corporis habitus ſpongiæ inſtar intumeſcit, & fit anaſarca. Aſcites & tympanias à minore ſunt frigore, quàm anaſarca. Hydropum cauſæ fuſiſſimè

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 389 sur 805

traduntur ab Hollerio ex comment. Gal. in aphor. 11. libr. 4. Aphor. comment. 4. de rat. vict. in acut. 2. Prognoſt. Signis vix opus eſt aliis, vt diſcernantur: ſed maximè ſpectandum, vtrum hydropiſis ſit ab hepate per ſe, an ab aliis partibus per conſenſum. Quando per ſe, tuſſis leuis, ſiccáque moleſta eſt, hepate mole ſua pulmonem in anguſtiam trahente. Deiectiones paucæ & aridæ ſunt, quia rapitur aliò aquoſus humor, & illæ in inteſtinis reſides torrentur, præcipuè verò ſi inflammatio acceſſerit. At cùm aliæ primùm laborant partes, ſuis propriis internoſcuntur ſignis.

Curatio in humorum præparatione, vacuatione, & affectarum partium confirmatione eſt poſita. Humores parabit id apozema.

℞. quinque radic. aper. in vino albo macerat. ana ʒ. 1. rad. rub. tinctor. valerian. enulæ campan. ireos, cort. rad. fraxin. & thamariſc. ſimiliter macerat. ana ʒ. ß. omnium capill. end. agrim. cuſcut. cichorij, abſynth. Rom. an. M. 1. ſemin. aniſ. melon. cucumeris, card. bened. ana ʒ. 2. flor. cardiac. antho. & geniſt. ana p. 1. f. decoct. ad ℔. 1. In colatura diſſol. ſyrup. capill. ven. & de bizantiis ana ʒ. 2. fiat apozem. clar. & conditum, vt decet, pro doſib. ʒ.

Aduerte autem ſi febris adfuerit, vt plerunque eſſe ſolet, aut ſi hydrops calidam hepatis intemperiem conſequatur, admiſceri oportere frigidas herbas hepaticas, itémque ſemina frigida maiora & minora, quæ alia contemperent. Si purgans eſſe volueris, in huius decocti ℔. 1. colata infundantur fol. ſennæ mund. ℥. 2. agarici ℥. 1. cinam. vel puluer. electar. triaſantal. vel zinziberis ʒ. 1. In expreſſione diſſoluentur ſucc. ireos ʒ. 2. ſyru. laxatiui roſ. pallid. ℥. 2, ſacch. q. ſ. fiet ſyr. perfectè coctus: de quo cap.

æger ʒ. 2. ex cochleari, vel cum aqua cuſcutæ, aut abſynthij, aut cum decocto cicer. rubro. ſemel in hebdomade. Vel purgans medicamentum per ſe poſt ſumptas apozematis ſuperioris doſes ſic præſcribitur.

℞. rad. gram. petroſ. & fœnic. paſſul. mund. glycyrrh. raſ. ana. ʒ. 2. agr. end. capill. ven. ana. M. ß. ſemin. fœnic. end. melon. ana ʒ. 1. fol. ſennæ mund. ʒ. 2. f. decoct. & colatura ad doſim. In qua infunde rhei elect. ʒ. 1. agar. troc. ϑ. 4. cinam. ʒ. ß. In expreſſione diſſol. ſyr. capill. ven. & roſ. pallid. laxatiui an. ʒ. ß. f. potio. Pauperibus diacarthamum, diaphœnicum, folia ſennæ imperantur: vel pilul. aſſaieret, elephang. de rhab. agar. ſuccis hydragogis exceptæ, duobus, aut tribus elaterij granis additis, ſi frigidior & humidior cœli conſtitutio permittat.

Saluberrimus erit clyſterũ vſus, qui modò leues erũt, modò acriores ex diſcutientibus flatus parati: in quibus diſſolu. diaphœnic. benedict. laxat. mel anthoſ. ol. aneth. Sæpe verò ac ſenſim dum purgatur, hepar roborari debet, ne factum debilius, aquas denuò generet. Itaque tale electarium præcipiatur, cuius tabella vna dimidia hora ante paſtũ ſumatur.

℞. puluer. electar. triaſantal. dupl. rheo. ʒ. 1. ſpec. diarh. Abb. & lætific. Gal. ana ϑ. 2. raſ. corn. ceru. ebor. ana ʒ. 1. margarit. electar. ʒ. ß. ſem. acetoſ. plantag. ana ϑ. 2. cum ſacchar. in aq. abſynth. aut agrimo. diſſolut. f. electar. per lozeng. pond. ʒ. 2. vel adiecta conſerua roſa. capill. ven. f. conditum, cap. vt ſuprà.

Atque ſuperiora hæc remedia omni cõueniunt hydrωpi: præter quæ & ſua ſunt cuique peculiaria. Cùm enim tympanites & aſcites nunquam ſectione venæ profligentur, eâ tamen anaſarca incipiens, integris adhuc viribus, & hapate non vſque adeò perfrigerato, iuuatur, quòd naturam leuet humorum copia grauatam, maximè ſi talis hydrops à ſuppreſſis

Sect. 4. libr. de vict. rat. in acut.

uppreſſis mẽſibus, aut hæmorrhoidibus fiat. Quę iſtinctio maximè obſeruanda. Nam alia ſi ſubſit auſa, vitanda phlebotome, ſiquidem ſanguinem nittat laudabiliorem: prauum verò, qui in primis enis circa meſenterium & iecur congeritur, in cor- us rapiat vniuerſum. Sic etiam in aſcitæ remediis ubſtitui debent quãtitate maiore, quæ flatus diſcu- iunt. His autem artibus poſtquam toti proſpectũ ſt corpori, topica, quæ robur hepati & ventriculo oncilient, materiámque reſoluant, qualia ſunt fo- nenta & litus, vſurpantur.

℥. agrim. maioran. menth. ſicc. ſtœch. abſynt. ana M. 1. adic. cyper. calam. arom. ana ʒ. 2. flor. chamæm. melilot. roſ. ub. ana p. 1. f. decoct. in aq. & vin. rub. pro fotu hepatis cum pong. Poſt fotum ſiccata pars illinenda. ℥. olei cappar. & bſynth. ana ʒ. 1. pulu. calam. arom. & abſynt. ana ʒ. 1. cum cera . linimentum.

In tympanite vtiliora ſunt cataplaſmata ex fari- nis diaphoreticis, orobi, lupinor. fœnugr. lolij, & calid. herbis ac ſeminib. in vino, aut vrina pueri de- coctis, adiecta portione emplaſtri de baccis lauri, vel vngu. Agrippæ, vel Martiati. Hûc faciet empla- ſtrum de bacc. laur. & de meliloto cum ſucco rutæ, aut ſimili, & pauca aqua vitæ emollitũ: vel emplaſt. è ſtercore vaccino, caprino, aut colũbino, ſulphure, baccis lauri, farin. lupinorum, axungia gallinæ & oleo rutaceo additis.

Vel. ℥. origan. calamenth. rut. agrim. ſcœnuanth. ana M. 2. baccar. laur. iuniper. ſemin. caru. aniſ. fœnic. ana ʒ. ß. flor. chamæm. aneth & anth. ana p. 2. Impleantur ſacculi duo: qui bulliant in aq. & vino albo pro fotu. Hunc ſequitur litus. ℥. olei rut. & irini ana ʒ. 1. puluer. radic. ir. ʒ. 2. cum pauco em- plaſtro de melilot. f. linim.

Ad aſcitem ſacculi comparantur milio, ſemine

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 392 sur 805

apij,cumin.carn.bacc.laur.contuſ. florib chamæm. melil.torrefactis antè ſingulis in ſartagine, & vino albo irrigati. In anaſarca ſtuphæ ſiccæ meatus aperiendo,ſudores proliciendo,diſcutiendo, magnum afferunt adiumentum.

Vel humidus vapor decocti conuenientis toto corpore excipitur. Vt.

℞. radic. fœnic. ebuli,ireos, acor.enul camp. ana ʒ. 1. cortic.inter. vlmi. & cappar. ana ʒ. ß. hyſſo. rut. ſalu.agrim. roſm. calamenth. origan. abſynth. ana M. 1. ſemin. petroſ. rut. cyper. baccar. laur. & iuniper. ana ʒ. ß. flor. chamæm. aneth.anthos, & melil. ana p.1.f. decoct. in aqua & vin.alb. cum pauco aceto in fine addito. Lapides igniti in id decocti iniiciantur. Vapor toto corpore,vt dictum eſt,benè contecto recipiatur.

His præſidiis ſi non ceſſerit hydrops,hydragoga medicamẽta repetentur, itémq; topica ſupradicta. Sitis, quæ in hoc affectu premit maximè, tolerata, nonnullis remedio eſt. Id nobili conſtat hiſtoria. Ruſticus, quem aqua inter cutem malè habebat, Antonij Beniuenij Medici clariſſimi opem expoſtulat. Hic morbũ iam inueteratũ perſpiciẽs, ſubridens reſpõdit opus eſſe,vt non vltrà biberet,quàm vt vitam ſuſtineret. Diſceſſit æger, & anno peracto medicum inuiſit, & interrogat, an ipſum noſceret. Negauit hominem noſſe. At ille, tua ope curatus, inquit,ad te reuertor, ſcire cupiens an adhuc mihi liceat aliquid bibere, cùm hactenus per annum nihil biberim. Admiratus Medicus interrogat,cuius id conſilio fecerit. Cui ille,tuo,inquit,& rem omnẽ ab initio narrat. Iuſſit tum paulatim vino aſſueſcere,auſtero,ac tenuiſſimo. Diſceſſit: & curioſa potione vſus priſtinæ ſanitati eſt reſtitutus.

Curatio lienis. CAP. 40.

SPlenicos 1 appellant, quibus induruit 2 lien, 3 grauitas siniſtra parte ſentitur. Difficultas eſt 4 anhelitus, 5 ſitis, oris ſiccitas, 6 pedum inflatio, 7 color plumbeus, decubitus in 8 ſiniſtrum latus grauis, extat durities 9 oblonga, dolor ad 10 iugulum ſiniſtrum tendit, pediculi ſcatent, nocte 11 ſudor grauis, fœtet 12 anima, pudenda 13 turgent, erumpit 14 ſanguis, gingiuæ 15 corrumpuntur, venæ ad lienem nigricant, & ſqualeſcit cutis, vlcera maligna in tibiis naſcuntur. Quorum aliqua vel omnia lienoſos produnt. Lege quę annotauimus in aphor. 43. lib. 6. & Celſum cap. 7. lib. 2.

1 *Qui ex ſplene laborãt, lib. 6. de locis male affect & 9. κατὰ τόπους.*

2 *A tumore contra naturã, præſertim ſcirrhoſo.*

3 *Dolor grauis, ex materiei copia & partis obtuſo ſenſu.*

4 *Per oppreſſionem diaphragmatis, cui ſubiacet lien.*

5 *Ex corrupti humoris in aluum efluxu, & omnis humoris exhauſto.*

Curatio.

Initio molliendus 16 venter caſſia vel catholico. Quòd ſi inferiori parte viſceris ſcirrhus eſt, clyſteribus vtendum erit. Poſt hæc phlebotomia conuenit è baſilica ſiniſtra, in duos dies diuiſa vacuatione, amplo foramine. Quòd ſi vires ſuſpectæ ſunt, vena quæ ad medium digitum, vel minimum venit, incidenda eſt. Alij venam poſt aures 17 diuidunt, &

6 *Cum hydrops eſt in propinquo, & lien eſt καλάρροπος. 6 Color enim ſimilis efflorescit humori, cuius dominatu corpus tenetur. Vnde ſæpè ictterus niger, elephantiaſis.* 8 *Et in dextrũ moleſtior, ob μετεωρισμὸν & ſuſpenſionem.* 9 *Quæ præ ſe fert ideã partis obſeſſæ, Sed tamen exiſtit ἀνάρροπος καὶ καλάρροπος lien, atque tum rotundus eſt tumor.* 10 *Ad clauiculam, diaphragmatis ſympatẽia, quæ tunicæ coſtas ſuccingenti communicatur.* 11 *Ex prauorum ſuccorum pleonexia: vnde purgationis neceſſaria ſignificatio fit.* 12 *Humoris in aluo corruptione.* 13 *Ex flatulento ſpiritu.* 14 *Criticus, aut ſymptomaticus.* 15 *Ex tranſlatione materiæ, ſiue acerbi vaporis, per continuitatem interioris tunicæ, quæ palato & ſtomacho communis eſt.* 16 *Expurganda prima regio corporis, vt ſplenica medicamenta ad lienem aditum habeant. Vt. ℞. caſſ. recẽs extrac. ʒ. 6. cum ſaccharo fingatur bolus. Deinde. ℞. fol. ſennæ mund. ʒ. 3. vel ʒ. ß. macerentur in decocto pru. damaſ. & ſtatim dilutum ſuperbibatur.* 17 *Et quidem ſine ratione, nec ſine periculo.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 394 sur 805

sanguine,qui effluit,lienem inungunt.Veteres enim naturali quadam ratione atque beneficio constare crediderunt,superfusum sanguinem languẽti membro præstare medicinam. Quòd & Veterinarij retinent. Constat quoque certo experimento venas apertas,quæ ad lienem nigricant, vehementer profuisse, vt inde inueteratum malum & cõtumax omnino curatum sit.Iisdem venis sanguisugę & cucurbitulę cũ scarificatione affigi possunt.Sed hæc localia remedia lieni,vacuato iam corpore conueniunt.

Purgandum quoque corpus est,ídque interuallis, pharmaco quidem per os sumpto,si magnus tumor est,aut superiori visceris parte collocatus.Diuretica non ita prosunt,quia à liene ad renes non 18 ita cõparata via est.Cæterùm iuuare possunt alia ratione, quia videlicet incîdunt,& aperiunt.

Potiones & melicrata ex cortice radicis 19 capparis, scolopendria, capillaribus, rosmarino, radice thamarisci,semine agni casti,endiuiæ,scariolæ,portulacæ,seminibus illis maioribus & minoribus,cortice & radice salicis,fraxini,genistę,& aliis, quæ capite de oppilatione hepatis scripta sunt.

Purgationes ex epithymo, foliis sennæ , puluere hierę 20 diacolocynthidos,& aliis,quę cap.de melancholia descripta sunt. Ex sero caprino,aqua fabrorum,aut ea,in qua chalybem candentem sæpiùs extinxeris.

Laudatur aqua depurata , quæ è cotibus defluit, cum acuuntur enses.Lixiuiũ,oxymel, acetũ scyllitícum,syrupus acetosus,syrupus capill.ven.de pomis, aquę, & cætera , quæ partim capite de oppilatione hepatis,partim cap.de hydrωpe dicta sunt.

18 *Tamẽ secundo iudicio lien per vrinas interdum vacuatur. Hipp. lib. de internis affectionibus.*

19 *Nã quale est hepati absynthium, talis est lieni cortex cappa-ris: & quale est hepati cupatoriũ , tale & lieni scolopẽdriũ. Sic itaq; fiat melieratum. ℥. cort. rad. cappar. ʒ. 6. polypod. querni tãtundem : f. decoct. sufficiens: in colatura dissolue mellis ʒ. 3. f. hydrom. Vtatur horis duabus ante pastum.*

20 *Præsertim ex descriptiõe Paschii apud Scribo. Largum.*

Capparum 21 vſus ex oleo & aceto plurimùm laudatur. Laudatur vas è ligno fraxini, quo vtantur, dum bibunt. Corallus quoque tritus ex ſyrupo acetoſo. Optimum interim erit his vti trochiſcis. ℞. puluer. tamariſci, radic. cappar. ceterach, ana ʒ. 1. limaturæ chalybis ʒ. ß. ſpicæ. cinamom. ana ϑ. 1. ſacchari borraginati vnc. 1. cum oxymelite fiant trochiſci.

21 *Capparum vſus, ſine delectu minimè eſt admittẽdus. Dum enim ex aceto ſumuntur, oxyregmiam pariunt. Adde quod humor melancholicus ab aceto fermentetur Hippoc. lib. 3. de vict. rat. in morb. ac. Sed tales ex vſu eſſe poterũt cappares. ℞. cap parum* ℔. 3. *paſſul. Coryn thiac.* ℔. 1. *reponantur in* ℔. 1. *ſacchar. fuſi cũ* ʒ. ß. *cinamomi in vaſe, & affundatur aliquid aceti. Hæ*

Ad vehementem etiam lienis dolorem, inflationem, duritiem, puncturam, mirabilis eſt puluis diacapparum à veteribus ſi concinnatus. ℞. cortic. radic. cappar. exag. 27. (eſt autem exagium Actuario ſextula, ſexta vncię pars) ſemin. aceto ſæ exag. 18. cortic. radic. tamariſci exag. 9. trita in puluerẽ dentur cum aqua, vel oxymelite, exagij vnius pondere. Decumbat in ſiniſtrum latus æger, & tres horas ieiunet. Sumendi tempus hora noctis media, vel cum ſitis vrget.

Durities verò, quòd attinet ad topica, mollientibus, incidentibus, reſoluentibus curanda eſt. Adſtringentia quoque commiſcenda, vt inde roboretur 22 viſcus, plus minúſve, pro ratione fluxionis & infirmitatis viſceris. Mollies hoc vnguento, incides, ac reſolues.

℞. 23 olei de capparibus ʒ. 6. medullæ vituli, pinguedinis anatis, ammoniaci in aceto diſſoluti ana

ventriculo non oberunt. 22 *Communi enim officio fungitur.*

23 *Vel.* ℞. *medullæ cerui, aut cruris vituli, butyri recentis, olei de cappar. ana* ℔. 1. *ammon. in aceto diſſol.* ʒ. 2. *aquæ roſar.* ℔. ß. *coquantur ad conſumptionem prædictæ aquæ in balneo mariæ, quo linatur lienis regio, leuiter fricanda manu.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 396 sur 805

ʒ.2.aceti ʒ.1.ceræ quantum ſufficit, fiat emplaſtrum molle ad formam linguæ bubulæ.

Remollit butyrũ, adipes ex cap.7.lib.5.de Simpl. & libro 5. de compoſitione pharmac. ſecundum genera.

Radix lilij, maluæ, biſmaluæ, brancæ vrſinæ ſiue achanti. Scylla quoque & radices in oleo & vino auſtero coquuntur, ad conſumptionem vini. Deinde ad formam emplaſtri imponuntur.

Contra tumores & obſtructiones lienis præſtãtiſſimum iſtud eſt vnguentum. ℥. mucagin. ſeminis althææ extractæ in vino albo tenui ʒ. 6. olei de capparib. ℥.1.adipis anatis ʒ.3.puluer. ceterach.ʒ.2. f.vnguẽtum. Aliud. ℥. olei rutacei, ol.de capparib. ʒ.6.puluer.radic.cappar.ʒ. 1. ceræ & aceti ſcyllitici parum, fiat vnguentum. Vel.℥.olibani, ammoniac. ana ʒ. 1. diſſoluantur cum aceto ad craſſitudinem; deinde cum ſucco braſſicæ diu pinſantur, & apponantur ad duritiem ſplenis.

Ficus pingues ſimiliter præparatæ, ammoniacum in aceto diſſolutum, & ex oleo roſaceo, oleo in quo ſcolopendrium coxerit, oleo amydg. dulcium, de liliis, de cucumere aſinino, de hyperico, de ben, de capparibus. Conuenit & emplaſtrum de meliloto, dialthæas, cerotum œſypi, diachylon ſine gummi, cum mucaginibus radicis althææ, lini, fœnugræci. Vbi iam remollita durities eſt, lapis molaris, pyrites, aut 24 lapis alioqui duriſſimus aceto acerrimo candens extinguitur: linteis inuoluitur, & ſæpe apponitur. Alioqui fumus excipitur. Sed his vtendũ eſt ſolùm, cum iam aliqua ex

24 Aut etiã lateres candentes aceto extincti parti admouentur ad diſcutiendum.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 397 sur 805

parte remollitus tumor eſt. A quorum vſu ad remollientia redeundum eſt, oportétque per interualla alternatim vti his remediis. Poſteà verò fortioribus vtendum erit, ac primùm quidem ammoniaco opopanax miſcendus eſt. ℞. ammoniaci ℥.1. ß. opopanacis ℥. 1. Diſſoluantur gummi in aceto: deinde malaxentur cum oleo de cucumere aſinino. Iam quoque miſcebitur emplaſtrum Agrippæ: & vt minuetur tumor, veniemus ad emplaſtrum de fermento, ad dropaces, ad ſinapiſmos, ad cauteria tum potentialia (vt vocant) tum actualia.

At ſi humorum inhibitioni ſit eadem opera incumbendum, emplaſtrum eiuſmodi conuenientiſſimum erit.

℞. reſinæ frixæ ℥.12. ceræ, ammoniaci ana ℥.6. auripigmenti, aluminis ſciſſil. olei veter. ana ℥. 1. ſ.aceti acrioris q. ſufficit ammoniaco ſoluendo.

Sacculis quoque vti oportebit reſiccantibus ac reſoluentibus, nunquam tamen neglecto remollientium vſu. Sacculi.

℞. milij parum conquaſſati P.2. ſalis P.ß. torrefiant in tegula calida. Fiant duo ſacculi longitudine dimidij palmi, interpuncti in linteo trito & raro, & perfumigati cum aceto acerrimo, in quo lapis duriſſimus & igne candens extinctus ſit.

Contra rugitus & fluctuantem 26 aquam è regione lienis probatum eſt hoc veterum remedium.

℞. piperis, cumini, rut. ana exag. 10. nitr. exag. 9. melle optimo excipe. Dentur manè & veſperi exag. 2. Vel.

℞. nigellæ Romanæ, ſeminis aniſ.apij, petroſ.cumini ana exag. 2. miſceatur libr. 1. farinæ,

26 *Frequẽs clyſterum ex decocto capitis veruecini vſus mirificè cõfert ad rugitus & fluctuantem aquã è lienis regione.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 398 sur 805

piſtoria arte, fiat panis. Poſſunt & ſpecies è vino dari. Melior panis, ſi ex aqua decoctionis fraxini pinſatur.

Frequens hoc malum eſt ortum à frigore, quod poſt plenilunia frigidiori cœlo poſt vſum aquæ & frigidorum magis apparet. In quo purgãdum corpus eſt per interualla ex hiera aliquando ſimplici, aliquando diacolocynth. Vel.

℞. aloës ſuccotrinæ ʒ. ȝ. rhab. electi, agar. tro. ana ʒ. ß. ceterach, ſcolopendrij, ſem. agni caſti, & endiuiæ ana ϑ. ß. cinamomi, aſari, ſpicæ: raſuræ cornu cerui, raſuræ eboris, coralli ana Gra. 8. cum aceto ſcyllitico formentur pilulæ. Vtatur drach. 1. ſingulis hebdomadibus. Exſiccanda quoque aqua ſacculis.

℞. cumini. P. 2. ſem. agni caſti, ſem. rutæ ana ʒ. 1. craſſiuſculè cõquaſſata, & in tegula ſiccata, duobus ſacculis (vt priùs) includantur, & calidi ſacculi alternatim apponantur.

Vaporatio quoque conuenit ex duriſſimo lapide candente extincto in aceto, in quo ebulus, folia ſalicis & ſcolopendrium coxerint.

Vnctiones, quæ in aſcite. Radix acori in acri aceto cocta, tum addita octaua parte ſem. naſturtij, emplaſtri modo imponitur.

Lepidium quoque per ſe tritum, & calido aceto merſum. Videndum tamen ne refrigeſcant.

Conueniunt ſpleni à proprietate ſplen aſini domeſtici, & ſylueſtris, pulli equini, veſpertilionis decolati corpus. Crementur hæc in vaſe teſtaceo: ʒ. 1. pulueris, vel eo plus, ex oxymelite imperatur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 399 sur 805

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

σπληνώδεις Hippo. dicuntur, quibus diu obduruit lien. Sed & multi alij ſunt lienis tumores, quorum ſua ſigna ſunt. De externis & internis lienoſi deſcribuntur, ſi vitioſi malè colorantur, halitus fœtet, aluus adſtringitur, tumet lien, ſemper æqualiter emanciantur, vlcera mala contrahunt. Pituitoſi minùs hęc patiuntur. Tumor modò decreſcit. Obdureſcit autem ab humore melancholico, vel phlegmone, nec concocta, nec digeſta. Sequitúrque ſæpè humoris melancholici per inteſtina profuſio. Lienem enim κατάρροπον vocat Hippoc. 6. Epidim. quia vel tumore durus deorſum vergit: vel eò ſua excrementa abiicit. Purgatur enim per inteſtina & hæmorrhoidas, à quibus etiam lienem durum ſanari ſcripſit in eundem librum Galen. comm. 5. Vnde Medicus naturalem curationem ſequutus, viam & rationem purgandi lienis inſtituere debet. Neque tamen negamus induſtria naturæ aliquando humorem melancholicum per renes & veſicam expurgari, & περὶ παθῶν id docetur. Sed capite de doloribus capitis annotauimus nullam eſſe viam communem, ex Galeno in Methodo medendi, & anatomia, niſi multiplici anfractu in venam cauam regurgitans humor eò perueniat. Hic affectus longus eſt & periculoſus, præſertim ſuperueniente inteſtinorum difficultate, tum quia inteſtiua læduntur humoris tranſitu, & vires labefactantur: tum quia hepar ſimul cum omni venoſo genere compatitur, vnde vel refrigerato calore natiuo ſequitur hydrops, vel interitus. Nam quod Hippoc. 48. Aphor. lib. 6. ſcribit, Lienoſis ſuperuenire dyſenteriam, bonum, intelligendum ratione vacuationis, quæ modum non excedit. In rugitu ſplenis aliquando impletur colum flatu: aliquando vas, quod à medio aſcendit. Sed diſtinguitur, quia in ſplene dolor grauis, in vna parte fixus, & ſiniſtra. In colo verò acutus, mobilis, & vagus.

Lienis morbus cur periculoſus.

Eadem, quæ in hepate, remedia, ſed valentiora conueniunt, incidentia, flatus diſcutientia, mollientia, aperientia, thamariſcus, ebuli radix vel ireos, puluis ſcolopendriæ ceterach, brionia, cortex hederæ, radix capparis, diacapparon, olibanum, ammoniacum, oxymel de radicibus, torchiſci de eupatorio, cerata, oleum laurinum, emplaſtra de meliloto dia-

Lieni valentiora quàm hepati remedia.

chylon, lien bubulus, onagri, veſpertilio ſiccatus, capite detracto, limatura chalybis, & ſimilia. Democritus thamariſci carbones ignitos in vino extinguebat. Ægri cum ſumunt medicamenta, in latus ſiniſtrum decumbant.

ANTO. VALETII EXERCIT. XL.

IIſdem fermè vitiis tentatur lien, quibus hepar, ſed ſæpiùs obſtructione & ſcirrho, propter alimenti, quod attrahit, ſpeciem. Craſſior enim ſanguis in illius viſceris nutricationem faceſſit. At talis quidē ſuccus nunc melancholicus, nunc pituitoſus in liene imbecillo coaceruatur, neque commodè repurgatur: aut etiam miniſtratur ab hepate, propter eius naturæ alimentorum vſum, vel ob ſolennis cuiuſdam vacuationis, vt menſium, hæmorrhoidum, ſuppreſſionem. Tumore ſiniſtri hypochōdrij cum duritie coniuncto, graui dolore, difficultate ſpirandi, colore corporis ſubnigro & plumbeo ſatis hic affectus manifeſtus euadit. Hûc reuocantur remedia obſtructioni hepatis adhibita, ſed quæ ſint vehementiora. Imprimis igitur vacuata prima corporis regione mittitur ſanguis ex interna cubiti ſiniſtri: cuius detrahendi quantitatem & vires, & ipſius ſanguinis color indicabunt. Mox materia craſſa & viſcida parabitur his zulapiis.

Gal. libr. 13. Methodi, & li. 2. ad Glau.

℞. ſyrup. capill. ven. oxymelitis ſimpl. & ſyrup. de fumaria ana ʒ. 1. aquar. gram. lupul. & borrag. ana ʒ. 2. vel ʒ. 3. f. zulap. pro doſib. 3. Sumat bis in die duab. hor. ante paſtum. Vel. ℞. ſyrup. de ſcolopendr. de bizantiis & de epithymo ana ʒ. 1. cum aquis prædictis vel cum decocto ſplenico f. zulap. quod condiatur pauc. cina. ſantal. citr. vel puluer. elect. triaſantalini.

Sed vſitatiora ſunt apozemata, cum ſimplicia ſuppetunt accommodata. Vt.

℥.cortic.radic. cappar. thamariſc oxylapath. ana ℥. 1.cichorij totius, fol. ſcolopend. cetherach. adianth. polytr. fumar.borrag.& bugloſſ.ana M. j. ſummit. lupul. thym. epith. cuſcut. ana P. 1. glycyrrhizæ raſæ ʒ. 2. paſſul. mund. ℥. 1. quat.ſem.frigid.maior.an.ʒ.1.ſem.cuſcut.aniſ. fœnic. fumar. ana ʒ.1.ß.flor. geniſt. recent. & trium flor. cardiac. ana P.1.f. decoct.ad quart.5.℥.prædict.decoct.quart.3.In colatura diſſol.oxymel.ſimpl.vel ſcyllitic.℥.3.f.apozem.clar. & condit. ſ. art.cap.vt antè,bis in die.

In reliquo decocto infundũtur fol.ſen.mund. ℥.3. agar.troch.ʒ.x.& addita ſacchari quãtitate ſufficiẽte fit ſyrup perfe.coct.cuius ℥.2.ß.cũ decoct.paſſul. glycyrr.& aniſi diſſolutæ in hebdomade ſumantur. Quę ſi parũ mouerint,iteratæ eiuſdẽ ſyrupi doſi addetur aliquid electar.diacarth. cõfectionis hamech, aut diaphœnici. Vel in doſi conuenientis decocti, quale eſt apozematis ſuperioris, infunde foliculor. ſennæ mundator.ʒ.2.agar.troch.ℑ.4. cinam.ℑ.2.In expreſſione diſſol.ſyr. de lupul. & cathol.ana ℥. ß.f. potio. Et quoniã purgationes hîc ſæpè ac ſæpè repetuntur, & verendum eſt, nè natura vni aut alteri aſſueſcat remedio, ſequẽs inſtitui poterit pil. maſſa.

℥.maſſæ interioris pil. ſine quibus pil. de fumo terræ ana ʒ.1.ß.rhei elect.ℑ.4.aloës hepatic.agar. recens troch. ana ʒ.1. ſal.gemm.zinziberis, cinamom.ana ℑ. 1. cum ſyr. de cichor. ſimpl.fingatur maſſa. Poſtea duplici aluta contegatur:reponatur in pyxide terrea. Sumat menſibus ſingulis circa pleniluniũm, maximè tempore humido & pluuio, pilulas 5. pro drach.cum vino albo emollitas,manè hora quart.&,ſi poſſit, illis ſuperdormiat.

Topica erunt fomenta,linimenta,emplaſtra.

℥. flor. chamæm.melil.ſummit. aneth. praſſ.ſcolopend. abſynth.parietar.hyſſop.thym.biſmal. totius violariæ, mercurialis,fumar.an.M.1.ſem.lini,fœnugr. alth. ana ℥. 1. f. decoct.in aqua & vino albo pro fotu lienis cum ſpongia vel filtro bis in die longè à cibo.

Deinde linimentum ſit huiuſmodi.

℞.olei cappar.ʒ.2.gummi ammoniac. in aceto ſcyllitico diſſoluti ʒ.ſ.aſſæ odoratæ ʒ.3.cum modica cera.f.litus pro liene manè & veſperi.

Honorato Caſtellano Regio Medico, quem mirabilem penè inimitabili dexteritate Medicinam factitantem nobis inuiderunt fata, & morte præmatura ſuſtulerunt, familiaris erat litus ex ſtruthiocameli adipe, quo nullum efficacius remedium experſum ſe mihi de liene conquerenti amicè dixit.

Si inueterârit affectus, atque inceperit ſcirrhus, quod ex renitentia partis, duritie, pedum inflatione, & aliis eius generis ſignis dignoſces, huic tempeſtiuè occurrendum, metu cachexiæ, hydropis, ſcirrhi. Itaque incidentia magis, tenuantia, emollientia atque diſcutientia particularia aptari debent.

℞.radic.cucumer.agreſt.alth. & lilior. ana ʒ.1.cortic. rad. cappar.& thamariſ.ana ʒ. ß. mal.biſm. ruth. ſcolop. ceth. abſynth.ana M.1.ſem.fœnic.lini & fœnugr. ana.ʒ.ß. flor. cham. melil.& geniſt.ana P.ß.f. decoct. in vino albo & aqua cum aceto pro fotu lienis cum ſpong.

Poſt fotum hoc cataplaſma imponetur.

℞. far. ſem. lini & fœnugræci ana ʒ.1. farin. lupinor. ʒ.ß. puluer.radic.ireos & thamariſ.ana ʒ.2.adip.vitulini,& axung. cunicul.ana ʒ.1.olei cappar.q. ſ.cum magmate ſuperioris decocti f.cataplaſma.

Quibus cataplaſma diſplicebit, imperabitur linimẽtum ex mucag.ſem.fœnugr.in aq. ſcolop.extr. olei cappa.& liliac.an.ʒ.1.ammoniac. in aceto forti & aqu.vitæ diſſoluti ʒ. ß. puluer. radic. bryon.& ireos ana ϑ. 2. cum pauc. cera. Vel emplaſtr.aut ceratum ex eiuſdem ammoniaci emolliti in vino albo ʒ.ß.ſtyrac.cal.ʒ.2. puluer. rad. ireos Flor.cyper.

& aristoloch.rotund.ana ʒ. ß.axung. anser. & ol.amygdal.dulc.quantitate suffic.compingetur: & super alutam in formam linguæ bubulæ extendetur. Sed & quoniam huius visceris robur semper conseruandum,talis concinnabitur opiata.

℞.conseru. ros. ʒ.2. conseru. anth.capill. ven. & bugloss. ana ʒ.1. electarij lætificant. Gal. confectionis alker. aromat. ros.ana ϑ.2.Mythridatij veteris ϑ.4.cum syrupo de scolopendria,f. opiata:de qua capiat magnitudinem fabæ hora somni, & in exitu lecti.

His ita administratis si perseueret affectus, crebri iniiciẽtur clystêres, maximè si interna parte lien magis intumeat. Fortioribus quoque purgationibus id visceris lacessemus,quòd(ait Gal.libr.13.Method.)hac duntaxat via lienis superflua vacuentur. Quod controuersia non caret. Nam & annotauit Hollerius ex Hippocrate libr. de intern. affect. secundo iudicio lienem per vrinas expurgari: & scripsit Gal.cap. 2. libr. 2. de arte cur.ad Glauc. lienem cum renibus per vrinarios meatus vacuari. Noui ego religiosum virum, quo cum quotidie familiariter versor, cui ter, aut quater in anno, maximè Vere & Autumno ineuntibus, intumescit lien: ac dum prominulus tumor instat, dolore hypochondrij infestatur,subliuidus toto fit corpore, sensimq; deteriùs habet. Sed tandem nigricantibus vrinis atramento similimis,erumpentibus per 5.aut 7.dies, pristinam resumit incolumitatem, tumore & grauitate hypochondrij vanescentibus. Iam à 12. aut 15. annis repetito istiusmodi per interualla vrinarũ profluuio detinetur, cùm antè turgidas, sed minùs apertas habuisset hæmorrhoïdas. Sed hæc parerga.

De Colico 1 Dolore. CAP. 41.

HVius multiplex cauſa eſt. Ac primùm de 2 phlegmatica dicendum. Itaque colligitur pituita craſſa & frigida, atque aliquando vitrea, otio, intemperante 3 vita, obſtructis viis, 4 per quas bilis in inteſtinum defluit. Hinc dolor excitatur 5 quaſi infixi pali, certóque loco inſiſtit: ſed vt plurimum ad inguem ſiniſtrum, & vtrúmque renem, ſurſúmque aliquando reuoluitur, & locum mutat, vt ſunt fluxus coli inteſtini, quod relicto inteſtino recto in ſiniſtrum inguem diuertit. Ad ſiniſtrum renem aſcendit, vbi anguſtius eſt. Quæ anguſtiæ efficiunt aliquando, vt hac parte dolor 6 colicus grauis intendatur. Hinc ad ſplenem & ventriculum iam laxius extenditur, ſubítque hepar, hærétque aliquando cyſti fellis. Poſtremò in dextrum ilium deſcendit, vbi deſinit in cœcum, quod ad renem dextrum poſitum eſt. Dolor hic fixus, vt in anguſtiis, quæ ad ſiniſtrum renem ſunt, nephriticum dolorem repræſentat, vt etiam peritos Medicos fallat. Sed in nephritide vrinæ 7 tenues, albæ, poſtea etiam cum aſpero atque ſabuloſo ſedimento. Dolor ad coxas 8 extenditur. Fomẽtis & cataplaſmatis mitigatur: inde laxatis viis non cõmutat locum: aut ſi commutat, perinæum, & viæ vreterum affliguntur. In colico hoc dolore vrinæ tinctæ & ignitæ, quæque bilioſum falſò repræſentant. Impoſtura fit, quia bilis, quæ ad inteſtinum defluebat, interceptis viis ad renes diuertit. Præcluſæ viæ ſunt, vt neque ructus, neque ſtrepitus ventris exire poſſit

1 *Qui ab inteſtino colo nomẽ habet, eſtque dolorũ omnium ſæuiſſimus. Cuius doloris multiplex cauſa eſt: materia craſſa & lẽta, flatus, humorum acrimonia, & inflammatio.*

2 *Qui à pituita vitrea inteſtino affixa ortum ducit.*

3 *Vt largiore potu, & fructuũ vſu.*

4 *Deſiderato naturali clyſtere, quæ bilis eſt, quo pituita vacuatur.*

5 *Galenus lib. 2. & 6. de locis malè affect.*

6 *Vnde ſimilitudine ſymptomatum incerto eſt, vtra pars afficiatur.*

7 *Ab obſtructione.* 8 *Obliquo enim ductu ſecundum ilia ad pubem fertur.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 405 sur 805

Stercora ſine ſucco, plena flatibus, ſimilia bubulis, quæ iniecta aquæ conſiſtant, neque in fundum demergantur.

Curatio

Cauſa mali humor ille frigidus affixus 9 inteſtino. Symptoma verò dolor, qui ſi vrget vehementiùs, priùs quidem 10 leniendus eſt, quàm affectui conſulas.

At quæ doloris gratiâ imperantur, ea prodeſſe ſolent, vel quia intemperiem 11 corrigunt, vel cauſam auferunt, vel leniunt atque contemperant, aut ſtupefaciunt.

Narcoticorum vſus in hoc genere colici doloris omninò ſuſpectus 12 Græcis, permiſſus Arabibus. Optimum genus eſt, quod ſimul & cauſam 13 tollit, & dolorem attemperat. Secundum, quod ſolùm temperat.

Remedia verò multiplicia. 14 Phlebotomia, purgatio, balnea, exteriùs 15 admota medicamenta, cucurbitulæ, potiones, amuleta, quæque proprietate 16 quadam colicos curant.

Phlebotomia 17 omnibus ferè relicta eſt. Octauius approbat. Et noſtra 18 memoria efficaci admodum remedio interim vſurpatur: multò magis, ſi dolor grauiùs vrit: ſi bene carnoſum corpus eſt: ſi vires, ætas, & cætera permittunt. Remiſſionis tempore è baſilica dextra, auerſionis gratiâ, anguſto fo-

9 *Qui aut illîc generationẽ habuit localem, aut aliũde affluxit, aut cõtinẽter affluit.*

10 *Nihil enim æquè facit infirmum corpus, ac dolor. Hipp. li. 3. de fractur.*

11 *Partem, & humorem ad æqualitatẽ adducendo.*

12 *Hi tamen Philonium præſcribunt.*

13 *Purgando, digerẽdo temperamentum partis & habitum reſtituendo.*

14 *Si cauſæ cõiunctæ vis excitet antecedentem, ſi phlegmone adſit, ſi humores doloris vi æſtu incandu-*

erint. 15 *Quæ dolorem leniant, flatus diſcutiant, materiam coquant.* 16 *Vt inteſtinum lupinum.* 17 *Quòd nihil conferre poſſe videatur, neque ad affectum, néque ad ſymptomatis correctionem, præſertim cùm materia ſit vitrea pituita.* 18 *Cum doloris acerbitas cauſa magnitudinem ſuperat, ſuccedítque cauſæ coniunctæ antecedentis perennis affluxio ex vitio aliquo.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 406 sur 805

ramine,& modica vacuatione,niſi febris adſit. Tum enim multò liberiùs,atque etiam copioſiùs,ſanguis depleri poteſt.

Quòd ad purgationem attinet,quia materia cõtumax eſt, incidentibus primùm concoquentibus atque detergentibus vtendum eſt: tum 19. ratione vitæ,tum iis quæ clyſteribus iniiciuntur, atque etiã exteriùs admouentur. Conueniũt ergò origanum, mẽtha, pulegium, marrubium, hyſſopus, thymum, maiorana,ammi,beta,roſmarinus,enula, radix pœoniæ, ſcordion,ſeſeli,ruta, lybiſtichum, anetũ,chamæmelum,aſparagus, aniſum, carui,& dauci ſemina,vinum tenue,odoriferum,zedoaria,galanga,caſtoreum,gallia,aromaticum roſatum, puluis ducis, mythridatium, theriaca, confectio de baccis lauri, mel anthoſatum. Secunda claſſis. Centaurea maior,vrticæ ſemen,aſarum, betæ ſuccus, mercurialis, ſal,ſulphur, ius galli antiqui,ficus ſiccæ,carthamus. Sed hæc claſſis poſterior ſimplicium deterget magis. Iiſdem quoque ſcopis hieram, polypodium, & ſerapinum commiſcemus.

19 *Quæ ſit cruditatis expers, nimiæque humoris abundantiæ,quæque tenuis ſit & exquiſita.*

Olea conueniunt anethinum, rutaceum, 20. & in quibus ſuperiora coxerint. Fortius eſt 21. petroleum,oleum de caſtoreo, euphorbio piperibus, ſæpéque gummi in oleo diſſoluimus, vt galbanum, ſerapinum, quale hoc eſt.

20 *Oleum etiam nucũ.*

21 *Vulgò dicitur oleum Philoſophotum.*

℞.galbani ʒ. ß. diſſolue in olei rutacei. ʒ. 3. aut circiter. Aliquando etiam & moſchum,& algaliam, & ciuetam, ſed minori modo, in oleo diſſoluimus, Quale hoc eſt.

℞. ciuetæ Gr. 4. aut 6. diſſolue in oleo ruraceo. Inunge. Vel fit illitus è pipere longo & vitello oui.

Sunt

Sunt qui addant oleum anethinum. Diuitibus moſchũ & algalia eodem modo diſſoluantur. Eiuſmodi olea vel cum 22 clyſteribus iniiciuntur, aliquando quidem per ſe, aliquando cum decoctione conuenienti: iiſdem ea pars, in qua 23 dolor eſt, inungitur.

22 *Ex decocto rerum incidẽtium, extenuantium, detergẽtium.*

23 *Præſertim circum vmbilicum, & vtrúnque renem.*

Cæterùm oportet hoc in primis animaduertere, vt & incidamus, & concoquamus citra calorem vehementem, & iis quæ minimè inflant. Calidiora verò conuenient iam purgata materia, vt inde relicta intemperies corrigatur. Melicrata ex ſupradicta materia comparari poſſunt. Et hæ potiones plurimùm laudantur.

℞. ſummitatum abſynthij vulg. P. 1. ſem. cumini. ʒ. 2. feruefiant in vino tenui odorifero: expreſſio bibatur. Aliud.

℞. aquarum 24 cordialium ℥. 2. aquæ nepetæ ℥. 1. In quibus diſſolue theriacę aut mythridatij ℈. 2. Vel.

24 *Vt caridui bened. morſus diaboli, ſcabioſæ & ſimil.*

℞. menthæ viridis M. ſ. efferueſcat in vino albo tenui, aut vino mulſo. Per tres dies bibitum omninò liberat. Item & marrubij decoctum. Aliud.

℞. vini maluatici. ʒ. 2. calami aromatici. ʒ. ß. croci Gr. 4. ferueant leuiter in calidis cineribus: colatura bibatur. Similiter ex gulangæ & cumini ana ʒ. 1. feruefacti cum vino albo tenui. Vinum abſynthites ab Aëtio plurimùm commẽdatur: aluum enim roborat, bilem repurgat, eius generationem prohibet, deterget, ventos propellit, diſcutit, auertit, ſpiritus defecat. Alij, & rectè quidem, adiiciunt cumini momentum, vt ʒ. 1. quæ feruefiat in eo vino.

Probatum quoque & iſtud eſt certiſſimo experimento remedium. Cortex aurengiorum in vi-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 408 sur 805

no albo coquitur ad tertias. Vinũ quotidie ieiuno bibitur. Valet & ad præcautionem, & ad curationem. Sumunt alij, ſucci herbę veronicæ & vinialb. ana ʒ.2. potui dant, & mirificè iuuant. Item illud.

℥. ſucc. maioranæ ϑ.4. caſtor. ϑ.2. cum vino Hippocratico bibantur.

Cucurbitula ampla, & cum multo igne medio 25 vmbilico affigi debet. Coquit enim. Sed vtilior vſus eius futurus eſt, ſi priùs impleatur vino calido, in quo aliquid ex ſupra dicta materia coxerit, & ita calida affigatur. Vtile quoq; fuerit alliorum ſucco, aut re ſimili inungere parte interiori.

Vbi materia iam attenuata, & ex parte cocta, partim clyſteribus, partim 26 catharticis ſubducenda eſt. In clyſteribus ex ſupradicta materia 27 comparatis mellis anthoſati ʒ. 1. olei conuenientis, vt anethini, vel rutacei. ʒ. 3. diſſolui debent. Aliquid quoque ſalis, vt ʒ. 2. potiùs quàm nitrum, quod ventrem ſubuertit, diſſoluere oportet.

Procedente etiam malo. ʒ.2.3. aut. 4. pul. hieræ picræ, aut ℥.1. vel ʒ.6. hieræ, diaphœnici quoq; ℥. ß. aut tantundem terebinthinæ adiici poteſt. Veteres clyſteres imperabant craſſiore ſubſtantia, ex ſolo interim oleo, modúmque faciebant ad heminas duas, id eſt, ad duas libras, aut noſtro more ad quartaria ſex. Purgatio per os leuis eſſe debet, quales ſunt hæ pilulæ frequentatæ.

℥. hieræ picræ. ʒ. ß. cum vino albo tenui formẽtur tres pilulæ coopertæ 28 foliis auri. Paulò fortiores, ſi tantum addas rhabarbari, oportétque à leuioribus ad fortiores progredi.

Terebinthina quoque plurimùm laudatur. Da-

25 Ad reſtituẽdum inteſtini habitũ, & dolorem liniendum. Sed tamẽ cucurbitula nõ niſi cæteris adminiſtratis adhibẽda.

26 Sed multo magis clyſteribus.

27 Vt. ℥. oleor. rutæ. nucum, anethi, vini maluatici an. quarta. 1. cõfectionis de baccis lauri ʒ ß. hieræ picræ tantundem, fiat clyſter.

28 Vel ſine auro, cũ puluere glycyrrhizæ. Aurũ enim ventriculo negotium faceſſit.

tur ab ʒ. ß. ad ʒ. 1. inuoluta nebulis, vt fiant, quod aiunt, morſelli.

Nonnunquam terebinthinæ 29 dimidium ʒ. hieræ, aut rhabarbari incorporatur, vt ſint terebinthinæ ʒ. 2. vel ʒ.

19 *Vt* ℞. *terebinth.* ʒ. ß. *hieræ picræ* ϑ. 2. *Miſce, & fi. bolus cum nebulis exhibendus.*

Fortioribus purgationibus vtendum non eſt, niſi vbi contumacius malum eſt. Túmque vti licebit ʒ. 1. pulueris hieræ diacolo. coacta in pilulas. Aliquando etiam adiici poſſunt dacrydij Gr. 3. plus minuſue.

Laudantur purgationes, quæ præterquam quod purgant, etiam dolorem ſtupefaciunt. Quibus vtendum erit nimiùm ſæuiente malo, quales ſunt.

℞. pul. hieræ picræ ϑ. 4. opij, croci ana Gr. 1. vel 2. pro viribus ægri. Cogantur pilulæ cum vino. Similiter ſupradictis catharticis ϑ. 1. philonij commiſcebis.

Poſt purgationes clyſteribus, fomentis, balneis vtendum eſt, iiſque maximè, quæ dolorem leniant, qualia ſunt chamæmelum, melilotum, anethum, althæa, ſemen lini, fœnugræci.

Túncque vtendum erit amuletis, quæ à tota ſubſtantia conueniunt. Inteſtinum lupi ſiccatũ, tritum datum ʒ. 1. pondere aut ϑ. 4. cum vino albo tenui, in quo chamæmeli flos, vel anethi efferbuerit. Vtuntur variè pelle lupi. Alij cubilium ſtragulas contra hoc malum inde comparant. Alij cingulum geſtant, aut partem pellis ventri admouent. Nonnulli ſtercus lupinum album tritum ex vino albo tenui propinant. Meliora putant, ſi oſſa in ſtercore inuenta, vnà conterantur. Idem ſtercus nucula includunt perforata, ſuſpendũt è collo, vt ad ventrem

Ex Galeno lib. 10. Simplic.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 410 sur 805

perueniat. Atque in id vtuntur ligula è corio ceruino, aut filo lanæ ouillæ, quæ à lupo interfecta sit, vel vt alij volunt, quæ à lupo euaserit.

Laudant & anguillæ sanguinem. Alaudæ genus cristatum (quod Galerita dicitur) vstum aut elixum cum iure galli. Stercus gallinæ, quæ exercetur & nutritur sicciore pabulo ex oxycrato. In capite limacum, qui colore sunt cineritio, pellucidus lapis inuenitur: qui tritus, & ex vino, vel aquis conuenientibus propinatus mirabile contra colicum dolorem remedium præstat. Tunicæ interiores ventriculi erinacei, masculi quidem, in viris: fœminæ, in mulieribus, adiecta tertia parte eorum, quæ incîdunt, detergent, & alioqui colicæ conueniunt. Hæc probantur Græcis & Arabibus. Placandis doloribus internis, post omnia tentata remedia, vtimur decocto chamæmeli, aut aqua destillationis eius arte chymica facta, & in potu data. Acerbiùs verò vexante malo, neque cedente aliis remediis, narcotica permittunt Arabes mixta pharmacis, vt priùs, vel aliter. Ac primùm quidem in clysteribus ex leniente materia capita papaueris concoquemus, quibus si nihil efficitur, vtemur flocculis, qualis hic est.

30 *Vel potiùs* ℈. ß. *vel gran.* 5.

℞. olei anethini ʒ. 2. castorei ʒ. ß. opij 30 ℈. 1. misce, & in eo madefac flocculum lanæ, quem è filo suspendes: suspensum impelles in sedem, ac simul atq; acquieuerit dolor, 31 retrahes: vel clystere vtêris, cuiusmodi est veterum.

31 *Ne longa mora intestinum labefactet opiũ, atque adeo stuporis loco νέκρωσιν inducat. Philonij descriptio alia est in cap. de sputo sanguinis.*

℞. ol. rutacei ℔. 1. opij, castorei an. ℈. 1. Sed posteritas Medicorum oleo admiscet castorei ʒ. ß. opij. Gr. 5. Per os verò conuenit philonium Rhazæ, cuius hæc descriptio.

℔.piperis,ameos,foliorum rutæ ſiccorum,menthaſtri,caſtorei,baccarum lauri, cumini ana ʒ.1. opij,mandragoræ, ſeminis albi hyoſcyami ana ʒ.ß. mellis.ʒ.1.in quo cætera incorporentur:datur. ʒ. 1. Quòd ſi catharticum voles efficere, adiicies dacrydij ϑ.1. Secretum Albucaſis ex aliis diſtillatis cum opio.

℔.capita alliorum n.6.opij ʒ.3.fiat diſtillatio in alembico, detur modicum eius aquæ.

Aliud Andromachi admirabile,lib.9. de comp. med. χτ' τόπ8ς.

℔.piperis albi ʒ.1. opij ʒ.ß. croci Gr.18.ſeminis hyoſcyami albi Gr.15.ſpicæ nardi,pyrethri,caſtorei, euphorbij ana ϑ.1.vel ʒ.ß.excipe melle cocto. Doſis eſt ϑ. 1. aut dimidium ϑ. cum aqua frigida. Ad eundem ſcopum facit maximè Caſſij medicamen, Celſo cap.14.lib.4.χωλικον dictum, quod & potui datum prodeſt, & impoſitum quoque extrinſecus,digerẽdo ſpiritum,dolorem leuat.℔. coſti.aniſ. caſtorei an.ʒ.1.petroſ.ʒ.1.piper.longi,rotundi myrrhæ,nardi ana ϑ.1.excipiantur melle.

Curatio colicæ flatuoſæ.

Eadem ferè curatio doloris colici nati è flatibus. Nam non alia re differt, quàm quòd in primo genere,plus eſt materiæ, ventorum minùs. Hîc verò inteſtina plurimis flatibus conturbantur, & vel 32 nulla,vel exigua materia eſt.

Propterea minor grauitas, diſtentio maior, vt aliquando parte aliqua venter in gibbum extuberet. Singulare remediũ hîc eſt, Cucurbitula ampla imbuta,vt priùs dictum eſt, 33 medicamentis, quæ flatus diſcutiant, cum multa flamma medio vm-

32 *Nulla nõ poteſt eſſe colici doloris materia,quãdoquidẽ flatus ſuas in humoribus baſeis habeãt conſtitutas.*

33 *Vt generoſo vino,maluatico decocto foliorum & baccharũ lauri. Vel alio poterit illini.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 412 sur 805

bilico affixa. Clysteribus primùm vtendum est,
34 qui stercus emolliant. Qualis ex hydrelæo, melle
& sale modico. Sed melius fuerit in ea aqua, vnde
hydrelæum paratur, priùs fuisse incocta, quæ flatus
discutiunt. Sunt autem cuminum, ammi, amomum,
seseli, daucus, anisum, fœniculus, petroselinum,
caruum, nigella, baccæ iuniperi lauri, vrticæ se-
men, ruta, calamenthum, pulegium zinziber,
cariophylla, calamus aromaticus, cinamomum,
piper, galanga. Hæc aromata vino tenui incocta,
vel cum vino percolata plurimùm conueniunt. His
autem colicis vina optima, quæque tenui sunt sub-
stantia & odorifera, non solùm ægris, sed sanis e-
tiam conueniunt.

34 Vt ℥. aquæ decoctionis summitatum anethi quartar. 3. olei communis vel violati quartar. 1. ex hydrelæo fi. clyster.

Abstineant aqua, diluto vino, 35 fructibus humi-
dis, & oleribus: quæ ratio vitæ imperatur & viris &
mulieribus frigidioribus, quibus plurimi flatus
toto ventre colligi solent. Hîc etiam aristolochia,
castoreo euphorbio, quæ fortiora sunt, vti licet.
Ex his omnibus & melicrata componi possunt vina
quoque reddi efficaciora condiuntur cibi. Olea
vngendo sunt, sacculi, & fomenta. Probatissimum
mihi est istud linimentum. ℥ olei rutacei & nar-
dini ana ʒ. 6. galbani cum aqua vitæ dissoluti ʒ. 3.
Liquefiãt simul. Deinde cũ ciuetæ gra. 4. croc. gr. 6.
f. litus. Vel oleum anethinum cum vitello oui subi-
gatur, piper tritum addatur, & vmbilico adhibea-
tur. Sed hîc, vt & in reliquis generibus colici do-
loris, ratio habenda est mulierum grauidarũ, ne
quid iniiciamus, aut etiam applicemus, vel aliter im-
peremus, quod abortum faciat. Quale est casto-
reum, euphorbium, amara omnia.

35 Tum enim vitanda nimia humoris abundantia, & calor natiuus excitandus, qui effœtus languet.

Videndum rursus ne nimiùm aperientibus vtamur. Sic enim fit, vt apertis orificiis vteri sãguis effluat, & sequatur aborsus.

Præterea neq; remolliendum, neq; relaxandũ nimis. Hinc enim dissolutis vteri vinculis abortio fit.

Curatio colicæ biliosæ.

Inedia 36 colicos iuuat à frigida, lædit 37 verò à calida. A materia acri vehementissimè cruciantur, vomitus bilioſi, æruginoſi, motus 38 conuulsionis, & animi 39 deliquia, sudores 40 interim frigidi, & febris, quibus phlebotomia exiguo 41 detracto sanguine cõuenire potest. Multò magis, si febris adest, aut inflammatio orta in intestino. Sed aliquando hîc & in aliis generibus vrina ita supprimitur, vt inde 42 periculum immineat. Qua in re è malleolo vena 43 secanda est. Læduntur hi omnibus acribus & calidis, egéntq; temperatis, deinde etiam frigidis.

Purgatio 44 conuenit non molesta, nec aceruatim facta, sed interuallis ex ʒ.ß.pul.hieræ picræ, ϑ.2. ad summum, ʒ.1.rhabarbari.

Cassia, catholicon ad ʒ.10.exhibẽtur: 45 manna ad ʒ. 2. eáque dissoluere oportet in aqua hordei, ptisana vulgari, sero lact.decocto passularum, prunorum, sebestẽ, violarum,

36 *Quòd inedia cruditas tollatur, cuius dolor colicus soboles existit.*

37 *Quoniam acrior fit bilis, quæ procreata est. Vnde symptomata augentur ægritudum verò inedia perennem affert generationem in biliosis naturis*

38 *Vt dolorus, ex punctu membranis.*

39 *Syncopæ stomachicæ per cardiogmum.*

40 *Rapto serosò humore in venas.*

41 *Ad prohibendam bilis generationẽ,*

Et extinguendam inediam. 42 *A suppressione vrinæ, & eius ad nobiles partes palyndromæ.* 43 *Ad amotionem causæ coniunctæ, & materiæ, quæ in vitio est, vacuationem, cum verò ad vrinæ καλάῤῥοιὴν.* 44 *Ad collectionem biliosi humoris, quàm colis intestini distentio sequitur, distentionem dolor. Vt.* ℞. *tamarind. ping. passul. mund. ana* ʒ.1. *prun. damasc. num.* 12. *fol. end. scariol. borrag. flor. viol. recent. sum. mit. lupuli ana* p.1. *seminum end. melon. anisi fœnic. glycyr ras. ana* ʒ 1. ß *fi. decoct. in qua dissolue syrup. violac. multarum expressionum.* ʒ. 1. *f. potio.* 45 *Manna tutò exhiberi nequit, quòd huiusmodi colici ferè sint* πικρόχολοι καὶ μεγαλόσπλαγχνοι.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 414 sur 805

Clysteres 46 ex radice & foliis althææ, malvæ, violariæ, mucagine seminis lini, althææ, psilij, cydoniorum, adiecto interim capite papaueris cũ vitello oui, oleo violato, butyro recẽti, adipe anseris, gallinæ, anatis, saccharo violato, aut melle violato.

Vrgente interim dolore, vtile erit hoc cataplasma admouere. ℞. farinæ lini & hord. ana M. 2. coquantur in oleo chamæmel. fi. cataplasm. calidum apponatur. Vel ceratum sequens. ℞. ceræ ℥.5. vitell. ouor. 2. farinæ fabar. ℥.ß. olei chamæm. & ros. ana ℥.2. Vitellos ouorum cum muccagine seminis lini coniunge, & cerato misce.

Pleróque curaui lenticulâ, (vasis genere lentis figuram referente) decocto conuenienti plena, & plantis pedum admota, prouocato inde sudore. Admouetur quoque conuexa parte caua, è ferro albo, vel stanno.

Atque interim si suspitio est exulcerationis, tum plantago, rosæ, sumach, & similia decocto clysterum miscenda sunt.

Plurimùm laudantur clysteres ex liquidiore hordeato, aut lacte amygdalarum dulcium ad quartaria quinque: in quibus dissolue butyri recentis ℥.3. sacchari violati ℥.1. Qui clysteres, quia leues sunt, si diutiùs retinentur, mel violatum loco sacchari, aut etiam commune miscendum erit.

Eadem 47 quoque alimẽta sint. Panis, ex 48 austero vino aquæ frigidæ potus, inunctio ex oleo violato, butyro recenti, oleo chamæmelino atque etiam anethino. Sacculi & fomenta ex proximè dicta materia, chamæmelo, anetho, &c.

46 *Vt ℞. radi. althææ ℥.1. fol. viol. mal. alth. pariet. lactuc. ana M. ß semin. psilij, cydoniorũ, althææ an. ℥.2. furfur. macr. hord. integr. an. p.1. prun. 10. fi. decoct. In colatura ad ℔.1. dissolue cathol. ℥.1. vel ℥.6. mell. violat. sacchar. rub. an. ℥.1. ß. olei viol. ℥.3. vel olei violati & nenuphar. ana ℥.1. ß. fi. clyster.*

47 *Primùm temperamẽto frigida: vt iusculum ex decocto pullorũ, cum lactuca, portu. oxalide: ptisana seu hordeatum, prunorũ damascenorũ vsus, vini abstinentia, syr. violacei. Ter die comedat.*

Nam in media talibus inimica.

48 *Vt ventriculus confirmetur.*

Balnea 49 aquæ dulcis. Narcotica in genere ferè neceſſaria. Verùm Arabes corrigunt non caſtoreo, pipere & ſimilibus, ſed croco & 50 ſtercore lupi. Quæ ſi medicamentis miſcenda ſunt, miſcebuntur, vt priùs, hieræ, rhabarbaro, catholico, cætera quoque & eadem ratione.

49 *Ex decocto viol. agrimon. parietar. fol. vitis.*

50 *Vel condito borrag. citrin. myrobalani.*

Sunt & alia genera colici doloris, vt ab apoſtemate, vermibus, inteſtini deſcenſu, indurata fæce, de quibus alio loco.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Primùm cum de dolore ventris æger conqueritur, an ſit ſublimis, necne, conſiderato. Galenus Aph. 7. lib. 6. ſublimem & non ſublimem diſtinguit peritonæo, ita vt ſublimis ſit in mẽbrana, & muſculis abdominis. Hîc dolores leuiores ſint, & minùs periculoſi, faciléque ex proprietate doloris, & differentiis cauſa diſcernitur, addito partium conſenſu. Quare cùm membrana & muſculi viliores ſint partes, & faciliùs remediorum vim ſentiant, de ſalute & remediorum inuentione minùs dubitandum. Sin intra peritonæum, maius periculum. Primóque num ab vtero, an renibus, diſtinguit. Solent enim mulieres à partu, aut quo tempore fluxuri ſunt menſes, dolore colico ſimili torqueri. Sed vtero affecto, dolor magis eſt in ligamentis, ad inguina deſcendit, coxendicus videtur. Quibus adde partum antecedentem. Si ob difficultatem menſium fluentium, dolor magis circum renes, quàm in penitioribus partibus, qua parte venæ & vaſa ſpermatica ad vterum tendunt. In his enim diſtentio eſt ob plenitudinem, vnde dolor: qui magis torquet, cum menſtruum tempus appetit. Si à renibus ibi dolor incipit, fixus eſt, diuturnus, in veſicam porrigitur, vrina aquoſa, tenuis in principio, vel turbida, aut ſuppreſſa, & ſimilia. Sic de calculo, aut pituita in renibus ſuſpitio eſt: de inflammatione verò, ſi febris iuncta, & magna renum caliditas ſentitur. Alioqui in inteſtinis affectio eſt. Mordentur, diſtenduntur flatu, abſceſſum patiuntur, ſuprà vmbilicum periculoſiùs, infra minùs.

Colici, doloris ſublimis, aut inferioris notæ.

Colicus dolor ab vtero ab eo, qui eſt à renibus, diſtinctus.

Colic. dolor à calida causa.

Colicus à flatu.

Colica symptomata.

Morsus ab intemperie, inflammatione, pituita vitrea, materia calida. In inflammatione febris & calor. In intemperie cum pituita vitrea, dolor fixus in vna parte, intestinum perforari videtur. A materia calida, dolor acris mordicans, post morbum biliosum, retentam bilem, vt in ictero, calidis irritatur, signa bilis adsunt. A flatu, aut alterius pituitæ multitudine, dolor non ita fixus in vna parte. Iliacus magis fixus, magísque in circuitu vmbilici. Colicus in lateribus potiùs iuxta fundum ventriculi, siue crassus aut viscosus humor sit, siue flatuosus spiritus intercluſus, nec habens exitum. Symptωmata sunt, nausea, vomitus pituitosi atque corrupti humoris, multò grauiores, quam per nephriticos affectus, ob recursum flatuum & materiæ sursum ab intestinis, qui aliquando biliosi sunt, tametsi materia pituitosa, excrementorum retentio, vt ne flatus quidem aut ructus exeat. Sæpe vagus est dolor, modóque hanc, modò illam partem grauiùs torquet. Circa vmbilicum aliquando fiunt grauissima tormina, propter anfractus tenuis intestini sensus vegetioris, in quibus intercluſus spiritus dolores facit circa lumbos propter cæcum & colum, quod illic sæpe anguſtius. Deinde quia illic vincula neruacea sunt, quibus colum & renes inter se alligantur, & renes lumbis. Hoc malum si diuturnum sit, & perseueret, nec remediis cedat, vt fomentis, clysteribus, sacculis vnguentis & similibus, confirmata est intemperies, & veluti hectica, quæ difficillimè remoueri potest, vnde imminet periculum hydωpis sicci. Si à vacuatione critica, aut sola refrigeratione nondum confirmata, adhibitis remediis facilè sedatur. Si hæc non adsunt, non flatus, sed cãcer, aut abscessus aliquis dolorific⁹, metuẽdus, periculúmque imminet, ne marcor hominem è medio tollat. Quod obseruatum est à nobis in D. Zolin Medico, & Aduocato Gilot, cui colum, qua parte vicinum est reni sinistro, collecta veluti cartilagine dura in scirrhum obdurucrat, interiore cauitate eo tumore intercepta, vt nihil transcurreret. Itaq; neq; clysteribus, neque medicamẽtis iuuabatur, etiam fortibus. Parte dextra colum ad instar magnæ vesicæ dilatatũ & extẽsum, medicamẽtis datis & potionibus plenum. Superiecti, viciniq; musculi abdominis, & peritoneum, sanioſa. Post longa, & multorum annorum tormina, è quibus tamẽ non decũbebat, sexto,

D. Zolin Medicus colico perẽpt⁹. collecta in colo cartilagine dura.

Aduocatus Gilot colico morbo sublatus.

à quo decubuit, die mortuus est sine febre, nisi quo die obiit, nimirum 5. Martij, 1555. Magister Hieronymus Germanus interna inflammatione, & putrilagine, colico morbum similem passus est: 4. die obiit, extremis antè frigescẽtibus, languescente pulsu, & sanguineis spectris ob oculos obuersantibus. Quod autem à veteribus scriptum est, colicum dolorem transire in Paralysim, id rarum apud nos: familiare quibusdam populis, vt Britonibus. Sacerdoti cuidam annorum 40. ex assiduo propè dolore colico Paralysis nata, dolorem soluit, sed mansit Paralysis annis aliquot. Vires ex pulsu non colligendę, quia in dolore graui pulsus ferè paucus.

Hieronymus Germanus morbo præhens simili colico occumbit.

Sacerdos ex assiduo colico dolore in paralysin incidit.

In vitrea pituita, vomitus, clysmata initio fortiora, pilulæ, vnguenta, syrupi. A viscido humore, & flatu eadem remedia conueniunt, sed imbecilliora, clyster emolliens, discutiens, relaxans. A bile aut influxu acris humoris, purgatio ex hiera, clysteres detergentes, fotus, aliquando balneum, pulueres à pastu. In phlegmone metuenda cathartica, quæ humores trahũt ad partem affectam. In flatu cucurbitula repentè dolorem aliquando tollit. Rhabar. myrob. ob adstrictionem: senna, cassia, pruna, manna, dulcia, ob flatus minùs conueniunt: balneum quoque, quibus ad conuulsionem, paralysim, arthritidem, natura propensior. A nimiùm violentis inflammationis periculum imminet. Senibus, pueris, mulieribus grauidis, imbecillo calore & viribus, narcotica non exhibenda. In crassis & viscidis humoribus, inimicissima: in acribus & calidis, apta, in crassis spiritibus conceduntur. Phlebotomia si febris, & sine hac, vbi acutissimus dolor, & omnia consentiunt, sed angusto foramine, pauca vacuatione. Veronica trita è vino albo & bibita, alauda cristata in cinerem redacta, & esa, cortex mali granati, capita veruecis, furfures frixi, cingula è corio lupi, allia distillata, tunica interior ventriculi erinacei anguillæ, sanguis, ossa & stercus lupi cum aqua tepida apot, castoreum, auicula (vulgò Mesange) coralli incisi, triti, & ieiuno dati ad cochlearia ij. per triduum, cornu cerui vsti, vmbilicus incisus recens nati infantis, vt si modicum de eo aurea, vel argentea armilla includatur, & circunferatur, cortex mali aurei. Sunt qui membranam inuolutam capiti pueri recens nati maximam vim habere contra colicum dolorem affirment. Propterea si quando id accidat (nam non omnibus accidit)

Quæ à proprietate colicis medẽtur.

obstetrices seruant & experimento constare asseuerant. Vnde dicuntur(*nau coëffez*)quod felicitatis præsagium dicunt. Natus est mihi filius Iacobus cum ea membrana, quare, quia insignis erat,statim substraxit,subduxítque anus obstetrix.

Physica quadam ratione mirum in modum prosunt, si suo modo & tempore præparentur.

ANTO. VALETII EXERCIT. XLI.

Doloris colici causæ ex cap.7.li.12. Meth.

FActa per distentionem in colo intestino continui solutione dolor prehendit ingens, qui ab affecta sede colicus nuncupatur. Huius causæ sunt, crassus & pituitosus humor intra coli membranas collectus, qui ventrem excruciat, & tormina facit, vnde aluus suppressa est, & nausea ac vomitus molestant: flatuosus spiritus, à quo tensio atque rugitus:inflammatio,cum qua febris adest, dolor in vẽtre pulsans,vrinæ retentio,bilis vomitiones, quæ alioqui nihil leuant, atque internus feruor: mordacium humorum collectio, à qua similia propemodum, sed paulò mitiora quàm in phlegmone, symptomata sequuntur.Fit interdum à fæcibus induratis:nonnunquam à lumbricis. Nephriticum dolorem colicus sæpè ementitur,quia colon renibus incumbit.Sed vtriúsque distinctio ex peculiaribus signis petenda habetur apud Gal. cap.2.lib.6. de loc. mal.affect.

Colicæ doloris curatio.

Vocatus ad ægrum Medicus hoc vnum imprimis studeat, antequam ad affectus causam tollendam aggrediatur,vt doloris vehementiam, quæ sæpiùs syncopem calamitosam inducit, summoueat. Sedatur dolor anodynis,clysteribus,potionibus,frictionibus abdominis,fomẽtis, litubus, cataplasmatis,incessibus,affixis dolenti loco cucurbitulis. Pri-

morum clysterum quantitas minor esse debet, vt diutiùs retineantur. Maior enim grauando vim irritaret expultricem. Sed & in dolore mitiore licebit eadem opera causam ipsam demoliri. Vt si crassus ac frigidus humor intestinum afficiat, hic imperatur clyster.

℞. mal. bism. viol. ar. pariet. ana M. 1. chamæm. summitat. aneth. origan. calamenth. abrot. ana M. ß. semin. anis. caru. cumin. ameos, sesel. ana ʒ. ß. baccar. laur. semin. rut. ana ʒ. 2. f. decoct. ad ℔. 1. In colatura dissol. cathol. & diaphœn. ana ʒ. ß. sacchar. rubr. mell. anthos. ana ʒ. ß. olei anethi & chamæm. an. ʒ. 1. s. f. clyster.

Ast vbi flatus præualebunt, ita præscribetur.

℞. decoct. remollientis & carminatiuæ ℔. 1. in qua dissol. cath. ʒ. 1. confect. de baccis lauri. ʒ. 3. mell. anthos. sacchar. rub. ana ʒ. 1. olei aneth. ʒ. 3. f. clyster.

Itē si perseueret dolor, denuò clyster alter iniiciatur.

℞. olei lini, olei nuc. ana ʒ. 3. olei aneth. ʒ. 4. terebinth. vnc. 1. f. clyster.

Terebinthina tum maximè adiicitur, atque etiam oleum de scorpionibus, cum renum malè affectorum suspitio incidit. Quod si biliosa sit causa, comparabuntur clysteres non è solis calfacientibus, sed mistis refrigerantibus: vt si cum remollitiuis vulgò dictis cichor. endiu. violaria, semin. frigida decoquantur: cassia cum diaphœnic. sacchar. mel. viol. oleum viol. & aneth. dissoluantur. Neque verò omittentur potiones ex phlegmagogis, aut cholagogis, vt erit materia, instituendæ: nec quæ assumpta aut admota prosunt, qualia ab Hollerio describuntur multa. Colicum dolorem quàm citissimè sedare, quæ ad amplissimum Ducem Aumallium misit Comes Rupefortius remedia, communi notum est experientia. Ea quamuis vulgaria, non grauabor

ſubiicere. ℔. malu. biſmal. mercurial. ana M. 1. parietar. M. 1. ß. ſemin. rut. ℥. 1. Bulliant in æquis vini & aquæ partibus, parca tamen quantitate adhibitis, vt liquoris plurimum per ſetaceum traiiciendi ſuperſit. Herbis & ſeminibus coctis adde butyr. recent. & olei chamęm. quantum ſatis ſit ad cataplaſma. Excipiatur ſtuppis, dolenti parti applicandum.

Sed antequam cataplaſma adhibeatur, ſpongia decocto imbuta ſuperiori, cui tantillum aceti, aut vini albi immiſtum ſit, fouetur locus. Perſeuerante dolore, panis recens cocti in clibano, & adhuc calentis mica imbuitur ol. ſcorpion. ℥. 1. ß. ol. aneth. & rut. ana ℥. 2. quæ puluere tenuiſſimo è ſeminibus cumini, aniſ & fœniculi parato ſinapiſata, vt loquũtur, calidè affectæ ſedi apponitur. Cæterùm ſi dolor ſit à phlegmone, longè operoſior ineunda curatio, metu ilei, in quem facilè degenerat. Valentibus ægri viribus mittitur ſanguis. Mollientibus clyſteribus ſæpè ſollicitatur aluus. Admouentur initio repellentia: deinde, vt in reliquis inflammationibus, ſenſim ad reſoluentia venitur.

1 Intemperie, vitiata conformatione, ſolutione continui.

2 Critice, vel ſymptomatice.

3 Per Apho. 30. lib. 7.

4 Suppreſſa quoque cerebri vacuatione ſolita pernares.

De alui fluxionibus. CAP. 42.

FLuxiones alui partim vitio 1 ventriculi & inteſtinorum, partim vitio materiæ excitari ſolent. Ea verò materia vel in ventre eſt concepta, vel aliunde 2 tranſlata, vt à cerebro, in fluxu 3 cerebrali. Eiuſmodi fluxus ſolet euenire otioſis, intemperatis, iis qui ſomno nimiùm indulgent, quíque 4 humidiore ſunt cerebro, modò iuncta frigiditate, aliquando etiam caliditate. Humida aëris conſtitutione, Auſtrina, & maximè cùm ſequun-

tur Aquilones, qui per Auſttos & cælum pluuium collectam materiam exprimunt in ventrem. Commouetur fluxio expergefactas, & periodica eſt. Ex ratione materiæ curatio inſtituenda eſt. Nam aliquando pituita dulcis eſt, aut expers qualitatis: aliquando ſalſa, acris & mordax, quæ diſtinguenda ſunt & curanda, ex iis, quæ cap. de catarrho deſcripta ſunt. Nam ſiſtendus eſt catarrhus, roborandum caput & ventriculus. Roborabitur ventriculus ea ratione, quæ præſcripta eſt cap. de debilitate ſtomachi. Influit aliquando ab hepate, liene, atque etiam vniuerſo corpore, de quibus poſtea.

Quæ verò lienteria appellatur, multas cauſas habet: infirmitatem contētricis non ſolùm ventriculi, ſed etiam primorum inteſtinorum, è quibus fit alimenti diſtributio. Infirmitas ex intemperie naſcitur: intemperies alia ſimplex & ſine materia: aliquando verò cum materia. Quæ, vt plurimùm accidit, ſalſa 5 pituita eſt.

Fit lienteria & ab acri, 6 humore, aut re alia eiuſmodi vim expultricem irritāte, vt abiiciat cibū, priuſquam confectus ſit.

Res autem eiuſmodi vlcera ſunt ſanioſa, quæ ab alimento vellicantur, quibus aliquando occaſio eſt pharmaci portiuncula retēta in rugis & aſperitatibus vētriculi. Quod ab agarico, colocynthide, metallicis, & rebus quibuſdam venenatis, vel non ſatis comminutis, vel maligna qualitate, inferri ſolet. Duo hæc genera cauſarum Gal. annotauit 12. Aph. libr. 4. 22. libr. 3. & aliis quoque locis. Magna pars Græcorum, quique Arabes ſequuntur, ventriculum putant viſcida interim pituita illini, atque ita lubri-

5 *Vel etiam acida, eáque lienteria comitem habet oxyregmiā.*

6 *Facit acrior ille humor quaſdam veluti aphthas, vnde expultrix facultas irritatur. Quomodo in vesica ſtranguria, in ano teneſmus excitatur.*

cari, vt inde districta asperitate & rugis ventriculi læuor quidam sit, & via lubrica, vnde celeriter cibus defluat, nec possit contineri, ex qua ratione læenteriæ nomen factum est, quod non ita approbat Galenus comm.in Aph.1.lib.6.

Est & alia læenteriæ causa. Post dysenterias & vlcera intestinorum, cicatrices fiunt, quæ si obducantur osculis vasorum, per quæ à tenui intestino ad portas hepatis inuehitur chylus, defluit alimentum aliqua quidem ex parte, sed non omninò confectum.

Est autem in genere læenteria coctionis priuatio, cum celeriter alimenta externuntur, neque consistentia, neque colore, neque odore, neque alia qualitate immutata, sed subalbida, maximè aquosa & liquida, nulla commixta bile, aut sanguine.

Alimenti nomine non solùm cibus, sed & potus audiendus est. In ea, quæ ab acri humore, doloris sensus est: qui si perseuerat, dysenteria fit. In imbecillitate nullus doloris sensus, & meliùs eunte morbo, acidi ructus commouentur.

Curatio læenteriæ.

Curatio tota in duobus est. Materia 7 vitiosa (quam maximè arguit oris graueolentia, propter corruptum in stomacho humorem, aut cibum) primùm est vacuanda. Deinde roborandus ventriculus. Itaque si materia acris est, infarcta tunicis vẽtriculi & intestini, purgatione ex hiera, rhab. vtendum est. Dissoluantur itaque 8 ʒ. 2. aut ʒ. hieræ, aut ʒ.1. eius pulueris in sero caprino, decocto cicerum rub. vel absynthij. Et quia puluis amarior est, adiicietur purgationi ex eo puluere ʒ. 1. oxysacch. simplicis,

7 *Antecedẽs & cõiuncta, pituita acida, quæ resoluitur facultas retẽtrix: aut serum acre & pituita salsa, quæ aluũ facit aphthosũ.*

8. *Vt* 2 *radic. cichor.* ʒ. 1. *absynth. in fine decoctionis positi p.* ß *f. decoct. in qua infunde rhei electi* ʒ. 2. *In expressione dissolue syrup. de absynt.* ʒ. 6. *aut de mentha tantundem, f. potio.*

simplicis,aut ʒ.6. syrupi de absynthio. Rhabarbari ℥.1. aut ℈. 4. infusi in aqua absynthij, aut liquoribus supradictis. Veteres dissoluunt in mulsa, cui & vis est detergendi,& leniendæ amaritudinis pharmacorum.

In crassiore bile & contumaciùs hærente veteres addebant ℈.1.scammonij. Nunc verò satis fuerit, si Gr.4.dacrydij misceantur.

10 Vacuata cacochymia,adstringentibus vtendũ, sed modicè,multo etiã minᵒ,siqua febris suspitioest

10 *Nam adstringẽtibus venæ obstruuntur, & hi mores tenaciùs adhærescunt.*

Probatum remedium antiquis ex tribus pãrtibus succi granatorum acidorum, & vna succi menthæ simul coctis:deinde adiecto melle, vt fieret eclegma.Nostro more vteremur ℥.1.oxysaccharæ simpl. ʒ.3.syrup.de mentha, vt per interualla 2. aut 3. cochlearibus vteretur, aut vt esset liquidius medicamentum,℥.1.iulepi ros.admisceretur.

Laudatum & aliud remedium è cydoniis & malis granatis,vt esset vtriúsque æqualis modus, tum coquerentnr ad putrilaginem,atque expresso succo tantum mellis misceretur, quantum satis esset ad eclegma.Nostro more licebit vti syr.de cydoniiis, & oxysacchara simplici, 11 vtróq; ad ʒ.6.cum ℥.1. iulep.ros. Maximi est momenti diacodion cum sapa factum,quòd & somnum conciliet, & ventrem sistat.Simile huic est diaoporon Asclepiadis.℔. pior immaturor. malor. cydon.mal granat. acidor. dactilor. immaturorum ana ℥.1. Coquantur cum mellis rosac.℔.1.donec inspissentur : subductis ab igne adde mac.acaciæ charyophyll.an.ʒ.6.cinamomi,balaustior.an.ʒ.2.Seruatur in vsus,& datur cum aqua cisternæ.

11 *Vt.℔.oxysaccharæ simplicis ℥ 1. syrup.de menthæ ʒ ß. vsque fiat exactior electuarium, si febris absit.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 424 sur 805

Exteriùs cataplasmata, quæ in debilitate stomachi à calore dicta sunt. His remediis celeriter curari scripsit Galen. in Meth.

In pituita eadem in genere conueniunt: quæ si crassa est, oxymelite & similibus primùm incidenda: tum ex hiera repurganda. Si verò tantùm consperſa tunicis ventriculi, solis siccantibus & calfacientibus opus est, vt confectionibus è succo cydoniorum cum aromatibus, quas priùs ex Græcis & Arabibus descripsimus, vino forti antiquo, stiptico, sed modica quantitate. Modus enim potus est, ne fluitet in ventriculo. Quòd si consuetudo est, diluatur vinum aqua ferrata, in qua vel cinamomum, vel mastiche, aut vtrúnque coxerit.

12 *Galenus lib. 8. metho. & 9. de comp. med. local.*

Proderit mirificè hic puluis culus. ℥. coriandr. præp. ℈. 4. corall. rub. rosar. rubr. rasuræ ebor. cornu cerui, ossis de corde cerui ana ℈. 1. cinamomi ʒ. 2 sacchari rosati ʒ. 2. fiat puluis subtilis, vtatur in pane tosto.

Mastichis Gr. 2. vel 3. in puluerem redact, & ouo sorbili excepta, per interualla deuorantur. Chepulæ conditæ, nux quoque moschata cõdita, caro cydoniorum, gelatina ex iisdem confecta, diacytonium, zinziber conditum, & alia in debilitate stomachi à frigore enumerata. Similiter & quæ exteriùs 13 applicantur, ceratũ stomachicum Gal. car. cydonior. emplastr. de gallia.

13 *Vt fotus, linimenta, hapsi, emplastra.*

In calido autem fluxu potest tale emplastrum imperari. Mica panis in oleo rosaceo subigitur: deinde cum succo semperuiui & lactucæ malaxatur, & imponitur.

Laudatur vomitus à cœna: &, quia cibos non cõ-

tinent, fixa ingenti cucurbitula, eo modo, quo cap. de cholera diximus, ventri affixa, vt contineatur cibus, procurandum est.

Rusticus quidam percuratus est quotidiano vsu coaguli vitulini fabæ paruæ magnitudine cum vino epoti. Sunt qui puluerem ex pudendo cerumo & taurino exsiccatis parant, pani tosto oxyacanthæ succo, vel granatorum, priùs imbuto inspergunt, & vtiliter assumunt. Fiunt etiam è farina fabæ fresæ siccata in clibano, dein pista cum aqua rosacea veteri, & saccharo rosato, nebulæ. Eidem farinæ pasta Regia misceri potest. Quòd si nihil iis remediis proficimus, dropace atque sinapismo vtendum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Lienteria, Cœliaca affectio, diarrhæa, dysenteria, immoderatas alui fluxiones significant, sed vt nominibus, ita natura & causis distinctas, λεῖον Græcis læue significat, seu continuum, & nulla ex parte diuulsum, sed sibi vndique cohærens, æquabili superficie. Vnde λειεντερία, quasi λεότης τῶν ἐντέρων, læuitas intestinorum. ἐστὶ δὲ ταχεῖα διέξοδος τῶν προφερομένων σιτίων ἀμεταβλήτων ἐκκρινομένων, cum cibus & potus, qualia sumpta sunt, celeriter & ante coctionem vllam, aut exiguam, elabuntur è ventriculo & intestinis. Huic igitur duo propria sunt, quibus facilè discernitur ab aliis: nempe alimenta celeriter, postquam sumpta sunt, per aluum reddi, & mutationem ferè nullam coctione adepta esse. Id necesse est fieri, vel ob imbecillitatem retentricis ab intemperie, vel irritationem excreticis. Intemperies siue sit in ventriculo, siue in intestinis, quæ anadosi inseruiunt, siue in vtrisque, aliquando hectica est, & in habitu, quæ scilicet in ipso corporum habitu firmata est, sic vt calore suppresso coctionem prohibeat, & cibum diluat humiditate: aliquando propter acidam pituitam diutiùs inhærentem, [illegible], vt vult

Gale. comm. ad aphor. 1. lib. 6.

Lienteria à cæteris alui fluxionibus distincta.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 426 sur 805

Oribasius, frigidam, crassam & lentam, quæ replet rugosas & sinuosas partes, vnde inducta læuitate cibus effluit. Nonnunquam quoque à medicamento lubricante, aut alimentis pinguibus. Irritatur autem facultas expultrix multitudine materiæ & acrimonia. Multitudine quidem, vt alimentorum multorum, aut propter venarum mesaraicarum obstructionem non distributorum, aut humiditate aliunde confluente dilutorum. Acrimonia verò humoris tenuis, aut alimenti corrupti, aut exulceratione aliqua. Partes enim exulceratæ ex permeante cibo dolorem percipientes, eum à se propellunt.

Cœliaca affectio quæ.

Paulus Æg. cap. 40. li. 3.

Gal. ibidem.

Alui fluxus curaturo quæ considerãda.

Sequitur sæpè alios fluxus, diarrhæam, dysenteriam, aut longum morbum, túncque ferè lethalis est. Quòd si excrementa non egerantur cruda, & imputrefacta, sed semicocta, fœtida, neque statim post cibi assumptionem, Cœliaca affectio dicitur, fitque ab iisdem causis, sed præcipuè à cibi corruptione ac cacochymia, & intemperie ventriculi, siue frigida, siue calida. Vnde Paulus scripsit Cœliacam confundi cum Leienteria, quæ fit ab imbecillitate ventriculi. Meritò ergo Galen. reprehendit veteres, qui in his affectibus cibos effluere ob læuitatem intestinorum existimarent. Et si enim hæc quoque causa est, non tamen præcipua, & propria, sed imbecillitas potius, ob quam ventriculus & intestina grauata à cibis assumptis, ipsos confestim excernunt. In medicina facienda, tria imprimis cognito morbo spectanda sunt, An sit obstructio in venis mesaraicis, an humor acris, aut pituitosus, & an à capite fluat. Obstructionem indicabunt præter cætera grauitas in hypochondriis, excrementa chylosa, vrinæ tenues. In acrimonia & exulceratione seu abrasa superficie partium, cuiusdam morsus inerit sensus. In imbecillitate, deiectio nullum dolorem efficit. Humorem autem è capite defluere Hippocrates colligi vult ex spumosis excrementis. Quibus (inquit Aphor. 30. lib. 7.) in alui profluuiis excrementa spumosa sunt, iis ex capite pituita defluit. Sed hoc non est necessarium, vt Galenus monet. Nam cùm causæ continentes spumæ sint spiritus humori mixtus, & motus inæqualitas, vnde frangitur humor in multas partes, siue ob multitudinem calo-

ris, vt in iis, quæ elixantur, siue agitationem, vt in mari: potest à venis proximis, aut ventriculo, aucto feruore, aut agitatione humor cum spiritu mixtus excrementa reddere spumosa. Et in dysenteriis materia commota, & calore æstuante agitata videmus spumosas deiectiones fieri. Alia igitur signa adiicienda sunt ex his, quæ circa caput apparent, vt grauitas, multitudo sputi, quod manè & noctu vehementiùs fluat, ægri somnolenti sint, pituita defluente ad ventriculum molestiam quandam sentiant, & similia. Solent autem, quasi periodis quibusdam, à somno nocturno spumosa excrementa deiicere, quibus facilè cerebrum repletur & ventriculus humidior est. Est enim, vt Hippoc. scribit 4. de morbis, cerebrum pituitæ veluti fons quidam: quia velut cucurbitula incumbēs corpori ex vniuerso corpore attrahat, ex quo fluxiones fiunt. Acidi ructus in principio demonstrāt pituitam in ventriculo, aut frigidam intemperiem, nec dum prostratas esse vires, sed aliquo tempore cibos retineri, & veluti initium quoddam coctionis fieri. Sed aucta passione cessant, quod malum est. Bonum verò, cum post longum tempus superueniunt, ob eandem causam. Hæc igitur propria natura est, & essentia lienteriæ & cœliacæ fluxionis. A quibus diarrhæa distinguitur, quia non alimenta, sed humores praui, multa liquida excrementa, pituita, vel bilis altera, syncera vel mixta, vacuantur, siue ex toto corpore, siue ex aliqua parte.

Cerebrum pituitæ fons Hippocratis

Diarrhœa à lienteria & cœliaca distincta.

Natura enim sese exonerante, si orificium, supremæque partes valentiores sint, pylorus autem languidior, excrementa deorsum abiiciuntur. Sin contrà, sursum repunt, & pro diarrhæa vomitiones excitant. Modus autem propulsionis eodem modo fit, quo in superiore, irritata excretrice, aut retentrice imbecilla. Symptoma est multorum morborum. Fit enim sæpe in declinatione alicuius morbi acuti, vel post morbos diuturnos, cum varij & diuersi humores purgantur, vel à cute astricta, à medicamentis constringentibus, aëre, si post medicamentum purgans æger aëri se exponat, vel medicamentum sit violentius, aut si singulis annis bis aut ter ita soleat expurgari. Ab intemperie certè frigidiore ventriculi multitudinem cibi non coquente, lienteriam creari potius quàm

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 428 sur 805

diarrhæam, consentaneum est. De dysenteria dicetur sequenti capite. Fiunt & multæ aliæ fluxiones, vitio alicuius visceris, vt inflammatione hepatis, tumore lienis, & similibus quæ ad alia capita referri debent. Memini me fluxum quendam diuturnum in multis obseruasse, in quo varia, opima, nigra, cœrulea, viridia, satis corpulenta excernebantur. Ex quo alios euasisse, vt Aduocatum De la Vergne Anglum Pœdagogum filij legati Angliæ, & alios, vidimus alios interiisse, vt Malicornium Ducem celebrem peditatus in exercitu. Haultemanum fabrum argentarium, & similes. Omnibus ferè vitium in visceribus, & vlcus in postremo intestino. Dominus Datichy in vico Templi post sextum annum, quo eo morbo laborauerat, interiit obsesso hepate multis vomicis, syderata parte mesenterij. Gorræus eo morbo in secundum annum functus conualuit. His, qui conualuerunt, interuallis idem morbus rediit, vel dysenterica excrementa. Anno 1558. Autumno dysenteriæ salutares iisdem excrementis. In fine purulenta egerebant, de quibus sequente capite. In omnibus certè Aphorismus Hipp. notandus. Si qualia purgari, &c. Et cùm duobus modis vacuatio moueatur in nobis, primùm beneficio naturæ, vt in acutis morbis, diebus criticis: in longis autem & hominibus sanis, statis temporibus & periodis: deinde à qualitate quadam morbosa, & vi morbi, inordinatè & sine periodis: Medicus his fluxionibus obsistere debet: illas sequi, & tardiores iuuare, materiámque naturæ cõparare, & comparatam, si natura cessit, vacuare: si vacuatione nimia offendatur, compescere, vt & si sit periculum vel ex transitu humoris, vel læsione alicuius partis, vt in Phthisicis pulmonum inflammatione & costarum, longa difficultate intestinorum ex scirrho lienis, & similibus.

Leienterico-rum historiæ

Vacuatio duobus modis in nobis mouetur.

In diarrhæa, leuiora initio, ne quid in gracilioribus intestinis retineatur, lac, topica, sacculi, vnguenta, fotus, cataplasmata, purgatio, clysteres, opiatæ, cucurbitulæ, fumigia, pulueres. In lœnteria, purgantia, confectiones, emplastra, vnguenta, pilulæ, inunctiones, in aluo iusto humidiore, parcior potus, ísque ad vesicam diuertendus. Vbi aluus siccior, largior potus, ísque ab anadosi prohibendus. Vinum tenue & calidum, medicamenta diuretica, mo-

tus criticus, multas vrinas faciunt, vnde parua deiectio, quia materiæ pars, quæ per aluum flueret, ad vrinas diuertitur. Sicuti multa eunte deiectione vrina pauca, aquosa, humore ad intestina conuerso. Sudor minuit & deiectionem & vrinam.

ANTO. VALETII EXERCIT. XLII.

Diarrhœa nomine omnis alui fluor significatur.

ALui fluor, qui communi nomine diarrhœa appellatur, tres causas potissimas, præter intestinorum & ventriculi intemperiem, agnoscit: humoris nimirùm molesti copiam, qualitatem, vel vtrámque. Fit autem vel ventriculo & intestinis primariò affectis, vel per consensum cerebri, hepatis, corporis totius. A cerebro quidem fluor est spumosus: ab hepate chylosus: à liene niger: à toto corpore pinguis & graue olens. Si à cerebro fiat, vt pote catarrho in aluum ruente, fons mali primùm catharticis humori accommodatis ex capite de catarrho repetendis exhauritur, nisi fortè naturę satis per se excernenti totum negotium committatur. Deinde verò excipiente parte confirmata sæpe viribus exolutis consulitur. Quod idem in fluxione alui à reliquis causis procurandum. Quæ ventriculum roborent sumpta & admota, ex capite de ventriculi imbecillitate petantur.

Fluorũ alui summa curatio.

1 *Qua tempestate humor, qui in peculiari cuiúsque natura redundare cõsueuit, exitum non habet.*

2 *Quæ tempestas pituitæ falsa est procreatrix, & procreatæ corruptrix.*

3 *Vt virus ei mulieribus præhumidis, quibus nõ est perspirabile corpus.*

De Dysenteria. CAP. 43.

HYeme 1 aquilonia, Vere 2 australi & pluuioso, calida Æstate, Æstatis fine & Autumno dysenteriæ fiunt otiosis, intemperatis, & quibusdam 3 naturis peculiariter, vt lentiginosis.

Nam antecedentibus anni partibus pituita cras-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 430 sur 805

sa & viscida in intestinis colligitur. Quòd si bilis non pro ratione è cysti fellis in intestinum defluit, nec eam pitu tam pro consuetudine deterget, multò copiosior pituita in intestino, & bilis toto corpore aceruatur, accedítque cruditas. Hæc omnia æstiuo calore putrescunt. Primúmque illa pituita acris euadit: intestinũ vellicat: fit deiiciendi 4 appetentia inanis aliquãdo, at interim pauca, vel cum maximo conatu mucosa, & similia albuminibus ouorum egeruntur.

4 *Cũ pituita viscida ad sphyncterem adhæresc it, & rectum intestinũ exulcerat.*

Fit etiam aliquando, vt acrimonia eius humoris clausulæ venarum intestini reserentur, & ita aliquid sanguinis vnà cum mucosis illis excrementis 5 deiicitur. Hoc malum non dysenteriam, sed tenesmum appellari volunt. Tum dysenteria est, cum bilis illa putris magno impetu in intestinum confluit, & grauiùs exulcerat. Radit primùm 6 pinguia, quæ intestina adnata sunt: deinde ramenta: postremò etiam sanies effluit. Excrementa illa ferè spumosa sunt, quia in dysenteria & febris, & inflammatio est. Itaque motu & calore spuma excitatur.

5 *A tenuibus quidem, sanguis fæci omni ex parte permistus: à crassis, nullo modo, aut inæqualiter.*

6 *Vnde dejectiones optimæ, paucæ & albæ.*

Omnis 7 dysenteria exulceratio est intestini, aliquando totius quidem, aliquando huius vel illius: quod ad curationem distingui oportet, ex cap. 43. lib. 9. Aëtij.

7 *Propriè dicta, cùm vlcus serpit per omnes intestini anfractus.*

Curatio est in phlebotomia, purgatione, clysteribus, 8 potionibus, & externis remediis.

8 *Lenientibus, detergentibus adstrictibus, & cicatricẽ inducentibus.*

Corpore benè carnoso, graui febre atque inflãmatione, suppressa aliqua solenni 9 vacuatione, sanguine multo 10 cum excremẽtis abeunte, consentiente ætate & viribus, vena secari potest, etiamsi

9 *Vt hæmorrhoidum, aut menstruorũ.*

10. *Vnde infirmitatis, & syncopes metus adsertur.*

Gal. in Comment. ad Glauco. & lib. 4. de ratione victus in acutis repugnare 11 videatur. Verùm quia assidua egestione, perpetua 12 vigilia, febre atque inflammatione vires maximè laborant, temperandum vacuandi consilium est. Itaque alij humeralem, alij venas extremæ manus aperiri volunt, quia hinc minus virium cum sanguine effunditur. Potest & basilica aperiri, sed angusto foramine, & paulatim reuulsa atque etiam vacuata materia. In suppressis purgationibus inferioribus 13 venas malleoli aperiri iubent. Quod si fit, eò magis temperanda vacuatio, quòd hinc ductus sanguis 14 plus virium, quàm è manu exhaurit.

Eadem quoque controuersia de purgatione. Sed iam indubitatum est, vbi & morbi magnitudo, & 15 cætera non repugnant. Nullum autem præstantius pharmacum 16 rhabarbaro, à quo purgatio non solùm semel conuenit, sed si res exigit, & vires permittunt, sæpiùs 17 repetenda est.

In purgatione consilium esse debet, vt obstructiones liberentur, &, via facta, redundans materia vacuetur.

Nec 18 de adstrictione initio cogitandum est. Itaque ℈.4. plus aut minus rhabarbari imperentur. Infundantur in aqua endiuiæ, aut simili, quæ vim habeat liberandæ obstructionis. Aliquando ʒ 6. syrup. ros. de siccis, nõ tam adstringendo, quã roborando commiscentur. Nonnunquã aromata, cornu cerui, vnicornis, admiscenda putant. Multò magnat cum morbo.

11 *Imò nõ repugnat Gal. dum venæ sectionem in diarrhæa prohibet, non item in dysenteria.*

12 *Ob frequẽtem deiiciendi cupiditatem, & anathymiaseos somni ferè inoptam.*

13 *Vt fiat humor κατάρροπος, qui erat ἀνάρροπος, viámque ad loca commoda afficiet.*

14 *Tũ quòd partes superiores plus habeant sanguinis, quàm inferiores.*

15 *Vt neque vires, neque ætas, neque anni cõditio.*

16 *Æquæ enim naturæ studet & pu-*

17 *Ob perennem humoris morbifici generationem.*

18 *Metu inflammationis febris, & translationis symptomaticæ humoris morbifici ad nobiles partes, vnde pleuritis, peripneumonia, epilepsia.*

gis, vbi popularis dyſenteria eſt, & ſuſpitio virulentæ materiæ. Cornu ceruinum crematum priùs, deinde elotũ, dyſenterias ſcribit ſanare Galenus. Nec alia vis eſt vnicornis, niſi quòd arbitrantur valere contra venena omnia. Itaque 19 potioni è rhabarbaro Gr. 4. vnicornis, aut plura, aut cornu cerui ad ℈. 1. miſceri poſſunt. Practici plurimùm vtuntur myrobalanis. Dioſcorides manifeſta quidem ratione agarici ʒ. 1. imperat, vbi mucoſa & pituitoſa deiiciuntur. Neque à ratione alienum, vbi non ita vitioſa ſunt excremẽta, & obſtructiones multæ ſunt, deſcendúntque muculenta, expreſſioni ʒ. 1. rhabarbari infuſi in aqua endiuiæ aut cichorij adiicere expreſſionem agarici trochiſcati pondere ℈. 1. infuſi in melle roſato colato. Practici loco agarici expreſſione ʒ. 2. aut ʒ. carthami in ſero lactis infuſi, aut melle roſato, vtendum putant. Nonnunquam polypodio. Sed præ cæteris rhabarbari vſus probandus eſt. Procedente morbo infuſioni ʒ. 1. rhabarbari ℈. 1. eiuſdem in puluerem redacti admiſcere licet. Poſtremò etiam 20 torrefaciunt, cum iam adſtringendi conſilium naſcitur. Maximè confert maſtichina aqua è ℔. ß. aqu. & ʒ. 1. maſtich. ſimul coctis vinum diluere. Vel deligetur aqua cyſternæ, in qua incandens aurum fuerit extinctum.

Quod ad clyſteres, & ad cætera remedia attinet, videndum ne initio adſtringentibus vtamur. Adſtringentia febrem augent & inflammationem, vitioſam materiam prohibent ne effluat, eáque pro-

19 *Initio hac poterit præſcribi potio, cum vacuandi conſilium aderit.* ℞. *rhei elec.* ʒ. 2. *macerẽtur in liquore ſtillatitio endiuiæ & cichorij, f. leuis expreßio: cui miſce* ʒ. 1. *ſyrupi violat. f. potio.*

20 *Præſtabit dilutum exhibere cum fortis expreſſione. Sic etiã partes quaſque ſubibit rhabarbarum, cùm alioqui torrefactum primas tantùm venas permeet. Adde quòd rheum torrefactum acrimoniam acquirit, propterea que inteſtinis inimicum.*

Itaque cum adſtringendum erit, ſic imperabis. ℞. *rhei electi in tenuiſſ. puluerem redacti* ʒ. 2. *macerentur in liquore conuenienti: f. fortis expreßio: adde ſyrupi roſ. de ſiccis* ʒ. 1. *f. potio.*

hibita regurgitat in partes ſuperiores.

Hinc grauior febris incenditur, epilepſiæ fiunt & conuulſiones, aliáque eiuſmodi mala enaſcuntur. Adde quòd adſtringentia inteſtinorum vlcera exaſperant.

Sed adſtringentium tempeſtiuus vſus eſt iam vacuata in totum, vel magna ex parte, vitioſa materia, quóque tempore iam excernitur cum vitioſo frugi ſuccus, & inde virium caſus metuitur.

In adſtringentibus, quæ leniùs id præſtant, meliora ſunt, deinde ad fortiora progredi licet. Videndúmque eſt, vt adſtringentibus partim lenientia miſceamus, partim etiam, ſi per os ſumuntur, ea 21 quæ vrinas ducant. Sic enim fit, vt nullo periculo materia prohibita ad vrinas diuertat, nec refluat in partes nobiles & ſuperiores. Quo tempore confirmandum hepar eſt, ne tam facilè humores è corpore reliquo recipiat. Quod efficiunt cerati ſantalini ℥. 3. malaxatæ cum oleo roſaceo, extenſæ in aluta, vt fiat ſcutum ad modum creſcentis pro hepate. Cætera quoque, quæ capite de debilitate hepatis à calida cauſa dicta ſunt. Eadem ratio ſtomachi & ventriculi habenda eſt ex iis, quæ propriis capitibus deſcripta ſunt.

21 *Videbitur 2. vniuerſal lib. 1. τῶν ἐπιδημ. vbi de ſtrangurioſis agit Hipp. derivatione ab aluo ad renes facta.*

Clyſteres primùm leniant: deinde detergeant & abluant: poſtea etiam carnem regenerent, & conſolident. In quibus ſi oleum diſſoluatur, dulce 23 ſit, non ſalſum: aut ſi ſalſum eſt, priùs abluatur, vt ſalſuginem deponat, & omnem alienam qualitatem.

22 *Nam initio potior eſſe debet materiæ cura, quàm vlceris inchoati.*

23 *Vt oleum cõmune, violac. amygdal. dulc.*

Clyſteribus lenientibus optimum eſt admiſceri

quod inteſtinum roboret. In detergentibus & reliquiis inteſtinorum ſenſus,& nuditas priùs cognoſcenda eſt. Alia enim inteſtina vegetiore ſenſu ſunt, nec ita inducta pituitâ,non ita carnoſa, quibus clementiores clyſteres conueniunt.

24 *Vel roſarũ p. ij. viol. M.1. Vel lenientem clyſterẽ ſic præſcribes.* ℞. *violariæ, alth. lactuc. pariet. ſummitatum anethi an. M.1. prunor. n.14. furfuris macri. hord. integr. roſ. ana p.1. ſeminis alth. pſil. & cydo. ana ʒ.2. rad. althææ ʒ.1. f. decoctio: in qua diſſolue (ſi potior ſit ratio materiæ, quàm vlceris) vel butyr. recentis, vel ol. amyg. dulc. ʒ.2. mellis roſati & ſacchari rub. an. ʒ.1. ß. vitellos ouorum duos f. clyſt. Quòd ſi roborandi conſilium eſt, adde mucaginis tragacanthæ extractæ in aqua plantag. ʒ. ß. aut ʒ.6.*

Clyſteres lenientes.

℞.24 roſ.M.1. Fiat decoctio in lacte recens mulcto ad ℔.1.ß. Colatura fundatur tepida,diu retinea-tur. Dolorem mitigabis,temperabis ardorem,vlcera ablues & detergebis,illines inteſtinum,ſolidabis, roborabis,vim acrium humorum obtundes. Galenus. Oribaſius,Aëtius, ſolo lacte recens mulcto vſi ſunt. Aliud.

℞.25 ol.roſ.ad ℔.1.leuiter calidum pluribus horis retentum dolorem & inflammationem mitigabit. Poteris addere ſemiſſi libræ olei roſarum, decoctionem maluæ & fœnugræci, ſeminis lini, althææ & cydoniorum,aut horum mucagines pari menſura commiſcere.

Alij ℔.1. olei amygdalarum dulcium, mucaginis ſem. cydoniorum extractæ in lacte ʒ.4. adiiciunt.

Conuenit amygdalogala,vel orizogala, hordeatum,auenatum,liquidiora ad ℔.1. infuſa cum butyri recentis ℥.3. aut pari pondere adipis anatis, anſeris,gallinæ,pinguedinis hirci,caprarũ. His enim tutiùs vtemur,ſi quia olei qualitas ſuſpecta eſt. Amygdalogala & orizogala leniunt magis, & contemperant. Hordeatum etiam refrigerat. Auenatum ſiccat. Conuenítque magis in tenuibus fluxionibus. Ad eaſdem valet ſyrupus roſa. de ſiccis, diacodyon

25 *Hæc ad materiam, non ad vlcus, præſcribuntur.*

ſine ſpeciebus: horâ ſomni datur.

Rhazes non habere parem ſcribit in dolore ab acrimonia, olei roſati ℔.1.ß. muſcillaginis ſem. pſilij ʒ.4. Laudatur & hic clyſter. *Rhazes lib. 9 ad Almanſ. cap. de dyſenter.*

℥. ſem. lini, althææ, pſilij, conquaſſatorum ana ʒ. ß. ſem. cydoniorum, orizæ & tritici in tegula toſtorum ana P.1. fiat decoctio in lacte ad ℔.1. ß. In colatura fortiter expreſſa diſſolue ſæui hirci, aut pinguedinis raſæ ex abdomine arietis ʒ.2. butyri recentis ʒ.1. ſacchari violati ʒ.1.ß. ouorũ vitella 2. Vitella miſcemus leniendo, & vt diutiùs inhæreat inteſtino, quod infuſum eſt. Similiter & ſepum, & quicquid pingue eſt, ſaccharum & mel detergendo. Vtimur albiſſimo ſaccharo, vt leniſſimo: greſſo verò appellato, vt magis detergente.

Hoc etiam magis melle roſato & communi. Celſus hoc clyſtere dolorem mitigat, appetentiam excitat. *26 Ab humoris acrimonia, flatu, aut affectiõe quadam intſtini cancroſi.*

℥. decocti foliorum roſatum quartaria v. vitella ouorum 2. In Dyſenteria ferè 26 tormina ſunt & flatus. Qua in re ſummitatũ anethi & chamæmeli, florum anthos & meliloti aliquid miſcendum eſt. Contrà verò ſanguinis excretiones taxo barbaro, plãtagine, burſa paſtoris, cẽtinodia, fragaria vtimur. *27 Quibus pugnatur cũ vlcere & acrimonia materiæ.*

Clyſteres 27 detergentes.

Aqua hordei, ſerum 28 lactis cum melle, aut ſaccharo roſ. Similiter hydromel. decoctum cicerum rub. parietariæ, furfurum, vinum rubrum, decoctum betæ, 29 centaureæ, radicis cucumeris agreſtis, ficuum pinguium, abſynthij, lupinorum. Horum vnius quartaria quinque aut libra. In quibus diſſolue mell. roſ. ſacchari rub. ana ʒ.1.ß. Aliquãdo *28 Aut etiã lac aſininum, quod multum habet ſeri, in quo vis eſt detergendi. 29 Minoris, ſi inflãmatio nulla ſit.*

30 *In aqua plantag. aut rosarũ lotæ.*

31 *Ad pituitam contumacem.*

ſemuncia terebinthinæ 30 liquidæ cum ʒ.2.ſalis 31 communis. Aut vt detergeas & lenias, detergentia coquuntur in lacte.

Vel. ℔. aqu. hord. ℔. 1. ſucc. plantag. ʒ.4. vitella ouor. 3. f. clyſter.

Fuerit quoque vtile roſas, plantaginem & ſimilia adſtringentia admiſcere, vt robores. Vt materia cõtumax eſt, quæ inhæret inteſtino, plus minúſve detergebis.

Fortiores ſunt clyſteres ex vrina, lixiuio, muria, ſalſugine, aqua ſalſarum oliuarum. Fortioribus vtêris, vbi leuioribus nihil effectum eſt. Detergentibus dolor interim exaſperatur. Itaque reddito clyſtere detergente, lac recens mulctum iniicies, aut clyſterem qui leniat.

In carnoſis inteſtinis regeneranda caro: in membranoſis conſolidandum eſt. Carnem regenerabis clyſtere, qui primùm abluat, deinde impleat carne. Ablues è ſero lactis & ſaccharo, ex vino calido, auſteriuſculo, mulſâ, & ſimilibus.

32 *Sunt hi pulueres ſarcotici.*

Deinde commiſcebis ʒ. 2. pul. 32 gentianæ, thuris, enulæ: tetrapharmaci ʒ.1. vel eo plus: aut liquori commiſcebis mellis, terebinthinæ & butyri ana ʒ.6. Optimúmque fuerit hos clyſteres 33 diutiùs retineri, craſſiores fieri additis ouorum vitellis.

33 *Ad leniẽdũ, cõfirmandum & detergendum.*

Conſolidant & cicatricem ducunt decoctiones adſtringentiũ, in quibus terræ ſigillatæ, boli armen. ſanguinis draconis, thuris aut ſimilium ʒ. 2. vel eo plus miſceantur.

Sunt autem adſtringentia alia calida, alia frigida. Calida, nardi ſpica, abſynthium, cinamomum, caryophyllum, calamus aromaticus, lignum aloë,

galla, thus, maſtiche, manna, aloë, myrrha, viſcum. iris, gentiana, ariſtolochia, enula, ſtyrax, 34 propolis, ſaluia, arthemiſia, thymum, origanum, roſmarinus pœonia, aniſum, ammi, cuminum, naſturtium, coagulũ hædi & leporis, caſeus inueteratus in aqua coctus, ſiccatus, & in puluerem redactus.

34 *Hæc tamen ex Galeno vim habet attrahendi.*

Frigida, hyoſcyamus, portulaca, lenticula paluſtris, plillium, ſemperuiuum, cichorium, polygonũ, lactuca, vmbilicus veneris, oxalis, violaria, cucurbita, atriplex, ſolanum. Sed hæc non ita adſtringunt, 35 quia humidiora ſunt: quæ ſequuntur magis.

35 *Omnia enim quæ adſtringunt, craſſiora ſunt.*

Vitis capreoli, arnogloſſum, rubus, myrthus, balauſtia, malicorium, roſa ſicca, corna, ſorba, pruna ſylueſtria & pira, meſpila, galla, thus, berberis, acacia, hypocyſtis, terra ſigillata, hæmatites, bolus arna. ſang. draconis, ſalix, coriandrum in aceto maceratum, carabe, caphura, corallus, margaritæ, cornu cerui, ſantali, ſpongia ex aceto expreſſa, imbuta pice, deinde cremata. Interior tunica ventriculi gallinarum, erinaceorũ, papauer, hyoſcyamus, opium.

Aliud eſt genus clyſterum in putridis ac ſerpentibus vlceribus inteſtinorum, in quibus cauſtica diſſoluuntur. Fiunt paſtilli cauſtici ex arrhenico, calce viua, auripigmento rubro, mixta acacia, & iis quæ adſtringunt. Coguntur ex ſucco plantaginis, ex vino cocto, fiúntque pondere ʒ. 1. 2. aut 3. Diſſoluuntur autem in ℔. 1. vini diluti, in lacte & aliis decoctis lenientibus.

36 *Vt ℥. paſtillorũ deſcriptorũ* ʒ. 2. *opii. gran.* 1 *Diſſoluantur in lib. 1. lact. f. enema.*

Sunt 36 qui addant ſingulis ʒ. eorum paſtillorum ſingula Grana opij, antequam infundantur. Bucella panis ex aqua frigida, lacte, aut diluto vino exhibenda eſt.

37 *Quod per ſympatetam inteſtini labefactatur.*
38 *Vt maſtichino, menthæ, cydoniorum, abſynthij.*

Stomachus 37 myrthino oleo, aut 38 ſimili roborandus eſt. Præterea muniendum caput, ne ardore clyſteris offendatur. Quòd ſi infuſo ſtomachus exuritur, detur frigida ad ʒ.4. lectucæ cauliculi ex aceto. Retineri oportet quod infuſum eſt ad horam, quod minimùm ſit, vel duas, quod plurimùm. Si verò non retinent, ſed ſtatim eiiciunt clyſteres, muria priùs, aqua marina, lixiuium, vrina cum ſale iniicienda.

Anus ex decocto adſtringentium fouetur, vel ſacculo è milio & ſale expreſſo in vino nigro adſtringente. Poſt hos clyſteres, lac recens emulctum iniiciendum eſt.

Clyſterum vſus, vbi exulceratio in inferioribus inteſtinis. Si verò in ſuperioribus, potiones conueniunt magis. Quanquam perpetuò 39 vtríſque remediis vti licet. Et potionibus 40 quidem eo ordine, qui in clyſteribus præſcriptus eſt, exceptis cauſticis.

39 *Ad expurgationem materiæ, partiũ robur, & meatuum libertatem.*
40 *Vt primò lenientibus. mox detergentibus, poſtremo adſtringẽtibus.*

Ad adſtringendum conueniunt potiones omphacomeli veterum. Nunc ſyrupus de agreſta, de myrthilis, de ribes, ſuccus cornorum, meſpilorum, cotoneorum, ſorborum, prunorum ſylueſtrium. Coquantur ſucci, & aliquid ſacchari roſati admiſceatur. Aqua decoctionis ſumach, maſtiches, & rerum adſtingentium. Alumen tritum ʒ.1. pondere ex ouo. Similiter ſymphyti radix, pumex tenuiſſimè tritus cum vino auſtero, ſaluiæ decoctum, lac vſtulatum, cum ʒ.1. ſtercoris canini, aut in quo radices quinquefolij, conſolidæ maioris, & ſimilia coxerint, vel in quo calculi, vel fluuiatiles, vel marini igniti priùs extincti ſint.

Coagulum

Coagulum leporis vel hædi ʒ.1.pondere è vino veteri abluitur. Datur cum aqua decoctionis ſumach,maſtiche,ſucco plantaginis depurato. Puluis factus è turture cum bolo armena, ſanguis draconis, & mummia contuſa vaſe teſtaceo benè lutato, & ita cremata. Dantur ʒ.2.ex lacte ouillo cocto.

Conueniunt cydoniatum, conſerua roſarum, cornorum,ſymphiti, & ſimiles. In aquæ roſar. ℔. 1. bulliant maſtiches, ſumach, caryophyl. ana ʒ.1.ß. fiat decoctio ad ℥. 8. pro tribus doſibus. Ouum 41 ex aceto frigitur: deinde conſpergitur pulu. adſtringente.

Oſſa femoris bouilli trita, alumen in ſucco plantaginis diſſoluitur. In eo linteolum immergitur,ſiccatur,vritur,fit puluis cõueniens. Succus expreſſus ex ſtercore aſinino. Eſt aliquando, cum multum ſanguinem fundunt. Frigida cibaria iis conueniunt vt aliis dyſentericis tepida ac calida. Clyſteres itaque,vt priùs. Hæc verò potio,macis, balauſtiorum ana ʒ.1. Dato ʒ.1.aut ϑ.4.ex vino adſtringente,aliiſque remediis vtere, quæ ſanguinem ſiſtunt capite deſputo ſanguinis.

41 *Acid vẽtriculo nocet.*

Experimentum cuiuſdam eſt, vt herba Verrucaria,quam Sancti Fiacrij vocãt,cum burſæ paſtoriæ æquis partibus,aceto & ſale additis, tundatur & plantis ægri admoueatur. Atque vbi exſiccãtur innouantur. Alij centinodio ita vtuntur.

Sudor excitatus plurimùm prodeſt viribus valentibus, balneo aut ſuffumigio ex rebus ſudores mouentibus.

Later calfactus, & vino albo conſperſus,inuolutus pannis adhibetur 42 plantis pedum.

42 *Aut etiã vaſculũ aqua feruente plenum, niſi reſolutionis hepaticæ metus aliquis immineat.*

CIC

Narcotica conueniunt nondum deiectis viribus. Syrupus de papauere, aqua ros. tepida, in qua coxerint semina papaueris albi.

Suppositoria, vt priùs. In clysteribus dissolue ʒ 1. trochiscorum de carabe, aut philonij persici. Quibus si nihil proficimus, dabimus ϑ. 1. aut ʒ. ß. ex decoctione mastiches. Philonium capite de colico dolore proximè descriptum, & alia iam multis locis descripta.

Inungendus est venter primùm quidem iis, quæ leniunt: deinde quæ adstringunt, vt oleo de cydoniis, de spica: aut cydoniorum carnes in aceto coquendæ sunt, detractis interioribus, deinde malaxatis. Adde trochiscorum de carabe ʒ. 1. mastiches ʒ. 1. ß. Fiat emplastrum, quod fumigetur cum ligno aloës.

Consulendum viribus ex iis, quæ dicta sunt de sputo sanguinis. Ratio vitæ instituenda pro rei necessitate. Leniendum enim, detergendum & adstringendum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Dysenteriæ differentiæ quatuor ex Hippoc. & Galen.

Apud Hippocratẽ & Galenum dysenteriæ differentiæ quatuor reperiũtur, sed tres priores impropriè dictæ. Vna, à copia sanguinis toto corpore redundantis, qui è venenarum orificiis apertis in intestina effunditur, vt in hæmorrhoidibus, è venis ani. Vbi vi morbi & vitio corporis, non prouidentia naturæ excernitur, malum: itaque etiam quoties demittitur sanguis per vias alienas. Sed quædam est naturalis vacuatio sanguinis, vt per vterum mulieribus: quibusdam per nares: aliis in crisi nonnullis per hæmorrhoidas, naturâ expurgante vitium grauioris mali. His vacuationibus suppressis, aut intermissa exercitatione, aut truncato membro, certis interuallis solet huiusmodi dysenteria contingere, quam

eruentam vocant, Græci αἱματώδη. In hac sæpe etiam sanguis niger pici liquidæ similis excernitur. Nam cum hepar sanguinem conficit, eius crassiorem partem lien attrahit, & alimento tenuiori inde sumpto reliquias deiicit deorsum. Si verò hepar multum limosi sanguinis colligat, lien non expurget, neque attrahat, aut attrahat quidem, sed præ copia, aut debilitate non conficiat, aut excrementa sua non expurget, vtróque viscere copia oppresso & debili facto, fiunt deiectiones nigræ: aut cùm antè solita essent expurgari per hæmorrhoïdas, vterum, aut hæmorrhagiam, si supprimatur solennis purgatio, aceruatur humor, & per intestina vacuatur. Sed cùm triplex sit materia atræ bilis, sanguis crassior, vt vinum crassum depositâ fæce, limus & fæx sanguinis crassioris: & bilis flaua: de his deiectionibus intelligimus, quæ nigræ sunt, neque grumescunt, nec quicquam acre, corrodens, vel acidum habent, nec effusæ in terram, feruent, aut fermentant terram, sed sunt veluti sanguis niger, aut limus sanguinis, qui salubriter è corpore sæpe expellitur, & si retineatur diutiùs, in atram bilem exquisitam transit, & extra vasa nigrescit ac corrumpitur, vnde multis interitus contingit. Ob idque optimè de similibus vacuationibus Hippoc. Sanguinem quidem suprà ferri qualiscunque sit, malum: infrà autem, bonum: cum niger deiicitur. Nã partes inferiores superioribus minùs principes. Deinde leuatur natura excremento melancholico, vnde & morbi graues solui possunt, & declinari. Sed reuera multis distinctionibus est opus: nũ vi symptomatica, naturâ, arte exeat, quid inde fructus, quídque sequatur incommodi: num signum, an caussa, an vtrúnque. Altera dysenteriæ species à Paulo sub priore comprehensa, à Galeno 3. de Sympt. caussis distincta, fit non propter sanguinis copiam, sed acrimoniam, bile flaua vel atra permixta, vnde stimulata venarum orificia aperiuntur. Potest initium esse à caussa frigida, quando crassa & viscida materia, intercepti angustiis hepatis, putredinem quandam contrahit, vnde cruentæ ac sanioſæ deiectiones prodeunt aucto feruore. Hæc priore periculosior, aliquando tamen salutaris. Morbo inclinante, à pharmaco expellente nihil periculi. Si verò prin-

Hippo. aphor. 25. lib. 5.

Paul. Aegineta cap. 42. lib. 3.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 442 sur 805

cipio & incremento febris, periculum denunciat. Melius autem quando parciùs, quàm cùm copioſius effunditur. Multos ipſe obſeruauit ſtantes & ſæpiùs deiicientes, nigra etiam fæci aut pici liquidæ ſimilia ſalutariter, & in febre, ſed natura ſuperante, & non in principio. Natura enim initio coquit, non vacuat, in coctis ſeparat vtilia ab inutilibus. Hæc victrix excernit. Ea enim eſt naturæ œconomia. Acrimoniâ autem irritante, excrementíſque magnam viſcerum aduſtionem & putredinem indicantibus, viſceribus nobilibus grauiter laborantibus, ſuperaſſato craſſiore ſanguine vel bile, putredine quadam contracta, lethale, quia ſuperior morbus. Bonum verò, cum natura vi medicamenti adiuta ruffi aliquid, vt à Rhabarbaro: nigri, à caſſia & Cathol. aliíſque id genus excernit, vitio euicto. Cauendũ etiam hoc loco, ne frequentiùs permeante acri humore, vlcus in inteſtinis contrahatur, ſempérque à bile deiectiones ſynceræ metuendæ, & vt cauſſæ, & vt ſigna grauiorum affectionum. Tertia ſpecies eſt hepatica dyſentetia, cum aquoſus ſanguis deiicitur, loturæ carnium perſimilis ab imbecillitate retentricis & alteratricis in hepate, de qua ſuperiùs dictum eſt capite de morbis hepatis. Quarta maximè propriè dicta facta in inteſtinis ab vlcere cum torminibus ventris & dolore, præſertim cum fluunt, vel redduntur excrementa alui. Aliæque à teneſmo, aliæ à diarrhea incipiunt. Et in aliis acris materia, in aliis mucoſa erigitur. Quærit Galen. 5. de vſu partium. Quomodo illic fieri poſſit vlcus. Nam cùm ſentiant inteſtina, & vel naturalem bilem, aut leuiter atram ſtatim expellant, qui fit vt deſcendente materia acri, & celeriùs expulſa, fiat vlcus? Reſpondet tranſitu per anfractus & circumuolutiones id fieri, bile acriore vtraque, pituitâ verò ſæpe inhærente inteſtino. Putreſcit enim, & ſalſuginem contrahit, ſicque exulcerat. Vnde etiam ſequitur à quolibet humore dyſenteriam veram fieri poſſe, ſanguine acriore (qui aliquando in inteſtinis concretus refert etiam bilem) pituita, bile vtraque. Periculum intelligitur ex natura vlceris & humoris vitioſi. In vlcere enim primò videndum quoûſque progreſſum ſit ex recrementis abraſis ab inteſtino, vt intelligatur

Dyſenteria hepatica.

Dyſenteria maximè propriè dicta.

an adhuc fit, an factum ſit. Interior tunica inteſtinorum carnoſior : exterior magis membranoſa : tertia è peritoneo. Conſtant fibris circularibus & tranſuerſis, additis rectis, vt non ſine ratione quibuſdam viſum eſt, ad attrahendum, & ad firmamentum aliarum, præcipuè in recto : quod, quia magis laborat in egerendo ſtercore duro, pluribus fibris præditum eſt. Canibus eadem ratione plures fibræ in inteſtinis, quia non niſi magno conatu excernunt. Sua ergò inteſtinis, carnoſa ſubſtantia, quæ ſemel exeſa & eraſa eò grauius periculum denunciat, quò profundius abraditur. Primùm pinguedo quædam & mucus apparet. Deinde efflo-ratio quædam & ramenta ex ſuperficie, vt in epidermide cutis. Poſtremo ſubſtantia corpulenta inteſtini. Eſt autem veluti caro, non vt muſculorum, ſed peculiaris inteſtino. Cum qua cruenta deiectio ſequitur, interdum vlcerum cruſtulæ,& puris magna quantitas. Abraduntur enim primò inteſtina : deinde exeduntur : poſtremò vlcerantur. Magna ergò parte exempta huius ſubſtantiæ membranoſæ, ea neque renaſci poteſt, neque cicatrice tegi. Vnde deſperatio. Galenus quidem ſcribit multos fuiſſe ſeruatos putrefacta interiore tunica, integra exteriore. Sed hoc in eorum numerum referatur, quæ accidunt aliquando. In iudicando tamen multi decipiuntur, quòd ſæpe pingue aliquid ſimilitudine fallat, vt albida caruncula videatur. Sed pingue iniectum carbonibus liquatur, & nidorem pinguedinis effundit. Caro nigreſcit & ſiccatur. Cruor & ramenta cum excrementis mixta, nec ſtatim à dolore reiecta, in tenuioribus : ſupernatantia, & ſtatim poſt dolorem reiecta, in inferioribus inteſtinis & craſſis eſſe oſtendunt. Quod attinet ad humorem, qui deiicitur, Hippocrates ſinceras omnes deiectiones periculoſas eſſe vult. Tales ſunt, impermixtæ aquoſæ humiditati, quando ſolus humor qui vacuatur, deiicitur, ſiue ſit bilioſus, ſiue melancholicus, ſiue porri colorem præ ſe ferat, ſiue bilis eruginoſæ. Sed id in febræ intelligo. Nam deiectiones huiuſmodi exuſtam eſſe omnem natiuam humiditatem à febre demonſtrant. Quæ ab atra bile fit, Galenus inſanabilem dixit, quia non differt à cancro.

Gal. lib. 4. de vſu part.

Gal. commẽt. ad aphor. 23. lib. 7.

Qui in ſuperficie non curatur : quantò minùs in inteſtinis, vbi nec medicamenta adhærent,& ſemper ſup rfluitate ali-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 444 sur 805

Gal.com. in Aphor. 24. lib. 4.

menti irruente tangitur vlcus ? In libro quoque de atra bile, omnem exulcerationem ab atra bile insanabilem facit, nisi quis circunciso loco omnem vim eius abscindat, sublata etiam vicinia cum vlcerata parte. Aëtius tamen, si per crisim excreta atra bilis dysenteriam mouit non esse desperandum ait. Si sponte, & non criticè, id est, nulla Naturæ, aut Medici prouidentia, desperatio. Sed caue, ne sanguinem concretum in intestinis referas ad atram bilem. Vidimus qui simile quid crassiori pici nullo periculo & sine febre deiicerent. Alios cum febre & periculo. Monachus quidem apud D. Genouefam dysenteria laborans, cùm vi morbi frigerent extrema, nigra, liquidæ pici similia, deiiceret, spiraret difficulter, & iam de funere disputaretur, conualuit. Anno 1557. Autumno, tempore benè constituto, pestilentissimæ febres extiterunt, & quæ plurimos sustulerunt : dysenteriæ salutares. Nemo enim, in multis, quos vidi, interiit. Curabantur clysteribus lenibus & rheo. Erant enim ab acri fluxione. Sæpe quidem, sed pauca, egerebant. Parùm febricitabant, ac rheo dato conquiescebat dolor. Sicque breui liberabantur. Anno sequente, Autumno quoque dysenteriæ multæ, in quibus viridia, cœrulea, nigra, biliosa, cruenta, deiiciebantur, & qualia scribuntur lethalia. Tamen omnes propè euaserunt, cura etiam parùm sedulò adhibita. Annus fuerat bene constitutus. Hyeme Aquilonia, Vere Australi & pluuioso, Æstate calida, Autumno dysenteriæ. Aliæ ex victus ratione. Vergitinosis & ruffis magis periculosæ. Lutetiæ humidiore anno periculosiores, quàm æstuoso & sicco. In sicco statu anni, materia sæpius bilis vtráque. In pluuioso pituita putris. Cum cibi fastidium accedit, quibus priùs non erat, malum est, & vt signum, quia vitium intestini ad orificium ventriculi peruenisse significat: & vt causa, quia non instauratur, quare maximè egent. Sæpè etiam latius peruagatur affectio, quàm ad intestina. Adolescens anno 12. natus biliosо profluuio cum febre correptus deiiciebat frequenter similia dysentericis, nigrum sanguinem. Sitis, manus frigidæ, vigilia, vini magna appetentia. Nihil adiutus remediis obiit die 9. Apertus œsophago inferiore ad ventriculi os superius & ad medium thoracem, nigro, corrupto, epiploo similiter corrupto, pulmonibus alteratis, recto intestino exulcerato. Dolor fuerat in sinistro late-

Aëtius Tetrab. 3. Serm. 1. cap. 43.

Monachus dysentericus.

Dysenteriæ humidiore anno Lutetiæ periculosiores

Cibi fastidiũ dysenteriæ superueniens, malum.

re,imo ventre & ſtomacho. Alteri febris,vomitio,ventris dolor, deiectiones pici & nigro ſanguini ſimiles: 20. die mors. Secto corpore inuentum vlcus vſtulatum,in ambitu exeſis tunicis omnibus ventriculi, qua parte decliuis eſt in pylorum. Huic procidit anus ferè toto morbo. *Dyſenterico-rũ hiſtoria.*

In huius morbi curatione duobus ſæpiùs modis peccatur vulgò:celerius ſuppreſſa aluo, & adſtringentium vſu impacto pure in inuolucris inteſtinorum. Suppreſſa intempeſtiuè dyſenteria vidi inſanum factum. Mulierem quoque,cui in perpetuam vitam ita conſtricta aluus, vt ſeptimo quoque die tantùm excerneret,& inde ore & naribus grauiter oleret. Galenus de venæ ſectione contra Eraſiſt.non paucos vidiſſe ſcribit,qui dyſenteria, varicibus, hæmorrhoïdibus ſuppreſſis in inſaniam, apoplexiam, atram bilem, nephritidem, pleuritidem, hydropiſim, ſanguinis vomitionem & hæmoptoïcam paſſionem inciderint. Nobilis quidam pictor in ſcabiem fœdam.Corpore enim pleno materia feruida ſurſum fertur. Alioqui ita reſiccatur inteſtinum,vt maneat perpetua alui adſtrictio. Si ſurſum & deorſum obſeratur, in inuolucris inteſtinorum aceruatur magna puris quantitas, quæ tandem interficit. Quod nos cuiuſdam corpore diſſecto obſeruauimus. Fluxus acris & malignus moderandus hordeatis,clyſteribus è lacte,lacte poto & ſimilibus. Interea fouendæ vires, vt impetum natura ſuſtineat. Aliis materia acris, aliis mucoſa egeritur,quibus non eadem remedia conueniunt. Quæ à diarrhæa incipit,purgatione,confirmatione partium,diuerſione:quæ à teneſmo,expulſione ſtercoris, detergentibus, lenientibúſque clyſteribus opus habet. Conueniunt cholagoga, quæ adſtrictionem aliquam relinquant. Clyſteres, abluentes,detergentes,aſtringentes,cicatricem obducentes, linimenta, fotus,potiones ad ſomnum conciliandum, ſyrupi, iulepi, condita. Quantitas clyſterum augenda ad ℔.1.ß.aut 2.quia inanita inteſtina ſunt,& meliùs tergentur. In pulueribus periculum, ne remaneant in parte affecta, & pungant. Sanguinis quoque miſſio vitanda, quia vires deiicit, neque bilem trahit,neque curat vlcus.In cruenta laudatur. *In dyſenteriæ curatione duplex vitiũ committitur.* *Pictor nobilis ex ſupreſſa dyſenteria in ſcabiem fœdã lapſus.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 446 sur 805

ANTO. VALETII EXERCIT. XLIII.

DYſenteria, ſeu inteſtinorum ab vlcere difficultas, inuadit, cum paulatim & breuibus interuallis, non affatim & repentè, deiectio fit: quo nomine ab impropriè dicta hepatica dyſenteria ſeiugatur. Illius verò deiectionis hi gradus obſeruantur, qui magnitudinem vlceris deſignant. Adipoſa primùm cum ſanguine, dein ramentoſa quædam, denique penitiùs graſſante vlcere, carunculæ excernuntur. Excitatur hic affectus à bilis, aut pituitæ ſalſæ prouentu, iſque vel in ſupernis & tenuibus, vel in infernis & craſſis inteſtinis. Itaque vtriúſque dignotio maximum habet ad curationem momentũ. Si inteſtinis à ſuperioribus vniuerſus ſanguis excernatur, reliquis excrementis erit perfectè permiſtus. Si à craſſioribus, non tam benè permiſcebitur, ſed ſupernatabit. Deinde vbi ramenta ſola eiiciuntur, ſi pingue quippiam habeant, à craſſis: ſi tale nihil, à tenuioribus ſecedunt inteſtinis. Spectandum quoque an infra, an ſupra vmbilicum ſit dolor. Qui enim infra, craſſiora indicat affici inteſtina: qui ſupra, tenuiora, quanquã non neceſſariò. Quærendum item ab ægro, an ſtatim à dolore, an longo pòſt tempore excernat.

Vlcerum tenuiorum & craſſiorũ inteſtinorũ diſtinctio.

De hìs pluribus Gal. cap. 2. libr. 6. de loc. mal. aff.

Curatio in recta victus ratione magna ex parte conſiſtit. Confert hordeatũ ex hordeo torrefacto, & in aq. chalybeata cocto, adiectis mali punici acidi granis, ſemine papaueris albi, & id genus reliquis ſeminibus frigidis ad temperationem bilis opportunis. Carnes in virium deiectione conceduntur: &

Dyſenteriæ curatio.

elixæ quidem cum portulac. lactuc. plantag. end. Assæ verò aqua rosacea irrorantur, myrthi germinibus configuntur, adstringentibus farciuntur. Vsui sunt fructus, passulæ integr. mespila, sorba, cydonia, & reliqui austeri fructus. Ex aqua chalybeata, saccharo rosaceo, & pauco granatorum acidorum succo paratur potus. Hora sitis Zulapium rosatum per se cum aqua chalybeata, deinde cum syrupo cydoniorum exhibetur. Mox autem humor intestina vellicans atque exulcerans vacuandus, aut alio deriuandus: potione quidem, si tenuia infestet intestina: clystere magis, si crassa. *Gal. ibid. & lib. 4. Meth.*

℞. rh. elect. ʒ. 2. cinam. ϑ. 1. infunde in aqu. endiuiæ quantitate suffic. In expressione dissolue rh. puluerati ϑ. 1. syrup. de cich. & cydon. ana ʒ. ß. f. potus. Vel. ℞. agrim. centinod. plantag. ana M. ß. granor. berber. ʒ. 2. semin. plantag. & cydon. ana ʒ. 1. cortic. myrobal. Cepul. ʒ. 2. f. decoct. & colatura ad dosim. In qua infunde rhei elect. ʒ. 2. cum pauco santal. citr. In colatura dissolues syr. myrtill. vel syr. ros. siccar. vel zulapij rosacei ʒ. ß. cum ʒ. ß. rh. puluerati. *Hæc ad dysenteriam tenuium intestinorum.*

Additur aliquando ʒ. 1. rasuræ cornu cerui, aliquando gra. 3. aut 4. vnicornis. Sunt qui rheum assant, siue vstulant, vt catharticam vim minuant, & adstringentem augeant. Quod multi non probant: sed vel fortissimam eius adstrictionem præferunt, aut ipsum rheum totum in substantia præscribunt. Pauperibus catholici ʒ. 6. cum rhabarbari, vt priùs, in decocto adstringente infusi ϑ. 2. dissoluentur. Inter purgandum cauendum perpetuo ab omnibus acrioribus & scammoniatis medicamentis. Post purgationem, venæ sectio reuellendo, sanguinis etiam decurrentis acrimoniam retundendo, mirificè prodest. Sed consulendæ antè sunt vires: quæ si de-

iectæ ac infirmæ, vt sæpè sunt, propter copiosam vacuationem, & vehementiam doloris, phlebotomeabstinendum. Iuuabunt etiam apozemata refrigerantia in bilioſa cephalagia præscripta: quæ etiam salubriora sunt futura, si per vrinas materiam morbificam detinent. Cui scopo inseruient, vini albi vsus, syrupus cydon, semina frigida maiora. Sed laborantibus crassioribus intestinis plus est auxilij in clysteribus. Qui primi iniiciuntur, detergent, ac repurgant intestina iis sordibus, quæ resides & affixæ sua acrimoniá frequentem desidendi cupiditatem inducunt. Vt.

℞.ros.rubr.tapſ.barb. plantag. furfur. hord. ana p.2.f.decoct.in lacte pro duab.iniectionibus. ℞.prædictæ decoct.℔. 1. vel quart.5. In colatura dissol.mell.ros. colati, sacchari albi ana ʒ.1.ß.syr.ros.siccar.ʒ.1.f.enema, additis ouorum duorum vitellis.℞.decoctionis eiusdem quart.3.in q. dissol.sacch.ros. ʒ.ß.syrup.cydon.& ros.siccar.ana ʒ. 1.succi plantag. ʒ. 1.vitellum oui vnius,f.clyst.

Maior clysterum quantitas assumitur, cum eluenda & detergenda sunt intestina, quia tum impleri debent: minor, cum adstringẽdi, glutinandi & consolidandi consilium præponderat: si quidem, id vt præstent, longiore opus habeant retentione. Olea, ac pinguia omnia, quæ sordidiora reddunt vlcera, non immiscentur, nisi ineunte dysenteria sedandus sit dolor. Tum enim ol.rosaceum addi poterit. Cùm tergendum simul & adstrigendum fuerit, talis imperabitur clyster.

℞.furfur.macr.paleæ hord.tapſ.barb. flor. chamæmel. & summitat. aneth. ana M. 1. f. decoct. vel ex aqu. pluuia, vel chalybeata, vel hydromelite, vel lacte vstulato ad libr. 1.ß. In colatura dissolu.syrup.ros.siccar. & syrup. myrtill. ana ʒ.2. vitell.ouor.3.butyr.recent.ʒ.3.pulu. mastich.& sang.drac. ana

ʒ.3.fiant duæ iniectiones, vna manè, altera veſperi.

Parabitur quoque adſtringens & conſolidans clyſter ex farinæ amyli ʒ.2.in lacte vſtulato(quod cõſumpto ſero terget minùs & adſtringit magis) coctis:additis butyri recẽt.ʒ.2.adip. hirc.cum butyro liquati ʒ.1.bol.arme.ʒ.2.vitell.ouor. 2. In eum finẽ ſumuntur oua dura cum aceto cocta, zulap. roſaceum, ſyrup.ſidoniorum. Vt.

℞. ſyrup.cydon.ʒ.3.vtatur cum tripl.aqu. chalybeata longè à paſtu.

Imminutæ autem vires roborabũtur cõdîtis, opiatis,inſtauratitiis deſtillatis. Hęc opiata omniũ huius generis remediorum inſtar eſſe poterit.

℞. conſeru. ſymph. conſeru. antiq. roſ. & conſer. borraginis ana ʒ. ß. electar. diarhod. Abbatis, & diamargar. frigid.ana ʒ.1.ß. cortic. citr. conditi ʒ. 2. cum ſyrup. roſ. ſiccar. aut cydon. f. opiata.

Confirmabitur etiam vẽtriculus admotis:vt litu ex oleis cydon.& maſtichino: emplaſtro è carne cydo. maſtich.& cerato ſtomachico Galeni cũ oleo myrtillor.emollitis cõfecto,& aliis ſimilibus. Quod ſi, vt ferè fit, humorũ acrimonia ſpinctêrem muſculũ exerceat,hoc vnguento commodè retundetur.

℞. mucag. ſem. cydon. & pſilij extractæ in aq. plantag. vng. popul. ana ʒ. 1. vitell. oui vnius, ceræ q. ſ. f. vng. quod è goſſipio in modum glandis efformatum, & filo appenſum, in anum immittatur.

Eidem ano præ imbellicitate à frequẽti deiectione orta,hianti,ac velut procidenti,vtile erit hoc fomẽtum inſtituere. ℞. tapſ. barba.roſ.rub.centinod. & plantag. ana M. 1.f.decoct. in aq. fabr.& vini rub. æquis partib.pro fotu ani cũ ſpongiis. Alij imperãt puluerem ex thur.roſ.rub.maſtich.qui igni impoſitus fumum reddit ægro per annum excipiendum.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 450 sur 805

De Teneſmo. CAP. 44.

TEneſmus irritatio 1 eſt vltimæ partis inteſtini, id eſt, recti, in quo ſæpius libet ſine cauſa deſurgere. Excernuntur omninò pauca, mucoſa, ídque maximo conatu, inſidéntque ſtercori guttæ 2 ſanguinis. Hîc ſi præter mucoſa ſtercora excernuntur, ea cocta ferè ſunt. Naſcitur hæc affectio magna ex parte in 3 in pituitoſis. 4 Aceruatur enim pituita recto inteſtino craſſa & viſcida: putreſcit, tempore acrimoniam contrahit, irritat inteſtinum: hinc deiiciendi libido. Sed quia contumaciùs inhæret pituita, non niſi magno conatu excerni poteſt. Hoc teneſmi genus dyſenteriam ferè præcedit.

Aliud verò genus hanc ſequitur. A dyſenteria relinquuntur vlcera, in quibus acris ſanies inteſtinum vellicat, ex quo fit teneſmus, inanis deſidendi cupiditas.

Poſt phar. ſi quid inteſtino hæſit, vt malè infriata coloc. aga. aut ſimilibus, eadem affectio naſcetur. Vlceribus quoque in ea parte ſponte natis idem accidit. Abſceſſus in recto inteſtino natus eandem appetentiam inuehit nonnunquam.

1 *Ab vlcere ſuperſtite à dyſenteria. vel ab omni materia quæ dyſenteriam facit.*

2 *Reſeratis vaſorũ oſculis ab acri materia, aut ſuperſtite vlcere.*

3 *Tempeſtate præſertim auſtrina, quæ pituitæ falſæ parens eſt.*

4 *Generatione multa, aut excretrice vi imbecilla, aut deſiderato naturali clyſtere ob folliculi fellis obſtructionem.*

Curatio.

Initio cauſa cognoſcenda eſt. Quòd ſi præceſſit frigus, & pituita craſſa in cauſa eſt, rutam, hyſſopũ, origanum, calamenthum, roſmarinũ, maioranam, lauri folia, ſtœchades, anethum, melilotum, chamæmelum, vino incoques: hinc fouebis ſedem: materiam calidam emplaſtri modo toti perinæo induces.

Iuuent fotus 5 ex oleo rutaceo, chamæmelino, anethino, ſeſamino. In vehementi 6 frigore oleo, in quo decima pars caſtorei aut bituminis diſſoluta ſit. In dolore anetino & irino vtendum erit. Eiuſmodi oleis fouere & vngere oportet perinęum & imum ventrem, iiſque calidis. Deinde contegendæ partes duplici aut triplici linteo calfacto.

5 *His imbuetur happus ex gossipio carpio, et perinæo admouebitur.*

6 *Vt in accidit, qui ſine ſubligaculis per niues deambularunt, aut lapidi inſederunt.*

Laterem veterem denigratum fumo cõfringes, & comminues: aceto feruenti immerges: inuolues linteo, & calidum ſedi totíque perinæo applicabis. Molle filtrum, aut cotonem, vel ſpongiam molliorem ſæpius immerges vino calido, in quo ruta, fœniculus & quædam ex ſupradicta materia coxerint. Deinde expreſſa, ſed calida, ſedi ac perinæo applicabis. Poſt fotum linteis calẽtibus muniendæ partes, omninóque videndum eſt, ne refrigeſcant. Laudantur hac in re ſuffumigia ex reſina pini iniecta carbonibus, nuce pinea, bene reſinoſa, aliquando addito ſemine rutæ, cumini, aniſi, fæniculi, vel hoc modo.

7 *Ex his fiunt, trochiſci, quorum halitus ſeu fumus ſede excipiendus.*

℞. 7 picis ſiccæ ℥. 1. bituminis ℥. ß. liquentur in aceto: liquatis inſperge ſulphuris in puluerem redacti ℥. ß.

8 *Vt ſi causa magnitudinem vincat dolorus vehemẽtia, inflãmationiſque metũ afferat.*

Clyſteres ad quartana 2. vel 3. ex iis comparentur, quæ calefaciunt, incîdunt, detergent, leniunt, quales proximo capite deſcripti ſunt in dyſenteria.

9 *Vt Philonio in lacte diſſoluto, aut ſapa. Aut coquetur furfur cum ſapa ad pultis cõſiſtentiã hinc diſſoluendum opij gra. 3. aut 4. luẽciatur.*

Similiter ſuppoſitioria ex labdano, ſtyrace, oleo rutaceo, adiectis ſeminibus fœniculi, rutæ, aniſi, cumini, & ſimilibus.

Si dolor vrget 8 vehementiùs, narcoticis 9 vtendum erit, vt priùs.

Sacculi fouendæ ſedi & perinæo ex milio, fur-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 452 sur 805

furibus,ſale,rutâ,& deſcripta materia frixis in ſartagine,deinde ſacculo incluſis. Quòd ſi inflammatio eſt, & cætera conſentiunt, vena brachij interna ſecanda eſt.

10 *Ob impenſum calorem, quem facilè contrahit.*

Probatur quoque Arabibus purgatio leuis è caſſia,manna 10 ſuſpecta Græcis. Vrina & ſudor prouocari poſſunt ad diuerſionem, victus refrigerans. Clyſteres lenientes è lacte, hordeato, oleo roſaceo tepidis,& aliis,vt priùs.

Inſeſſiones in decocto maluæ, biſmaluæ, ſeminis lini, violariæ, adiecta portiunculâ florum chamæmeli & meliloti.

Olea conuenient, roſaceum,violatum & nenupharinum, in quo folia ſalicis coxeris. Deinde etiam axungia,butyrum recens,ex quibus & vnguẽta fiunt: quale hoc eſt.

℞. olei roſati ℥. 1. olei ſalicis & violarum ana ℥. ß.mucaginis quatuor ſeminum frigidorum in aqua cydoniorum extractæ ʒ.6. ceræ modicum, fiat vnguentum.

11 *Vt.℞.decoct.hordei, aut aquæ mulſæ(ſi non ſit ardor)*℥. *6. Mell. roſ. colati* ℥.1.*his eõmiſtis fiat enema.*

Molli goſſipio in aceto albo feruente partes fouendæ ſunt,id eſt,imus venter & perinæon.

Vlcera ſi qua ſunt,abluenda 11 primùm ſero lactis,vino auſtero,mulſâ,etiam lixiuio,ſi ſanies contumacior eſt,aut vino auſteriuſculo tepido,& ſexta parte mellis roſati,quibus poſtea adiiciatur aliquid roſarum,thuris,maſtichis,gummi arabici,tragacanthi,& ſimilium. Aut fiant hæc vnguenta.

12 *Vel℞.axungiæ ſuillæ* ℥.1.*ceruſſæ. põpholygis lotæ ana* ℥.1.*cum aqua plantag. f. vnguentũ.*

12 ℞ ceruſſæ plombi ʒ.1.mucagi. gummi arabici extractæ in aqua roſarum ℥.ß.corticis thuris ʒ. 1. olei roſacei quantum ſufficit ad impinguandum. Aliud.

℔.mucaginis gummi tragacanthi & arabici,mucaginis ſeminis pſilij ana ℥.ß.aloës lotæ ʒ.2.olei roſarum, quod ſufficit. Cum modico ceræ fiat vnguentum.Hæc inunguntur vlceribus,ſi quidem apparent. Alioqui commiſcentur clyſteribus iis, qui ad conſolidandum deſcripti ſunt, cap. de dyſenteria. Potus lactis caprini primùm quidem ad ℔.1. quæ paulatim bibitur,non aceruatim.Poſtridie verò ad ℔.ß.remedio eſt teneſmo. Oportet primo die recens mulctum bibere. Poſtridie decoctum ad dimidias,& deſpumatum.

Decoctum betonicæ in vino albo tenui, laudatur ab antiquis.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Τενεσμὸς affectus eſt præter naturam in recto inteſtino, in quo aſſidua & implacabili deſidendi cupiditate æger tenetur: vel,vt alij,irritatio vltimæ partis inteſtini, in qua ſæpiùs lubet ſine cauſa deſidere.Initio excernuntur pauca, mucoſa magno conatu,aliquando cõſperſa ſanguine,fitque velut proœmium dyſenteriæ. Hic neceſſe eſt naturam ſtimulari in inteſtino ab aliqua cauſſa præter naturam, quam excernere nititur, quaſi illic eſſet excrementum. Ea eſt vel ſine materia, vel cum materia:& ſi cum materia,vel in cauitate inteſtini continetur, vel extrinſecus comprimit meatum.Sine materia intelligimus,vt cum frigus partem illam conſtringit & mordicat,vt ſi æger in ſolio frigido, aut lapide ſederit, aëre, vento frigidiore. Aliquando reduplicatur inteſtinum, vel muſculus, vt nec clyſteres,nec alia auxilia excipiat pars implicata, ſæpéque efficiat, vt lateat vlcus. Materiam vero dicimus, quicquid interiorem illam cauitatem irritare poteſt,vel vlcus(niſi tum dyſenteriam eſſe velis)vel abſceſſus, vel hæmorrhoïdes interiores, aut vermes,aut humor acris, aut ſtercus induratum & coactum. Quæ omnia tum ex relatu ægri, tum excrementis & doloris

Teneſmi cauſa vel cum materia, vel ſine materia.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 454 sur 805

proprietate artificiosa coniectura discernere licebit. In vlcere excernitur sanies aut sanguis, dolor acutus, humor acris relictus post dysenteriam, & si nihil perspici potest, profundum esse suspicamur, fitque aliquando cacoëthes. Vidimus vermium globulos assiduè reiici, ac subinde renasci. Ante dysenteriam ferè fit à pituita putri: in dysenteria, ab acrimonia, vel medicamento malè infriato, vel glande immissa. Aliquando iecur plus iusto calefactum acriorem materiam perpetuò generat, quæ ad partem affectam defluit. Reiicitur, sentitur morsus, quandoque sequitur febris quasi hectica, & paulatim atrophia. Stercus induratum coniicimus, si diu æger nihil reddiderit, aut non nisi recrementa dura, sicca, sine muco. Extrinsecus comprimitur & pungitur vel à magno & inæquali vesicæ calculo, quia vesica recto intestino incumbit, vel inflammatione parastatum. Hic adest penis distentio, ardor vrinæ. Illic calculi signa adiicienda, vrina retenta, turbulenta, sanguinolenta, & similia. In grauidis minatur aborsum, vt scripsit Hippocr. Vterus enim inter vesicam & rectum intestinum situs est, fœtúque concepto amplior, & vesicam (vnde assiduè meiendi cupiditas) & intestinum premit. Quo fit vt etiam in laboribus partus, & alio quoque tempore tenesmi cuiusdam imago illis eueniat, & si hoc morbo vehementiùs corripiantur, in vehementi illo conatu necesse est laborare vterum, fœtum quoque deprimi assiduo decessu, & vires lædi. Vnde abortus. Interdum tam vehemens affectus est, vt dysenteriæ similis videatur.

Tenesmus grauidis aborsum minatur.

Curatur sublata causa & affectu, vnde nascitur, clysteres ex hydromelite probè cocto cum rebus coquentibus, carminantibus, detergentibus. Omnes in minima quantitate ad ʒ.5. aut ℔.ß. quia intestinum ferè strictum, & vltima tantùm pars abluenda. Insessus in decoctione pingui, inunctio, in vlcere vnguentum Ægyptiacum, fotus ex vino, in quo ruta, vel quæ coquant, incidant, confirment, coxerint. Later vetus fumo denigratus aceto furuenti, vt excipiatur fumus, linteo conuolutus, admotus, & similia.

ANTO.

ANTO. VALETII EXERCIT. XLIIII.

Τηεσμὸς, seu Ἐιτεσμὸς affectus est à symptomate nomen habens, videlicet à tensione, quæ recti intestini extremitatibus incumbit. Causis & symptomatis cum dysenteria cõuenit: & propterea scripsit Galenus tenesmum quandam constituere dysenteriæ differentiam. A bile igitur, aut pituita salsa si ortum habeat, huc reuocantur remedia ad dysenteriam imperata, cathartica, enemata, tum etiam ea, quæ refrigerando humores contemperãt, quæque per vrinas materiam deriuant, apozemata, & zulapia. Quod si frigori aut flatibus accepta referatur causa, fomenta calida satis esse poterunt. *Gal. lib. 3. de sympt. causis.*

De curatione hepatici 1 *fluxus.* CAP. 45.

1 *Hunc hepaticam dysenteriam vocant.*

HEpate calidiore excrementa durissima & similia pilulis caprarum, vnde πειρατώδη à Græcis, nisi iuncta sit imbecillitas. Hic enim biliosa liquidiora, & vt 2 augetur calor, insigniter flaua, crassiora, grauiter olentia, æruginosa, nigricantia assatis humoribus, & postremo colliquata hepatis substantia. Hic sitis, ardor deiecta appetentia, assidua corporis iactatio, difficilis 3 curatio. In infirmitate attractricis hepatis, chylosa. In infirmitate alteratricis primùm quidem loturæ carnium similia, & sanguini diluto aqua: deinde varia qualitate & consistentia, interim quasi limus sanguinis & grumus. Integra ferè appetentia, sitis nulla, frigoris sensus, fœtor exiguus. Hepatici fluxus nocte excitantur magis, longioribus 4 interuallis.

2 *Humoris suppressione & æstu.*

3 *Vehementia symptomatum, humoris contumacia, resoluta hepatis vi ac substãtia.*

4 *Gale cap. 2. lib. 6 de locis malè affect.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 456 sur 805

Horum curatio ex capite de debilitate hepatis petenda est.

In summa vtendum est refrigerantibus, si infirmitas à calido est: calefaciẽtibus, si à frigido. In vtrísque vitanda sunt, quæ obstruunt. In calida.

℥ electarij triasant. ʒ.2. coriandri præparati ʒ.1. semin. acetosæ & portulacæ ana ϑ. 1. coralli rubri ϑ. ß. sacchari rosati ʒ. 6. misce, vtatur in iusculis, in hordeatis, in potu.

Syrupi conueniunt, rosatus, de ribes, myrthinus, cydoniorum, vel iulepus cum multa aqua ferrata. Spodium, semẽ portulacæ, acetosæ, coralli rubr. flos rosarum, & semen arilli, lappæ, cichorium, endiuia, sonchus, coriandrum præparatum, acetositas citri, ptisana, & similia conueniunt. Ceratum 6 santalinum subactum è rosaceo, ceratũ ex oleo rosarum, deinde subactum cum succo cichorij, endiuiæ, sonchi, plãtaginis, & tantillo succi absynthij, vel eupatorij. Ceratis inspergi possunt pulueres ex proximè dicta materia.

In 7 frigida, vnde lotura carnium, electarium de vino prius descriptum, mel passulatum hoc modo præparatum.

℥. passularum benè pinguium M. 2. fiat decoctio ad ℔ 1. ß. vini optimi austeriusculi. Coquantur dum crassescat vinum. Deinde passulæ in supradictum vinum fortiter exprimantur per setaceum, idque satis rarum. Expressio cum vino rursus coquatur ad crassitudinem. Cui adde aromatici rosati ʒ.1 sem. nasturtij & securidacæ assati & infriati, cinamomi electi ana ʒ. ß. misce, vtatur sæpe. Hinc eun-

6 Vt ℥. cerati santalini ʒ.3 pulue. subtilissimi corall. rub. ϑ 4. malaxentur cum oleo cydoniorũ f. emplastrum in formã lunæ crescentis, & dextro hypochondrio admoueatur.

7 Materia scilicet cõuenit, quæ penetrat, vt cyperus, schœnuanth quæ aperit, vt absynth. cichorium: lenit, vt p ssulæ, vinum granatorũ: dulc. abstergit, vt mel: incidit, vt vinũ granatorum maturorũ: præseruat à putredine, vt calam. aromaticus, cinamomũ, lignũ aloes. Cæterùm electarium de vino Arabum his omnibus pollet commemoratis dotibus.

dem puluerem seorsum aceruabis, insperges ʒ.1. lactis vstulati ʒ.4.cum vitello oui, fiet pulticula.

Poterit inspergi & lacti amygdalarum benè cocto. In hoc fluxu lac ouillum coctum & vstulatum conuenit, sed inspergere oportet aliquid supradicti puluris, vel hunc.

℞.corticis thuris ϑ.2.caryophyllorum, cinamomi an.ϑ.ß. Orizogala, pulli gallinarũ & columborum, perdices, auiculæ assatæ, vinum tenue, odoriferum, subadstringens. Inungatur hepar cum oleo mastichino, de spica, de absynthio, & aliis dictis priùs. Deinde superaspergatur pul. mastichis ϑ.1.styracis calamit.Gr.16.thuris albi & nigri an.Gr.6.

Fotus è spongia expressa in vino decoctionis mastichis, thuris, styracis calaminthæ, rosarũ, absynthij, florum cupressi, eupatorij, asari.

Si superueniat febricula(quod sæpè fit)proximè dicta remedia calfacientia temperanda sunt priùs dictis refrigerantibus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

De hoc affectu lege Galenum cap.2.libr.6. & cap. 7. libr. 5.de Locis affectis:capite 8.& 6.lib. de Morbis & symptomatis. Maior sanguinis quantitas reiecta ab hepate necessariò oritur. Sanguis vel rubet: vel aquosus est: vel ater & niger. Is duplex, vel sanguis crassior, vt in bobus: vel limus & fæx sanguinis. Hic rursus duplex siue adustus sit, siue naturalis: crassus nimirùm, à quo vlcera profunda fiunt, & eiusdem veluti serum seu pars tenuior. Rubens αἱματηρὰν dysenteriam efficit: niger, tenuis & splendescens, lotiuum fluxum, quem vulgò vocant, & quem prima dysenteriæ differentiâ complexi sumus: crassus tum hanc, tum etiam secundam. Sed tenuior magis è venis mesaraicis & ramis venæ portæ, quæ incoctum

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 458 sur 805

ſanguinem & ſeroſum continent: craſſior ab hepate, vel liene. Si cum torminibus, dyſenteria eſt. Si in fine febrium quartanarum, morbis à melancholia, & aliquando in peſte, non malum. Si ſanguis aquoſus, tertia eſt dyſenteriæ impropriè dictæ ſpecies. Nonnullis etiam lotiuus fluxus dicitur. Læſo hepate, rupta aut aperta venâ, ſanguis niger, velut craſſum atramentum, deinde rubens aliquando excernitur, & moriuntur. Quales duos ipſe vidi. Vtérque vix ſentiens periculum, animi deliquio paulatim extinctus eſt. Sunt & aliæ multæ differentiæ deiectionum alui ex variis cauſis apud Hippocrat. vt ξύσματα, interpreti ſtrigmenta, veluti linamenta, πτιλόναὶ, liuidæ, δυσώδεες, fœtidæ ex corruptione partium, vnde exeunt: χολώδεες, χολὴν ἄκρατον, bilem ſynceram ſignificantes, non multam, vt vult Muſa, & ſimiles. In quibus hæc duo generalia præcepta tenenda ſunt: omnem ſynceram excretionem metuendam in morbis, quia cruditatem ſignificat: omnem quoque corruptam, ſi die non critico, crudo adhuc morbo, cum labore ægri, non leuat, aut tantùm ad tempus. Ab initio quidem (inquit Galenus de omnibus) nunquam ad bonum fiunt huiuſmodi deiectiones, vt pote magnam viſceris læſionem oſtendentes: ad morbos quidem conſiſtentes ſequuntur ſæpiùs, naturâ ſuperfluitates expurgante. Et paulò poſt. Multi deiectionum colores præter naturam, ſponte quidam euacuati, multarum atquè malarum in corpore diſpoſitionum ſunt ſigna. A medicamento autem ducti vim habente plures humorum ſpecies euacuandi, nihil abſurdum ſignificant. Sed de his multa ſuperiore capite. Varia autem illa excrementa, quæ deiiciuntur, cruditatibus ventriculi reſpondent, quæ retenta corruptelam quandam & vitium contrahunt.

Pro varietate cauſarum multiplex curatio. Quibus ſanguis excernitur, rupta, aut exeſa venâ, ſi vires firmæ, ſanguis modicus è baſilica detrahendus, rhabarb. in ſubſtantia, cum ſyrup. roſ. aqua arnogloſſi, tabulæ ex iis, quæ ſanguinem ſupprimunt, ſyrupus ex ſucco arnogloſſi, centinodia, burſa paſtoris, millefolio, vrtica Græca, vino granatorum, cum ſacch. roſ. embroche ex oxycrato parato ex aqua plantaginis, &c. Vitanda in cæteris quæ obſtruunt: vtendum roborantibus, redeundum ad caput de debilitate hepatis, aperiendum robo-

rando, aqua decoctionis paſſularum, Gallina cum cydoniis & conſeruis adſtringentibus cocta in balneo mariæ, donec ius concreſcat in cauſa conueniente, gelatina ex rebus corroborantibus, cinamomo & aliis, aqua diſtillationis maſtichis, coralli, ſeminis cydoniorum, vnde diluatur vinum.

ANTO. VALETII EXERCIT XLV.

HEpatici fluxus pauci meminerũt Practici, quod affectio iſtiuſmodi vel ad hepatis intemperiẽ aliquam, calidam, frigidam, à qua attractrix, vel retentrix facultas imbecilla, aut ob viſceris eiuſdem obſtructionem, fiat: vnde & communem habet illis cum affectibus curationem. Auicennas in obſtructorum reſeratione, & hepatis confirmatione ſumma medendi præſidia collocauit. Vide cap. 10. lib. 3. Fen. 16. Tract. 2.

De fluxu 1 *Peſtilentiali.* CAP. 46.

GAleno olida inſigniter, fulua & craſſa excernuntur, aliis ſubalbida, Autumno ferè: liueſcit facies, grauatur corpus, pulſus 2 concidit 4. 7. vel 9. moriuntur, aut ægrè conualeſcunt. Alii tota cute 3 commutantur. Aliis decidunt 4 vngues. Fluxus hic periculoſè adſtringitur. Præter remedia ſupradicta in dyſenteria, vtatur auro in decoctis pullorum, perdicum & ſimilium, ſyrupo de ribes, de cydoniis, de myrtillis, de limonibus, acetoſitate citri, vino granatorum, ſyrupo acetoſo ſimplici cum iulepo roſato. Atque aliquando in auro-ra. 3. ß. bonæ theriacæ in vino granato, acetoſitate citri, aut re ſimili diſſolues. Iuſcula alterentur cum

1 *Quod eſt luis peſtiferæ ſymptoma.*
2 *Hippocr. ſect. 3. lib. 3. τῶν ἐπιδημ.*
3 *Diffuſa peſtilenti putredine per habitum corporis.*
4 *Ex atrophia partiũ, & venenata humorũ qualitate.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 460 sur 805

multa acetosa,& nodulo de berberis. Colatitiis inspergatur puluis hic.

℞. limaturæ auri ʒ. 1. diamargariti recens facti ʒ.ß. nucis moschatæ ʒ. ß.margaritarum,smaragdorum, saphyrorum ana ϑ. ß. panis sacchari ʒ. ß. fiat puluis. Interim quoque vtatur puluere vnicornis & cornu cerui, vino tenui,odorifero, diluto aqua, in qua aurum extinctum sit. 5 Vtatur interim hoc electario.

5 Interim etiam vti poterit pilulis Rufi ex aloë, myrrha & croco.

℞. conserue ros. ʒ.1.ß. conseruæ corticum citri conditi cum saccharo ʒ.1.corticum citri ʒ.1.ß.margaritarum electarum ʒ. 1. hyacinthorum, smaragdorum ana ϑ.ß. serici crudi ϑ. 1. seminis citri mundati ϑ.2.ß. acetosæ ʒ.ß.boli armenæ,terræ sigillatæ ana ʒ.2.limaturæ auri ʒ.1.cornu cerui & vnicornis, rasuræ eboris ana ϑ.1.sacchari albiss.ʒ.19. folia auri numero decem.Fiat conditum ad formam sacchari rosati cum aqua rosata moscata.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Pestilentis huius constitutionis Galenus meminit pluribus locis, vt Aph.21.libr. 4. & in lib. de atra bile. Excernebant nigra ferè 7. 9. 11. Quibus deiectio talis non fuit, pustulæ nigræ toto corpore excitatæ. Nullus autem seruatus, qui atram bilem exactam deiecerit. Primis diebus deiectiones erant ruffæ & collicationis indices,vel vt alio loco καλὰ τόπους, vitellinæ, crassæ,acres,fœtidæ,spumosæ.Postea verò, vt scribitur in eũdem Aphorismum,nigræ,vel superassato sanguine vel putredine quadam contracta & corruptela. Sed an fuerit pestis peculiariter appellata,an Epidemius,morbꝰ qui multos interfecerit, dubitari potest. Nam pustulæ illæ nigræ rarò in peste apparent, quin sequatur mors. Et multos ipse obseruaui pestilenti febre laborantes, quibus eruperunt infiniti propè carbunculi, aut furunculi similes carbuncu-

lis, quorum nullus euasit. Cutim & vngues decidere nonnulli à veneno putant.

Non temerè suppriméndus fluxus, sed bezoardicis vtendum, syrupis, cordialibus conseruis, opiatis, rasura vnicornis, & similibus.

ANTO. VALETII EXERCIT. XLVI.

SYmptomaticus huiusmodi fluxus pestilentialis appellatus, bilioſus est, ratione feruoris hepatis, vt plurimùm, proueniens. Ita grauis esse solet, vt vires quàm celerrimè prosternat. Si non vsque adeò sit efferus, soluenti medicamento, vt rheo, curatur.

℞. polipod. quern. contus. cum pauco semine fœnic. ʒ. ß. herb. scariol. cichor. & oxalid. totius ana M. 1. thamarind. ping. ʒ. 5. prun. acid. num. 5. passul. mundatar. ʒ. 3. sem. scariol. & anis. ana ʒ. ß. flor. cardiac. p. 1. f. decoct. ad dos. Infunde rh. elect. ʒ. 2. cinam. ℈. ß. Factæ post sex horas forti expressioni adde zulapij ros. aut syrup. cydon. ʒ. 6. fiat potio.

Aliàs optimum erit bolum armenam, aut terram sigillatam, vt in peste dicetur, exhibere. Empirici in hunc scopum imperant puluerem, aut succum scordij, felici nonnunquam successu: quia fortasse simplicis id medicaminis feruida viscera, maximéque iecur, alterat, atque immutat.

De difficultate meiendi. CAP. 47.

VEsica interiorem membranam habet contextam omni genere fibrarum, quas dum intendit, vrinam continet. Si solùm transuersis, agit, exprimit. Eius actio in totum naturalis.

Eiusdem collo musculus est obliquus. Agit hic transuersis fibris arbitrario quidem motu, ne vrina intempestiuè effluat. Itaque cum plena est vesica, & quantitate vel qualitate irritatur, transuersas fibras

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 462 sur 805

intendit: musculus cessat ab officio, atque ita vrina emingitur. Nerui à lumbis & osse sacro ad vesicam perueniunt. Resolutis neruis aliquando torpescit sensus vesicæ: aliquando musculus sphincter, qui collo vesicæ adnatus est, resoluitur, atque ita vrina intempestiuè effluit. Galen. cap. 4. libr. 6. de loc. malè affect.

Aut si sensum perdidit vesica, retinetur. Aliis nascitur inflammatio læsis vertebris, vnde nerui oriuntur: quod & dolore, & calore loci intelligitur. Aliis rupta vena sanguis emingitur. Grumus fit, qui meatum intercipit, quo vrina expurgatur. Idem meatus & lapillis, & tuberculis, & inflammationibus, crasso pure, vel humore aliquando præcluditur, atque hinc vrina exprimitur.

Vitiatæ verò mictionis tria sunt genera: dysuria, id est, difficultas vrinæ: stranguria, stillicidium, aut substillum malum: ischuria, cum omninò vrina supprimitur. Dysuria libidinem meiendi facit, sed ægrè & vi quadam: aliquando etiam cum dolore vrina excernitur.

In stranguria assidua meiendi cupiditas, sed vrina guttatim effluit. Ischuria impropriè quidem fit perdita renum actione attrahente. Si enim serum sanguinis non attrahitur, vrina non fit. Propriè verò meatu vrinario præcluso, aut infirma excretrice vesicæ, quæ transuersis fibris exprimere non possit. Idque propter intemperiem, vt siccitatem, in ardentissimis febribus: aliquando resolutis vesicæ neruis, & musculo incolumi. Nam si musculus vna resolutus est, vrina præter voluntatem effluit. Dysuriam & stranguriam facit retentricis

imbecillitas, quæ ferè fit à frigido. Frigidum enim veſicæ corpus, & frigido facilè euincitur. Altera cauſa eſt vrinæ acrimonia. Adiunge cætera, vt inflammationem, grumos, vlcera, calculos, & cætera.

1 *Expultricis ſcilicet facultatis veſicæ, quæ dyſuriam facit: aut retentricis, quæ ſtrãguriam.*

Curatio dyſuriæ & ſtranguriæ.

Si à frigore infirmitas, calorificis vtendum eſt, vnctione perinæi & pectinis, fomentis, balneis, clyſteribus, potionibus, aliiſque remediis. Vnguendo olea 2 conueniunt rutaceum, anethinum, chamæmelinum, balſaminum, de ſcorpionibus, de keiri, de lilio, de cucumere aſinino, in quo decima pars caſtorei, ſexta galbani vel opopanacis coxeris. Ex eiuſmodi oleis fiunt cerata. Ceratis conſperguntur 3 aromata, quæ calefaciant, & partium tenuitate facilè penetrent.

2 *Cõmendatur præterea oleum de ſcorpionibus cũ anethino. Vt ℥. olei anethini, olei de ſcorpionibus an. ʒ. 10. caſtorei ʒ. 2 galban. ʒ. 3. Coquãtur in balneo mariæ, f. linimentum.*

Fomenta fiunt ex decocto maioranæ, roſmarini, artheniſiæ, origani, calamenthi, thymi, hyſſopi, parietariæ, ſyſimbrij, berulæ & creſſonum, ex quibus & balnea comparari debẽt. Alioqui has 4 herbas friges in ſartagine ex oleo vel butyro, & emplaſtri modo femori ſuperiori, pectini & perinæo calida admouebis. Omentum arietinum calidum, iiſdem locis admotum iuuat, vel recens detracta pellis cuniculi. Cuius axungia in eundem vſum plurimùm commendatur.

3 *Vt caryophyll. macis, cyperus, angelica.*

4 *Vt ℥. raphani contuſi, parietariæ, creſſionis an. M. 1. Ex his cũ ſullo adipe frixis, vel axungia fœniculi, f. cataplaſma admouendum pubi & perinæo.*

Clyſteribus & glandibus ex ſupradictis herbis, oleis & materia, adiecto ſale & melle, ad irritandum, confici debent.

Decoctum radicis eringij, cyperi, radicis lappę, ameos, cinamomi, nepithæ, myrrhæ, opopanacis,

cretæ marinæ, carthami, extremitatum caulium, & alia, quæ poſtea dicentur cap. de lapide.

Aquæ conueniunt tribulorum, raphani, cretæ marinæ, pentaphylli, alliorum, acori, florum maluę, cyperi, erytrodani, ſabinæ, fabaceorum, ſcolopendrij, alkekengi. Grana alkekengi trita & expreſſa ſuccum reddunt, vtilem cum vino albo tenui, terebinthina, parietaria, acetoſa, acetum album.

5 *Naturalis œconomiæ vitio, excremẽti ſuppreßione, quod in peculiari cuiuſque natura redundare cõſueuit, aut improba victus ratione.*

Conueniunt à proprietate viuerræ genitale, cinis ſcorpionum crematorum, teſta oui repurgata, è qua pullus exierit, aſelli, vermes terreni, ernacei ſiccati, aut eorundem teſticulor. puluis, veſica tauri & capræ.

6 *Ad ſedandum ardorẽ, materiæ euacuationẽ, & faciendum perſpirabile corpus.*

Conuenit & theriacæ potus, vocatum lithontribon, electarium Ducis, aurea Alexandrina, cucurbitulæ natibus affixæ. Pediculus inditus foramini virgæ, aut cimex, vel loco horum fila croci, granulum ſalis, cathæter, algalia, ſyringua, aut candela cerea oleo priùs illita.

7 *Vt aqua decoctionis glycyrrhizæ*

Vbi verò vrina 5 acrior eſt, ſi quidem corpus benè carnoſum eſt, ſi inflammationis ſuſpitio, vena baſilica 6 ſecanda eſt.

Purgandum cum ʒ. 10. caſſiæ diſſolutæ in ſero caprino, vel liquore 7 cõuenienti. Vomitus, ſi quidem conſuetudo eſt, plurimùm prodeſt. Clyſteres è lacte, 8 ſudoris prouocatio.

8 *Vt exitum habeat ichor, cuius acrimonia fit ſtranguria.*

Galenus 9 ex Hippocrate, phlebotomiam è crure magis probâſſe viſus eſt, quàm è brachio. Arabes priùs è brachio, quàm è crure, quod & aliquot locis Galeni non repugnat.

9 *Libro 6. Aphori. aph. 36. & ſent. 5, ſect. 1. lib. 6. τῶν ἐπιδημ.*

Hîc olea conueniunt, violatum, nenupharinum, de papauere, ex quibus cerata fiunt, admixta

modica quantitate caphuræ, gran. 3. aut 4. ad ſingulas ℥. cerati.

Balnea & fotus in decocto ſem. lini, fœnugræci, althææ, pſilij. Nec peccaueris, ſi quid chamæmeli adieceris.

Aqua diſtillata ex acetoſa, plantagine, laureola, pentaphyllo, ſyrupus de iuiubis, de papauere, decoctum glycyrrhizæ, portul. lactucę, quatuor ſeminum communium, lac aſinæ, vel capræ, ſerum lactis, lac amygdalarum, hordeatum cum ſemin. lini, melonum, cucumeris, 4. ſem. communibus frigidis, quale hoc.

℞. ſeminum pſilij, melonum, cucumeris ana ʒ. 2. ſeminum althææ, cydoniorum ana ʒ. 1. ſeminum lactucæ, hyoſcyami albi, papaueris albi ana ʒ. ß. gummi tragacanthi ʒ. 2. fiat decoctio: cum qua diſſolue amygdala dulcia. Fiat lac amygdalarum cum ſaccharo violato. Quòd ſi ſuſpitio eſt vlceris, iam bolus armena, terra ſigillata, ſanguis draconis, pulu. equiſeti cum lacte vſtulato, ſyrupo myrtillorum, iulepo roſato conueniunt. Similiter ſaccharum roſatum, triaſantalum, tragacanthum frigidum, cydoniatum ſine ſpeciebus factum cum ſaccharo. Iniicitur in virgam lac recens emulctum, maximè muliebre, cui ſi calor maior eſt & dolor, addatur mucago ſeminis papaueris, cucumeris, pſilij, & ſimilium cum modico caphuræ. Vbi verò conſolidandum.

℞. lactis mulieris, vel bubuli vſtulati ℥. 3. ſarcocollæ nutritæ, amyli, ceruſſæ ana ʒ. 1. fiat iniectio ter aut quater in die. Laudatur hic puluis, quo manè & veſperi vtatur.

℔.sem.melonum excorticatorum ʒ.2.semin.citruli, cucurbitæ, portulacæ, papaueris albi ana ʒ.ß. sem.hyoscyami albi ϑ.ß.& Gr.6. panis sacchari ℥.3. fiat pul.detur ad ʒ.2.cum iulepo violato,aut liquore conuenienti. Drachma vna trochiscorum alkekengi cum liquore conuenienti plurimùm commendatur.

Grumi decocto stœchados, sarmentorum vitis, mummiâ,oxymelite, rebúsque eiusmodi incidentibus dissolui debent. Hinc graue periculum est. Sequitur enim animi defectio, coloris fœditas, pulsus paruus, frequens, obscurus, anxietas, & vt plurimùm mors.

Sanies & pituita si crassior est,incidendæ.Inflammationes & vlcera suo modo curanda sunt. Ita & calculus. Plenior vesica manibus comprimenda est, & qua parte tumor eminet.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Vrina supprimitur vacua, aut plena vesica.

Vrina vel supprimitur: vel parùm & frequenter mingitur: vel seruat naturalem excretionis modum, sed vesica cum difficultate aliqua aut dolore operatur. Supprimitur autem vel vacua, vel plena vesica. Si vacua, argumentum est vrinam non transire ad vesicam. Vitium igitur erit vel in vreteribus, vel renibus, aut resolutis, aut interceptis. Philoth.in Aphor. obstructionem addit in crassioribus intestinis à crassa & viscida pituita, quæ prohibet ἀνάδοσιν ad hepar, & consequutione quadam succorum generationem, & vrinæ secretionem. Si verò vesica plena sit, in ea affectionem morbosam esse necesse est. Suppressio vrinæ siue renum vitio, siue vesicæ fiat,quibusdam dicitur ἰσχουρία. Propriè tamen hoc nomen vsurpari debet in ea tantum affectione, in qua vrina supprimitur,læsione in vesica existente.Cum autem parùm

Philoth.cõm. ad aphor.46. lib.7.

& frequenter, siue guttatim & maturiùs, quàm pro naturali excretione emittitur, στραγγουρία: quando tempore conuenienti, sed cum difficili motu, aut dolore, δυσουρία nominatur. Hæc est vera distinctio inter has affectiones breuissimè ex multis Galeni locis comprehensa. In quem acerbiùs tanquam tenebras offundentem, nobis inuehi videntur, qui nuper Commentarios in Aphor. scripserunt. Aiunt enim in dysuria semper dolorem fieri, vt in dysenteria: nunquam in stranguria. Sicque hac sola differentia dysuriam differre à stranguria, siue guttatim emittatur, siue contrà. In quo & sibi & experientiæ repugnant, vt qui alio loco scribant stranguriam fieri eo modo, quo dysenteriam ab acri humore confertim ad vesicam irruente, & alibi ardorem vrinæ adiungant, imò producant aphor. 55. libr. 5. Vbi Hippocr. ait stranguriam fieri à magna inflammatione vteri, aut intestini, aut renibus purulentis. Quo pacto hic dolor ad stranguriam nihil pertinebit? Neque ad mixtionem duarum affectionum recurrendum, nisi maiorem multò confusionem in omnibus & Hippocratis, & Galeni scriptis, de industria mutatis pro arbitrio vocabulorum significationibus, inducere velimus. Vnicuique enim libenter concesserim rem quamlibet, vt velit, nominare, modò aut à seipso, aut ab aliis intelligatur. At in veterum scriptis interpretandis non idem licet. Illi enim perspicuitatem sequuti propriis, & suo tempore vsitatis dictionibus conceptiones animi expresserunt, parùm admodum solliciti, quo quisque idiomate deinceps loqueretur, aut in quam significationem vocabula traduceret, modò sententiam non peruerteret. Ac certè nescio an vlla vnquam maior in grauioribus scientiis exorta sit confusio ex præstigiis quibusdam & captionibus tum verborum, tum dialecticarum ratiocinationum, quàm quæ imminere videtur, neglecta vera illa antiquorum methodo, solo nomine plerisque, etiam doctioribus nota. Cùm igitur perspicuum sit, non solùm in dysuria, sed & in stranguria & ischuria dolorem sæpè fieri, actionem tamen vesicæ diuerso modo lædi, num satius fuerit à rei natura, & læsionis in excretione varietate harum affectionum distinctionem sumere, quàm ex dolore, qui omnibus communis esse potest? Vt igitur aluus in lienteria, ita vesica in stranguria, siue vrinæ stilli-

Fuschsius notatur.

Gale. cap. 4. lib. 6 de loc. mal. aff.

cidio non expectat, vt vrina tota colligatur, sed statim, tanquam grauantem (vt ait Galenus) aut mordentem expellit. In dysuria siue difficultate vrinæ expectat quidem, atque aliquando diutiùs, quàm oporteat: sed cum excernenda est, percipit æger dolorem, aut tantam difficultatem, vt sæpè, nisi locum vesicæ comprimat manu, aut diu & magno conatu enitatur, liberè non profluat. Et si in totum supprimatur, iam erit ἰσχουρία. His positis causæ facilè inuestigari possunt. In stranguria primùm vesicam stimulari ad excretionem ante tempus perspicuum est. Id igitur vel vrinæ mordentis acrimonia fieri necesse est, vel imbecillitate retentricis, quæ minimo etiam onere grauatur, vel ab vlcere, erysipelate, abscessu, inflammatione. Acrior vrina redditur vel admixtione acris alicuius humoris, vt pituitæ salsæ, aut bilis, puris per vesicam euacuati, vt à renibus suppuratis, vel quia talis ex venis effluit ex praua victus ratione, aut intemperiem calidam, & humidam, vel humidam acquisiuit. Idque aliquando per consensum vicinitatis ratione. Participat enim intemperie & inflammatione partium proximarum, à quarum etiam tumoribus premitur, vt intestini & vteri. Retentrix imbecilla redditur ab intemperie qualibet, sed præsertim frigida. Musculus vesicam claudens quandoque resoluitur, vt in senibus. Sed propriè non est stranguria. Hæ sunt in vniuersum causæ huius præcipitis excretionis, propriis signis distinguendæ, & ex relatu ægri, quas diuersis locis Hippocr. exposuit. Vt cum scribit in siccitatibus vrinæ stillicidia fieri: alio loco, Recto intestino, aut vtero inflammationem patiente, & renibus purulentis, curari quoque vini potione, & sectis venis interioribus. Δυσουρίας, si dolorem pro symptomate habeat, causa erit inflammatio, vel abscessus, vel vlceratio, vt ab vsu medicamentorum acrium, vel spiritus flatuosus, vel inæqualis intemperies. Si verò difficilem aliquem motum, imbecillitas potentiæ excretricis, vt ob frigus vesicæ, aut colli: vel tumor præter naturam, vel obstructio à crassis & viscidis humoribus infarctis, aut adhærentibus ceruici vesicæ, aut vrinæ permixtis. Ἰσχυρία nascitur obstructione meatus vrinarij, imbecillitate excretricis, intemperie. Obstructio, vel cum collum vesicæ tumescit & induratur extra naturam, adeò vt via vrinæ claudatur: vel cùm ibi aliquid præter naturam ge-

Aphor. 16. lib. 3. 58. 5. 48. 7.

Strangurię cauſæ.

Iſchurię cauſæ.

neratur, vt tophus, carunculæ, tuberculum : vel aliunde confluit aliquid in illam cauitatem, vt grumus, lapis. Imbecillitas ab intemperie, morbo organico, solutione continui, sæpè neglecta meiendi occasione, velut euersa expultrice ob copiam vrinæ immodicam, vnde etiam obturatur meatus. Sic nec vesica sese contrahere potest ad expellendum: nec si id fecerit, præcluso aditu vrina exire. Intemperies à multa siccitate idem efficit, vt in febribus ardentissimis & siccissimis. Si lapis exitum prohibeat, sitque insignis magnitudinis, cognoscitur, quoniam ægro supino, si concutiatur, vrina prodit: si paruus extiterit, cathætere immisso sentitur in collo vesicæ. Si arena, dignoscitur exitu, quanquam rarò obstruat, nisi lentus humor adsit. Si sanguis concretus, liquidus solet antè effluere : si pituita, apparet dum excernitur. Si imbecillitas, præcessit aut diuturna retentio, aut frigus vehemens, aut alia intemperies. Si abscessus, dolores, & febres præcesserunt. Tophus, callus, tubercula solent sequi ardorem vrinæ, fluxum seminis, morbum gallicum, vlcerationem à cathætere. In cathætere cauendum ne fallamur, quòd aliquando pure aut crassitie pituitæ orificium intercipiatur, & os cathæteris angustius, aut quia nihil lotij in vesica, interceptis superioribus. Constat experientia vrinam supprimi à calculo in ventriculo renum sine dolore. Sed vbi incidit in vreteras, acerbissimus dolor excitatur. Plerisque suppurantur renes calculosi, & colliquantur, vt tantùm maneat pellicula, sicuti D. de Mancy, cui ren dexter colliquatus, sinister calculum habebat, vreter & partes reliquæ siccatæ. Subita resolutione vesicæ cuidam cùm subitus dolor motus esset in osse sacro & coccyge, vrinæ suppressio sequuta est, quam tamen reddebat tussiens, & sese comprimens, manu admota pubi. Sensus amissus in recto intestino, vt neque clysterem iniectum sentiret, neque cùm redderetur. Admotis fomentis, & emplastris ossi sacro contra Paralysim, rediit sensus & conualuit. Viro nobili in pueritia secto aderant signa omnia calculi, nisi quòd cathætere non inueniebatur. Mortuo à male curata cicatrice abscessus & gangræna in vesica & vicinia inuenta est. Inflammatio vesicæ dignoscitur tumore supra pectinem, febre, vrinæ retentione & excrementorum alui. Sequitur ferè vlcus, calcu-

Domino de Mancy ren dexter colliquatus, sinistro calculo obsesso.

Inflammationis vesicæ notæ.

lum, vsum medicamentorum acrium, dolorem vehementem.

Varia curandi ratio. Pro causarum diuersitate conueniunt clysteres ex materia conuenienti, quia collum vesicæ incidet recto intestino, fotus, insessus, veronicæ succus, cuniculorum esus, qui iuniperum oleant, candela cerea, iniectiones per virgam, cassia cum tantillo rhab. terebinthina, iniectio ex oleo nardino & succo ocimi, aqua theriacalis, gallus cum parietaria, radicibus, herbis, seminibus conuenientibus coctus, aqua ligustri, herniaria, sacculi, vinum dilutum aqua parietariæ, intinctus ciborum in oxymelite, vel succo limonum, sectio venarum interiorum iuxta Hipp. A materia frigida vini potio, fotus ex decocto apij, illitus ex vnguento Agrippæ, Martiato & similibus, vinum enulatum, stercus grandioris muris.

ANTO. VALETII EXERC. XLVII.

VRina guttatim & sæpè reddita stranguriam facit: excreta magno cum dolore & nisu, aut etiam manu firmiter appressa, dysuriam: suppressa seu cohibita ischuriam. Stranguria duas cùm habeat causas, acrimoniam vrinæ, ab humorum corporis totius mordacitate, aut aliquo renum vitio, vt vlcere & abscessu, itémque facultatis vesicæ retétricis imbecillitatem, à morbo, vt intemperie, aut humore præter naturam, si quidem ab illa fiat, dolorifica est, ab hac minimè. Dysuria verò atq; ischuria maioris tantùm & minoris ratione distinctæ affectiones iisdem innituntur causis. Aut enim fiunt ex partium aliarum consensu, vt resolutorũ renum, serum non attrahentium, vreterum interceptorum, crassorum intestinorum inflammatorum: aut per protopatheiam vesicæ, vel plus æquo frigidæ, vnde expultrix facultas imbecilla, vel obsessæ phlegmone, tumore aut obstructione, sanguinis grumo, pure,

Dysuria & ischuria non maiorem inter se distincta.

re,caruncula,topho,lapide,copia vrinæ, aut deniq; re quauis alia vrinam exitu prohibẽte. Horum cauſæ & ſigna affectuum à Galeno deſcribuntur lib.3. de ſympt. cauſ. & lib. 6.de loc.mal. affectis. Quinetiam plerunque in morbis acutis inſtante criſi vrinæ ſuppreſſio interuenit ad criſim apparens,per ſudores,aut alui profluuium futuram. Aliquando iiſdem in morbis per reſolutionem caloris inſiti veſicæ vrina intercipitur ad mortem. Sed hæ ſuppreſſiones iſchuriæ nõ ſunt, quia veſica plena nõ fiunt. Vt cauſę ſunt varię ita curãdi ratio diuerſa.At priuſquam de remediis decernas, affectam partem explorabis,& ſi tenſio, tumórque nullus ſenſu percipiatur,fiſtulam vrinariam,cathęterem vocãt, in penem immittes. Vbi conſtiterit vrinæ acrimoniam, aut vlcus & abſceſſum renum,ſtranguriam excitare,opportunum fuerit ad ea præſidia, quæ cap. de ardore vrinæ & de inflãmatione renum traduntur, recurrere. Quòd ſi ab intemperie frigida veſicæ id mali acciderit,calorificis remediis,præſertim admotis,ſanatur. Cum autem meiendi difficultas, vel etiam iſchuria vitio renum ſerum non attrahentium fiunt,quia fuſione & ſecretione eſt opus, comparanda ſunt ex ſimplicibus calidioribus & acrioribus apozemata, quæ ſanguinem fundant, & ſerum ſegregent, ſed præmiſſa tamen purgatione blanda.

Non omnis vrinæ ſuppreſſio eſt iſchuria.

Hipp ſent. 16.ſect.2. Prorhet.1.

℞. caſſiæ recens è canna extractæ drach. 6. pulpæ ſebeſten drach.1. rhe. elect. puluerati ℈. 4. vel 3. 1. cum puluere glycyrrhizæ,f. bolus. Vel.

℞.terebinth. Venet.claræ, in aqua roſac. & alkekeng. lot. drach. 3. rhe. elect. pulu. ℈. 2. cum diatragacanth. frigido, f. bolus. Hic vtilior eſt, cum detergendi conſilium

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 472 sur 805

ſuſcipitur.

Clyſteres ſubinde repetiti, materiam aliò deriuando, nec in affectam partem adducendo, magis conferunt. Apozema verò vrinas ciens erit huiuſmodi.

℞. radic. quinque aper. rad. valerian. rub. tinct. maioris eringij ana ʒ. 1. hepar. capill. cich. chamædr. chamæpyth. ſcariol. agrim. eupator. abſynth. hyſſop. ana M. 1. ſemin. apij, petroſ. azar. ſeſel. halicacab. ana ʒ. 2. paſſul. integr. ʒ. 1. ſ. flor. geniſt. ſambuc. ana p. 2. cicer. rub. vnc. 2. herniariæ vnc. ß f. decoctio ad ℔. 1. in colatura diſſolue ſyr. capill. ven. & de bizantiis ana ʒ. 2. ß. f.

Apozema conditum, vt decet. Vbi ſanguinis grumus, caruncula, & tophus ſeu callus in veſica affuerint, vſurpanda erunt mollientia, digerentia, exedẽtia. Molliet hic litus.

℞. ol. amygdal. dulc. & de ſcorpionibus in aq. parietar. lotor. mucag. ſem. alth. lini, & fœnugr. in aq. ſaxifrag. extract. & axung. cuniculi ana ʒ. ß. cum pauca cera in aq. bipinellæ emollita f. linimentum.

Fomentum ex oxymelite cum ſpongia ad incidendum accommodatiſſimum. Vel eius generis incidentia, vt hydromel, oxymel, in quibus quæ calida ſunt, incocta ſint, intromittuntur per cathæterem. Exedentia poſtulãt caruncula, callus, ſed quæ minimum habeant eroſionis. De his conſule Alphonſum Ferrium Neapolitanum Medicum longè doctiſſimum, qui pulcherrimum de caruncula tractatum edidit. Si lapis in veſica ſuppreſſionis vrinæ cauſa ſit, quærenda remedia ex capite de calculo veſicæ.

1 *De lithiaſi, ſiue lapide renum.*

2 *Si tenuis ſit humor, aut acer, vnà que expultrix renum facultas languidior, & meatus anguſtiores.*

De 1 *calculo.* CAP. 48.

CAlculum gignunt calor renum 2 immodicus, aliquando etiam tepidus, & humor craſſior, qui calore lapideſcit. Generatur aliquando

in renum ſtomacho: aliquando in ſubſtantia. In veſica 3 quoque generari veriſimile eſt, & maximè pueris.

Signa, dolor 4 fixus, in renibus grauitas, vrinæ 5 initio tenues. Primùm quidem cum arenis & exigua aſperitate: deinde cum multo ſabulo & craſſiores excernuntur. * Primùm igitur clyſtere molliendus venter eſt. Renes enim oppreſſi ſtercore grauiùs dolent: liberati leuiùs, & ex eo calculus minori negotio excluditur.

In dolore vehementi ſanguis detrahi poteſt è poplite vel malleolo. Aluus quoque leni medicamento ducenda eſt, vt caſſia ad ʒ.i. cum ſaccharo violato, vel glycyr. decocto. Optimum quoque fuerit interim, dum Medicus laborat excludendo calculo, alternis diebus 6 Caſſiæ ʒ.ß. aut ʒ.3. cum ſaccharo violato imperare horæ dimidio ante cibum. Poſteaquam vero 7 ſtercus depulſum eſt, ſecta vena eſt, & lenita aluus, vnctionibus, fomentis, balneis & remediis lenientibus atque laxantibus vtendum eſt. Conueniet itaque oleum viol. amygd.dulc. butyrum recens, oleum in quo radices althææ coxeris. Vnguentum dialthææ, œſypus, hyeme etiam oleum liliorum, & cham. fotus & balnea ex malua, biſmalua, violaria, cham. meliloto, lini ſemine & fœnugr. aliiſque eiuſmodi.

Iuſcula 8 quædam ex malua, biſmalua, adiectis ciceribus rubris cum multo butyro & modico ſale. Poſtea verò remediis 9 vtendum eſt, quę calculum excludunt. Primùm quidem leuioribus, deinde

3 *Prima generatiõe, aut ſecundaria.*

4 *Non vagus, vt in colico dolore.*

5 *Ab obſtructione vaſis vrinarij. Aut etiã vrinariũ ſuppreßio cũ dolore renum repentè oborto. Ex Hipp. in Coacis ans maduerſ.*

* *Pituitæ vomitio, deinde etiam bilis aruginoſæ, femoris quod è directo eſt, ſtupor.*

6 *Vt nephritica remedia inoffenſo curſu ad renes perueniant.*

7 *Stercoris enim copia nephritici damnis augẽtur, compreſſis à colo fæcibus diſtento renibus.*

8 *Vt ℥. ſummitatum biſmaluæ M.1 fi. iuſculum cum multo butyro & cochlearis vno mellis Narbonenſis.* 9 *Si ſubſiſtat calculus, & ad veſicam viam affectet.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 474 sur 805

fortioribus. Conuenit initio oxymel ſimplex cum decocto liquiritiæ. Betonica, lupulus, capparis, ſcolopendrium, capillares herbæ, radix graminis, chamębati, & ſimilia. Fortiora ſunt ſcylla, iris, enula, ariſtolochia, & ſimilia. Oportet autē interuallis repetere hæc remedia leniendo, laxando, excludendo.

10 *Hæc ex Aëtio. Obſeruabis verò ſanguinẽ illum efficaciorem futurũ, ſi poſtremis diebus hircus diureticis altus fuerit.*

Sanguis 10 hircinus è iugulato hirco iuuene, quo tempore vuæ matureſcunt: medius quidem excipitur, relicto eo, qui primus fluit, & poſtremus fictili vaſe excipitur. Inſolatur, 11 exſiccatur, reſeruatúrque fideliter. Cùm vſus fuerit, accipies pul. ʒ.1.ß. cum vino tenui.

11 *Obducto linteo, ne ſolis ardore vis euaneſcat.*

12 *Gal. lib. 9. Simplic. vnum lapidis Iudaici genus tãtùm ſtatuit. Vnde colligas libell. de calculo falſo Galeno tribui.*

Aurelianus à balneo, aut iam laxatis viis, renes, pubem, interfœmineum, calido hirci ſanguine inungit. Lapis Iudaicus tritus & potui datus ʒ.1. pondere. Solinus, Dioſcorides & alij Medici tum renum, tum veſicæ lapides frangere hunc ſcribunt. Galenus non veſicæ, ſed renum. Author libelli de calculo duplex 12 genus facit, ſcribítque marem è renibus, fœminam è veſica calculum educere.

13 *Huiuſmodi oleum tenuandi & incidendi in διεξόδῳ vim habet.*

Datur cum oxymelite tritus in cote, vel cum ℥.3. aquæ conuenientis. Oleum 13 chamæmelinum fictili vaſe concluditur, miſtis floribus geniſtæ. Vas fideliter clauſum ſtercorario fimo ſepelitur, illícque, vt efferueſcat, aliquot dies relinquitur. Eo oleo renes, pubes, perinæum inunguntur.

14 *Hæc proprietate inexplicabili dicũtur eſſe nephritica. Pulueiſculum autem aptè conficies ex radic. petro. rad. ſaxifrag. & lapillis qui in aſtacorum capitibus reperiuntur. Conferet mirificè ad lapidem confringendum cum vino albo aqua fœnicul. ſcolopend. aut petroſelini diluto exhibitus.*

Beſtiolæ in lapidariis, fodinis, quaſi verrucæ lapidibus obhæreſcunt, quæ ſi quinque numero ex aquæ ℥.3. ſumãtur, mirabiliter iuuant. Pellis 14 lepo-

ris cremata,lepus decolatus, alioqui integer cum croco & carnibus vaſe fictili crematur.Eiuſdem renes ſiccati & inueterati pondere ʒ.4. ex vino tenui propinantur. Cinis vngulæ equi,plumarum palumborum,teſtæ cochlearum, cãcrorum,vermium terrenorum, aſellorum,paſſerculi, quam caudam tremulam vocant, ſtercus murium in aceto tritum. Calculus, quem quis primùm excluſerit. Lotium capræ montanæ,cicadæ,& alia eiuſmodi à proprietate calculum excludunt.

15 *Vini albi vſus in calculi geneſi non probãdus, quod ad renes humores deducat excremẽtitios.*

Corticis raphani acerrimi ℥.6.horis 12.in 15 vini albi tennis ℥.8.madeant. Colatura duabus doſibus ſumitur.

16 *Imò potius ad curationem,quam ad prouſionẽ terebinthinæ præſcribẽda.*

Terebinthina 16 ad cautionem calculi potiùs, quàm ad excluſionem,imperanda eſt,eáque multis modis vtimur.

17 *Idem facit terebinthinæ aqua ſtillatitia.*

℔.terebinthinæ ℥.4. inuratur in lamina ferrea candente,vt poſſit infriari.Dabis ʒ.2. eius pulueris cum ℥.2.aquæ ſaxifragiæ,chamæmeli, vel geniſtæ, & ℥.1.oxymelitis. Hoc medicamentum 17 excludendo calculo ſatis eſſe poteſt, vbi priùs lenieris,& relaxaueris.Vt

18 *Ex Rhazæ deſcriptione,quæ turbith.nõ recipit, Attamen huius loco recte ſubſtitues hieræ pic.ʒ.2*

℔.terebinthinæ.℥.ß.lithontribi ʒ.2.miſce,fiat bolus. Aliud.

℔.terebinthinæ lotæ decies in aqua ſaxifragiæ ℥.ß.cum ſaccharo fiat bolus.Hoc verò datur tempore paroxyſmi.

19 *Hoc medicamentũ pari facultate leniendi & tenuãdi pollet, propterea q; ad paroxyſmũ διεξόδος imperari poteſt.*

℔. terebinthinæ lotæ in aqua violarum ℥. ß. 18 benedictæ ʒ. 2. Aliud.

℔. 19 terebinthinæ lotæ in aqua halicacabi ʒ.2. pul.tragacanthi & glycyrrhizæ ana ʒ.1.ß. incorporentur in ℥.ß.caſſiæ,cum ſaccharo fiat bolus. Aqua

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 476 sur 805

distillata è terebinthina.

Iustinianum excludendo calculo ad ʒ. 3. dissoluitur in glycyrrhizæ decocto, vel cũ saccharo violato in bolum cogitur. Lithontribon per se ʒ. 3. pondere, vel cum ʒ. Iustiniani ex decocto glycyr. aqua violarum, chamæmeli, aut simili. Aliud.

℞. cornu cerui vsti & pulueriſati, gummi tragacanthi similiter pul. ana ʒ. 1. terebinthinæ in lamina terrea, vt priùs, crematæ ʒ. ß. lapidis Iudaici, pul. vermium terrenorũ ana ℈. 1. incorporentur omnia in Iustiniani ʒ. 1. ß. Deinde in decocto glycyrrhizæ dissoluantur, & fiat potus.

20 *Guaiacinum decoctũ diureticũ est, vnáque cum primis sudores ciet maximè: sed potius in prouisione confert, quàm exclusione.*

Sunt qui singulare præsidium putant frangendo lapidi lignum 20 guaïacum: iusta quidem ratione, virtute videlicet incidente, adstringente & leniente. Talia enim esse oportet, quæ calculosis imperantur. Vitanda tamen sunt, quæ nimium siccant, quæ crassiorum partium.

21 *Quòd venas habeant angustas*

Ratio quoque habitus corporis ineunda est. Obesum corpus magis 21 tenuantia, gracile verò minus perferre potest. Sic loci, temporis, anni, ætatum & similium meminisse oportet. Laudatur & hæc distillatio.

22 *Vt puluis polygoni minoris, betonicæ, lapillorum astacinorum, puluis corticis cassiæ*

℞. mellis ros. terebinthinæ an ℔. 1. iuiubarum, sebesten, nucleorum pini ana ℥. 4. Granorum alkekengi, seminis cucumeris, nigellæ, apij ana ℥. 2. succi raphani per residentiam depurati ℔. 2. Semina, & reliqua materia solida, conquassentur: cum cæteris in alembico ponantur, fiat distillatio. In distillationis vnc. 3. dissolue ʒ. 1. aut ℈. 4. 22 eorum, quæ à proprietate calculum excludunt. Qualia sunt anteà descripta, cinis scorpionum, scarabeorum, hepatis

asini,testæ ouorum, ex qua exclusus recenter pullus est,hirundinum,testarum auellanæ.

Limonum succus à multis commendatur. Item & cinis vitri combusti. In vehementi siti & calore, si quidem priùs vacuatum corpus est,si debilitas visceris, aut consuetudo non prohibet, aquæ frigidæ potus largiter exhibitus aliquando calculum excludit. Aliud remedium.

℞.rad.asparagi,rad.rubi humilis ana M. 2.foliorum betonicæ,polij montani ana M. 2. cicerum nigrorum M. 1. fiat decoctio in aqua pluuiali secundum artem. In fine decoctionis adde aceti scyllitici ℥.1.fiat colatura.Dosis ℥.4.cum ʒ. 1.lapidis Iudaici, aut similium.

Frangendo calculo non est remedium inuenire forsan isto accõmodatius.℞.succi limon.℔.2. succ. raphan.℔.3.succ.bipinell. beton. saxifrag. parietar. alkekeng.alth.cressionum ana ℔. ß.Misceantur simul.Quibus adde tribulor. cortic. bruge spinæ, radic. fœnic. petros. acor. enulæ, veronicæ, gentian. ireos Florent.an.℥.2.seminis melon.ocymi,bardan. milij solis,seminis petrosel. Macedonici ana ℥. 1.semin.cucumeris,portulac.citrul.ana ℥.ß. fol. & flor. beton. scolopend. asplenij, flor. viol. alth. bugloss. tapsi. barb. ana M. 2. f.infusio, deinde fortis expressio.In qua dissolue mell. optimi despumati ℔.2.terebinthinæ ℔. 1. aceti alb. quart. 1. specier. electar. Duc.aureæ Alexandrinæ,lithontr.ana ℥.1.f.distillatio in alembico ex arte. ℞. supradictæ distillationis ℥.3. sacch. violacei ℥.1.cinam.ʒ.ß. Detur bis in die horis 4.à cibo,neque comedat post horas quatuor.

Sunt qui agripalmæ manipulos duos contun-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 478 sur 805

dant, sensim affundendo vini alb. ʒ. 4. salis subtilissimè triti ʒ. 1. & factam expressionem potui dent. Alij aquam argentinæ commendant, aquam chamæmeli, itémque lappæ radic. decoctum.

Remedium Porphyrij & Octauij.

℞. brassicæ siccæ & in puluerem redactæ ʒ. 2. piperis ʒ. ß. misce. Dato ʒ. 1. ex aqua, aut aqua alkekengi, aut simili.

Gallus lassatus flagris cum polytrico, trichomane, lupulo, asparagis, aliisque eiusmodi ad putrilaginem coquitur: ius sorbetur. Conueniunt præterea scolopendrium, portulacæ succus, cucurbitæ cinis, valeriana, semen personatæ, cardui & damosonij radix, lini, cucumeris, maluæ, fœnugræci, apij, seseleos, hederæ semina, cyperi radix, asari, rusci, cynosbati fructus detracta interiori lanuginæ, & spongiolæ in cynosbato natæ, gummi, nuclei cerasorũ, persicorum, cortex medius corilli, sarmenta vitis combusta, & extincta in vino tenui, aut liquore conuenienti, vt bibatur colatura.

Electri, lapidis spongiæ, pul. saxifragiæ ana ʒ. ß. ex aqua genistæ, aut simili.

Cucurbitula, lenito priùs dolore, remollitis ac relaxatis partibus, iam non vrgente inflammatione, renibus primùm, deinde perinæo & inguinibus affigi debet.

In summa clystere mollienda aluus, leniendus venter è cassia. Detrahendus sanguis è crure, nisi plenitudo sit totius corporis: sic enim è cubito priùs. Lenientibus atque laxantibus, deinde etiam leuiter incidentibus calculus ad exclusionem præparandus est, paulatímque faciendus gradus ad ea,

quæ detergent, attenuant, expellunt, atque etiam vrinas mouent: multò maximè cum iam remittitur dolor, & calculus commutat locum. Quòd si iis, quæ bibuntur, nihil efficitur, cucurbitulis vtendum eſt. Si verò neque hoc remedio exit calculus, ad relaxantia, lenientia, & initium curationis redeundum eſt. Relaxabunt & leniunt fomenta, cataplaſmata. vt. ℞. fol. malu. biſmal. parietariæ ana M. I. ſummitat. aneth. flor. chamæm. & melilot. ana p. I. ſemin. alth. lini, fœnugr. aniſ. ana ℥. ß. bulliant in aqua & vino albo pro fotu. Ex huius decocti magmate fingetur cataplaſma, additis ol. ſcorpion. & cuniculi axungia. Auena, berula, gallitricum, melilotum & ſimilia è vino albo, aut butyro friguntur, & inde fiunt ſacculi & emplaſtra minori apparatu. Si verò tranſlatus eſt calculus in veſicam, nec aliter extrahi poteſt, ad inciſionem confugere oportet. Cuius rationem repetes ex 6. Pauli, Chirurgia Albucaſ. & aliis Chirurgis.

23 *Vt ad cataplaſmata ex raphano, naſturtio aquatico, parietaria in adipe cuniculi frixis confecta.*

In hoc morbo dolor intolerabilis facit, vt aliquãdo vtendum ſit narcoticis. De quibus multa anteà.

Deſcriptio 24 olei de ſcorpionibus.

℞. ariſtolochiæ rotundæ, gentianæ, cyperi, corticum radicis capparis ana ℥. I. Bulliant omnia in ℔. I. olei amygdalarum amararum.

Sunt qui addant ſucci raphani ℔. ß. vt fiat decoctio ad ſucci conſumptionem. Alij aquam. Per hebdomadem inſolentur.

Singulis libris colaturæ adiice duos ſcorpiones, & rurſus inſolentur dies 15. Gutta eius olei virgę infunditur: eodem oleo pectem & perinæum inunguntur.

24 *Quod ad comminuendum calculũ in renibus valere putatur.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 480 sur 805

Probatum quoque multis balneum ſulphureum, ex aquis naturalibus, vel ſubquadruplo ſulphure liquato in quadrupla aqua. Alij in eiuſmodi aquam calidam lintea immergunt, & calida perinæo ac pectini apponunt.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Calculi in capite concreti.

Multis in partibus corporis humani calculi generari poſſunt. Obſeruauimus concretos in capite & vtero mulieris, cui diſſecandæ in Scholis publicè præfuimus. Multis in folliculo fellis leues, nigri, flaui, innatantes, aquæ, qui quandóque excluduntur deorſum. In nobiliſſima muliere 53. repertos, ſecto folliculo, videre licuit in Auernia. Puero cuiuſdam ſutoris in meſenterio inuenti: duabus mulieribus in pulmonibus: multis in articulis, iecore, liene, ventriculo. Adhærent ſæpè veſicæ, cranio, vtero. Galenus de humoribus meminit calculi in vtero. Muſa mulierem refert ex ano quinque lapides reddidiſſe. Quod veriſimile eſt. Nam pituita ſæpè lentiſſima inteſtino hæret, quæ poteſt concreſcere, dum ſatis non detergitur. Galenus 5. de locis affectis meminit cuiuſdam, qui è thorace velut grandines expuebat. Alberto Saonarolæ mortuo decem calculi inuenti in veſica magnitudine oui columbæ & figurâ, ſinguli pendentes plus quàm ʒ. v. omnes ſimul ℥. vi. vt ſcripſit Muſa. Pituita putris & pus craſſum aliquando repræſentant calculi ſigna, vt in Præſide quodam multa mucoſa, viſcida, longo tempore quotidie expurgante. Sed de materia, cauſa efficiente, & generationis modo in veſica & renibus non eadem omnium ſententia. Alij aiunt multam materiam craſſam ac terream primùm cogi in vnum in veſica, cuius pars intima concreſcit, tandémque, ſi non eiiciatur, calore & frigore parte tenui conſumpta in lapillum coaleſcere. Hinc voluitur ab vrina, & ſemper ſibi adiungit atque ſic augetur. Cauſam autem efficientem eſſe tum calorem, tum frigus, vnde in ſenibus & pueris generantur, non in iuuenibus. Alij ex Hippocr. materiam faciunt vrinam aduſtam à feruore & ardore. Quorum enim aluus fluida eſt ac

Lapides ex ano redditi.

Mirum de Alb. Saonarolæ calculoſo.

De calculi cauſis variæ ſunt authorũ ſententiæ.

ſana, & veſica, aut veſicæ os, non ardet, his facilè vrinam effluere, & in veſica nihil congregari. Quorum verò aluus ardens & feruida fuerit, in his etiam neceſſe eſſe veſicam idem perpeti. Cùm enim magis, quàm pro natura, fuerit calefacta, ſtomachus eius inflammatur. Vbi verò hæc perpetitur, vrinam non demittit, ſed in ſeipſa concoquit & adurit: & quod quidem tenuiſſimum in ipſa eſt, excernitur: quod puriſſimum tranſit ac emingitur. Indicio eſſe vrinam ſplendidiſſimam excerni inſtar ſeri. Braſauolus tertium modum affert ex eodem Hippocr. 4. de morbis. Fieri enim ex arenis, ſedimento, velut glutine, copulante. Hoc quibuſdam non placet, quia natura vt ſtatim arenam ſenſerit, protinus eiicit. Et cùm renum calculus nudus ſit, adeo veſicam vexat, vt diu non poſſit retineri, quare nec augeri. Contrà nonnulli nullum in veſica lapidem generari aiunt, quin in renibus acceperit principium & rudimentum. Indicia eſſe nephriticos dolores, qui in omnibus præcedunt, & in omnibus calculis medium quaſi nucleum reperiri, verum rudimentum à renibus exturbatum. Philot. contrà, ſæpiùs in veſica propter capacitatem calculos generari. Reſpondent capacitatem iuſtum argumentum non eſſe, & experientiâ doceri contrarium. Tantam controuerſiam neque noſtrum eſt conciliare, neque breuibus ſcholiis id poteſt præſtari. Si tamen licet ex iis, quæ apparent, quicquam efficere, cùm lapides renum & veſicæ, neque eodem colore, neque eadem figura, neque eadem ſubſtantiâ, nec in eodem ſexu aut ætate ſimiliter concreſcere ſenſus doceat, omnibus eandem cauſam, aut generationis modum tribuere, aut locum, non minùs abſurdum videtur, quàm ſi in metallis & lapidibus terrenis idem fieret. Veſicæ enim calculi ferè maiores, rarò alio colore, quàm albo, aut cinereo, in pueris frequentiùs ob edacitatem, vt ait Galenus, vnde crudi humores generantur, qui calore concreſcunt. Sed fuſam craſſitiem, exceptam ob robur natiui caloris & virtutis naturalis in veſicam renes excernunt. Adde ſi vis mollia & humida corpora puerorum & fluxilia, quod plurimùm facit ad excretionem materiæ craſſæ. Quæ quia in ſenibus & adultis non adſunt, in illis frequentiùs generantur in renibus. In mulieribus rariùs propter menſtrua, & laxitatem mollitiémque viarum.

Hæc Fernelij eſt opinio ca. 43. lib. 6. Pathologici.

Philoth. cõment. in aph. 80. lib. 4.

Calculi in renib.⁹ cur mulieribus rariùs generentur.

Aceruantur lactis, caſei, vinorum craſſiorum vſu, vt Ferrariæ : aquarum limoſarum, vt Lutetiæ : alimentorum craſſi ſucci, vbicúmque ſit. Vrinæ aliquando arenoſæ ex veſica: aliquando contrà. Ex his omnibus in veſica & ab arenulis, & à materia terrea atque aduſta, ſed multò frequentiùs ex crudo ſucco, limoſo ac viſcido, quo etiam coguntur arenulæ, calculos oriri conſentaneum eſt, aliquandóque arenulas ex renibus in veſicam labi, ſed & ex ipſius vrinæ fæce reſoluto humore poſſe fieri, à calore ſtomachi ipſius, vt ait Hippocrates, quales in matulæ fundo apparent. Craſſities materiæ intelligitur ex corticibus veluti cæparum, quibus lapides veſicæ integuntur, & ex compacta ſubſtantia ac duritie. A viſcido humore frigus, à ſuperueniente calore induratio, coctio & quaſi aſſatio, vt in lateribus ex luto : vnde neque calore liquantur, neque frigore. In renibus verò ferè tinguntur rubro, vt rubrum intelligas, & flauum, & ruffum iuſta ratione, quod & in arenis videre licet. Nam à ſanguine, calore loci, & partis colore tingi ſolent. Minùs duri, ſperi, & magis friabiles, quàm in veſica. Ergo magis ex arenulis coaleſcunt. Cur igitur multi arenas, mingunt, neque calculoſi ſunt? Cauſa in promptu eſt. Non enim coguntur, niſi viſcido aliquo, & crudo humore, tanquam glutine. Opus eſt tempore. Vbi igitur obſtructio à craſſis & viſcidis humoribus, & acrior vrina ac magis fæculenta, anguſtiores meatus, calore ſuperueniente à quacúnque parte, vt hepate, corde, renibus, quod diu impactum fuit in meatu, induratur & lapideſcit, figurámque accipit à ſinu, in quo eſt. Neque impedimento eſt, quod nonnulli reſpondent, ex calculo arenulas fieri, non contrà. Cur enim qui generantur in veſica, in arenulas rarò diſſoluuntur? Neque etiam ob id neceſſe eſt in calculo renum ſemper arenulas excerni cum vrina. Nam in multis diſſectis probatum contrarium, qui calculoſi ſunt inuenti, cùm neque arenas meierent, neque laborarent vrinæ difficultate, infoſſo calculo in ſubſtantia renum. Archigenes & Philagrius arenas reddi volunt, cum iam calculus è rene in veſicam deſcendit. Rudimentum quoque in renibus quandóque accipi, accretionem verò in veſica non eſt negandum. Cuiuſmodi calculi in medio ſunt friabiles, in ſuperficie duriores & magis cõpacti, doloréſque nephritici præcedunt.

Cur multi arenulas fundũt, cùm calculoſi nõ ſint.

Quæ omnia plurimùm conferre videntur ad curationem & prædictionem, vt in quibuſdam potius ad arenularum generationem reſpicere, in aliis ad crudorum humorum copiam oporteat, certúmque ſit in renibus, & ex arenulis faciliùs poſſe comminui. Calculus renum exactè deſcribitur his ſignis. Dolor renum acutus adeſt. Sexto tamen Epid. grauis in renem dolor, cum cibo replentur. Quod ita diſtinguendum cenſemus. Cum enim in ventriculo renum figitur, vel ſine dolore eſt, vel cum graui. Vbi incidit in vreteras, vel etiam intra renem, pungit pelliculam in exortu vreterum dolor acerbiſſimus. Cum etiam mouentur vehementiùs, aut ſpinam flectunt, dolorem acutum percipiunt, & ſtuporem circa lumbos & crura ob compreſſionem nerui à lumbis, vel, vt alij volunt, venæ cauæ. Proinde additur ab Hippocr. & in lumbos, & in teſtem ſecundum renem ſitum. Videtur enim quibuſdam teſtis ſurſum trahi. Dolor ille fixus eſt, nec locum mutat, vt in colico. Frequenter mingunt. Sed paulatim adſtringitur & ſupprimitur vrina. Vrinam enim frequenter fluere non eſt ſufficiens argumentum liberos eſſe calculis vreteras, cùm vno clauſo per alterum reddi queat. Suppreſſa vrina regurgitat, vnde alui tumor, ſingultus, animi deliquia, coma, dyſpnœa, Cataphora, &c. Non ſemper arenulæ rubræ prodeunt, ſed ſæpiùs, præſertim vbi è renibus emotus eſt lapis. Vomunt pituitam inualeſcente dolore, & æruginoſa, faſtidium cibi, alui excretio difficilis. Ex libr. 6. τῶν ἐπιδημιῶν. Sæpè ſanguis excernitur ob violentiam calculi.

Renum calculi faciliùs atteruntur, quàm veſicæ.

Vrinæ quantumuis fluitans liberos calculis vreteras non arguit.

Clyſter lenis, fomentum, vnguentum, bolus, phlebotomia. Molliuntur viæ caſſiâ cum rhab. ceſſante dolore & vomitu. Deinde terebinthina: poſtea oleo amygdal. dulc. cum alphenico, vel diatrag. hinc cataplaſma molliens. Poſtremò quæ comminuunt. Inueteratus calculus paulatim atterendus. Alioqui fruſtrà contendimus exſcindere. Vbi iam durior & maior ſubſtantiæ reni impactus, & quaſi actis digitis & radicibus inhæſit, fruſtrà oppugnatur. Recens natis mollior. Ille tamen atterendus paulatim, & confringendus. Alia enim remedia excludunt, alia atterunt & frangunt. Regurgitante vrina ad ventriculum vomitus cien-

dus, aluus ſubducenda. Alioqui vis medicamentorum hebetatur, licet ab hepate & renibus eorum quoque vis infringatur. Vehemens impulſio, commotio, affrictio, qua parte vreteres explantantur, è renibus vrinam & calculum promouent. In excludendo calculo renum videtur quædam periodus. Multis quieto dolore, nec opinantibus, excidit. Infinita propè ſunt remedia in veterum libris, ſed cum iudicio & delectu eligenda. Quidam nobilis Lutetiæ lapidem habuit mollem, laxum, efformatum ad inſtar mortarij, per quem tranſcolata aqua & epota mirum in modum iuuabat calculoſos, & vrinam ſuppreſſam. Cauendum à nimia refrigeratione renum, quia inde anguſtiora vaſa reddūtur, & aliquando gignendi impotentia conſequitur.

ANTO. VALETII EXERCIT. XLVIII.

CAlculi, lapides, arenulæ, ſæpè præter naturam in renibus coguntur, humore ſcilicet aqueo ac terreo, tenaci præſertim & glutinoſo, eò confluente, cuius portio tenuior caloris acceſſione exhalet, craſſior exuſta, exſiccatáque ſpatio temporis in ſubſtantiam topho ſimilem & lapidoſam conuertatur. Vide Galen. comment. ad ſent. 6. ſectio. 1. libr. 6. Epidem. Vnde deprompta reperias, quæ de calculi cauſis & ſignis fuſiùs ab Hollerio memorantur.

Calculi renum curatio.

De calculo atterendo cum cogitat medicus, prę- purgata prima corporis regione blādo cathartico, aut iniecto clyſtēre, toti proſpicit corpori ſectione venæ, ſi plenitudo adſit, ſi fluxionis metus & inflāmationis in propinquo ſit, ſi dolor intolerabilis, atque adeò grauis febris vrgeant, viribus alioqui cōſtantibus. Pertunditur vena axillaris interna cubiti è directo: quanquam Galen. in nephritico dolore

Gal. cap. 17. lib. de curād. rat. per ſang. miſſionem.

venam poplitis, aut malleoli secat. Quod non fit, nisi inflammatio, fluxio, aut copia sanguinis aliud suadeat. Mox conueniet purgare, vias lenire, ac laxare. Purgatio ergo sit eiusmodi.

℞.cassi.fist.recēs è canna extr.ʒ.6.rh.elect.pul.ʒ.1.diaphœnic.ʒ.ß.cum puluere glycyrrh.& tragacanth.f.bol.parui, obeliis inuoluti. Vel.℞.rh.elect.ʒ.1.ß.agar.troch.ʒ.1. infundātur seorsim in aqua parietar. vel vino albo, vel cicer.rub. decoct. cum tantillo cinam. Factis express.adde syr.de alth. vel de scolop.aut glycyrrh.& cathol.ana ℥.ß.f.potio.

Pauperibus in oxymelite Galeni, aqua parietariæ, aut decocto radic. aperientium dissoluitur ℥.1. cathol.cum ʒ.2.diaphœnic. Syluius putabat clysteres maiorem habere vim, quàm quæ per os sumuntur, quia integris viribus ad renes perueniunt, ipsos onere magno leuant, ac velut fomento quodam dolorem mitigant. Sic autem parantur.

℞.malu.bismal.parietar.berul.ana M. 1.flor.chamæ. melil.ana p. 2.semin.anis.fœnic.ana ʒ.2.f.decoct. & colatura ad ℔.1. In qua dissol. benedict. laxatiu. & hieræ ana ʒ. 6. terebinth. Venetæ ʒ.3.mell.ros.colati, sacchar.rub.ana ℥.1.olei rutac.& aneth.ana ℥.1.ß.f.clyster. Vel.℞. decoct.remol. addita ℥.ß.semin.fœnic. vel hydromelitis bene coct.℔.1. In qua dissolue quæ suprà.

Quòd si leniendus tantùm sit dolor, ex ol.amygd. dulc.lini,& chamæm.ana quart.1.f.clyster. Reiecto clystere hæc imperentur.

℞.ol.amygdal.dulc.℥.2.vini maluatic.℥.4.Cap.post clysterem.℞.parietar. M.3. frigantur cum oleo de scorp.& amygd. dulc.f.cataplasma pro renibus.

Si calidiores fuerint renes, illinetur eorum regio oleis ros.& violaceo lotis in aqu. plantaginis, aceto tantulo addito. Ab his præscribetur apozema ad

calculum conterendũ,quale hoc eſt,quod Hollerio & Syluio fuit familiariſſimum.

℥.radic.althææ,gram. acetoſ.petroſ.ana.ʒ.1.brugeſpinæ & ramuſculor. eiuſdem,ſerraturæ ligni guaiaci ana ʒ. 1. cortic. radic.cappar. thamariſc.& fœnic. ana ʒ. ß. ſemin.aniſ.fœnic. milij ſol.hyper.ſemin. cucum.cuſcut.citr.ana ʒ. 2. folior. biſmal.M.4.beton. viol.maluæ ana M.1.end.ſcariol. agrim. ana M.ß.fol.pariet.capill.vener.ceterach, ſcolopendr. cuſcut. ana M.1.paſſul.mundat.iuiub.ana num. 12. fruct.alkekeng. num. 30.flor.beton. hyperic. biſmal.malu. tapſ.barb. viol. borrag. ana p.2.aquar.ſtillatit. halicac. parietar. end. portul. acetoſ. chamæmel.ſucc.limon.ana ʒ.2. aqu. fontanæ puriſſ.q.ſem.fi. decoct.ad ℔. 2. In colatura diſſolue ſyrup. de althæa & de limonibus ana ʒ.4.f.apozema conditum exarte. Vel in colatura diſſoluta ℔.1.ſacch.& ſyrupor. prædictor.ana ʒ.2.fi. ſyrup. perfectè coctus,vtendus per ſe,vel cum vino albo. Vel.℥.rad. petro fœn.apij, temperatar in aceto fortiſſi. per noctem, cordibus abiectis,ana ʒ.ß. rub.maioris ʒ.1. capill. ven. ceterach. adianth.bardan.ana M.1.ſemin.aniſ.alth.milij ſol.ameos ana ʒ.ß.ſemin.melon.ʒ.1. vuar. paſſar. ʒ.ß.glyçyrrh.raſ.ʒ.2.cicer. rub.trium.flor.cardiac.ana p.1.aqu. font.q.ſuffi. vini alb. ℔.ß. f.decoct.ad ℔.1.In colatura diſſol.ſyr.capill.ven.& oxymelitis ſimplicis ana ʒ.2.f.apoz.in treis doſ.

Vulgò probatur decoctum cicer. rubrorũ. Ioannes Vaſſæus Medicus celeberrimus improbabat, quod renes vlcerare contenderet ex Dioſcoride. Eius loco aiebat ſaluberrimũ eſſe remedium decoctum ſummitatum althææ, braſſic. rub. cum melle optimo,& butyro recenti. Huius decocti vſus eſſe debet per dimidiam horam ante paſtum.

Alij iuſcula inſtituunt ex malu. biſmal. bipinell. ſaxifrag.berul. herniaria, violaria, radic. lappæ maioris, aſparag. quinq. foliis cupreſſi, ciceribus rub. radic. petroſ. fœnic.in aq. fontana ad mediæ partis cõſumptionem,quorum vſus ſit ante paſtũ. Obeſis corporibus,

corporibus,iisque priùs benè purgatis,guaiaci decoctum conferet. Honoratus Castellanus maximè probabat decoctum vrticæ nouellæ,sed præsertim veris initio vsque ad Maium. Efficacius fuerit, si sumpta electarij sequẽtis tabella vna superbibatur.

℞. nucl.persic. ʒ.2. lapil. lync. Iudaic. ana ϑ.1. milij sol gran. a'kekeng.gram. ana ʒ.ß. polypod. ʒ. 1 genist. asparag. semin basilic. ana ϑ.2. nucl. mespilor. ana ʒ. 1. ß.semin.apij, saxifrag.fœnugr. ana ʒ. 1. semin. bismal. dauc.ana ϑ. 1. electarij lithontr. ʒ. ß. Puluerata singula excipiantur saccharo anthosato in aqua parietariæ,siue saxifrag.dissoluto,fiántque tabellæ ponder.ʒ.3.

In præscribendis eius generis remediis habeatur ratio naturæ ægri, & aëris. Vbi enim frigus dominatur,semin.apij,petrosel. Macedon. saxifrag. aspar. addi possunt:vbi verò calor,semen.acetos. end. pepon.melon.pulu.diatragacanth. frigid.Ad comminuendum & deturbãdum calculum sunt qui gallinæ ventrem exenteratum malo citrio vno minutissimas in partes dissecto, sem.bardan.melon.alth. ana ʒ.ß.& cicer.rub.p.2. infarciunt, elixant, iusculum sorbendum exhibent, idque continuant per aliquot dies,post terebinthinæ vsum.

Alij has pilulas maximè commendant.

℞.lapid.Iudaici,linc.ana ʒ.1.nucleor. mespilor.ʒ.ß.tragacanth.gumm.cerasor.& persic.ana ϑ.1. teruntur omnia,& incorporantur in ʒ.1.terebinth.pro dosib.ʒ.

Hoc quoque vulgi experimentum minimè contemnendum.

℞.radic. enul.ʒ ß.granor.alkekeng.ʒ.2.baccar.iuniperi ʒ. 1.glycyrhriz. ʒ. 6. omnia tusa in vino albo bulliant: colatura detur.

Lignei ramusculi,vel cortices radicum brugespinæ siccantur in clibano, vt teri possint in mortario.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 488 sur 805

Puluis transfunditur per ſetaceum, vt ſit tenuiſſimus. Exhibentur eius pulueris ℈.4.cum ℥. 4. vini alb. bis in menſe, aliis opportunis calculo, arenulis, ſemel. Infinita alia reperiuntur remedia, in quibus præſcribendis eam cautionem ſeruare nos oportet, vt nimiùm acria & calida diuretica (quę alioquin vrinæ cohibitio huic affectu familiaris expoſcit) declinemus. Hæc enim calculum cogerent magis, & indurarent. Si ex deciduo calculo renibus vlcus impingatur, proderit terebinth. emulſio amygdal. ex aqua hordei, vel mulſa, vel plantag. decocto, addito ſyrupo de althæa. Si calculus in vreteribus reſiſtat, fotus, balnea, ſemicup. vias dilatando præſentaneo erunt remedio.

Galen. lib. 5. Simp. & lib. 10. de cõpoſ. pharma. κατὰ τόπους.

De lapide veſicæ. CAP. 49

Calculus veſicæ ſi per fiſtulã vrinariam exitum non habeat, ſola chirurgia curatur.

CAlculus veſicæ curatur eodem modo, quo calculus renum. Nihilominus tamen in calculo veſicæ fortioribus opus eſt medicamentis, quàm renum.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Signa lapidis in pueris ſunt, vrina aquea, ſimilis lactis ſero, ſedimentum arenoſum & tenſio virgæ, alioqui non conueniens illi ætati. Cum factus eſt, difficultas meiendi, vrina ſubcruẽta, dolor in eius excretione, pruritus in pręputio ex motu lapidis & arena, vel etiam lapilli parui ex attritu. Certiſſimum ſignum, ſi meiendo aliquid egerunt, aut egerendi cupiditate tenentur. Cum ſedent repentè, vel ſedendo concutiũt vehementer alterum pedem, dolorem ſentiunt iuxta anum, in ima parte pudendi. Nonnulli iubent ad certiorem diſtinctionem ægrum equitari, ſaltare, exercerique vehementiùs. Inde exhiberi lapidem comminuentia, & ſubſidentia in vrina inſpici. In qua ſi tribus aut quatuor diebus puluis appa-

reàt, lapidem esse durum: si lapidum frusta, & quasi arenæ tophum: si nihil horum appareat, lapidem proculdubiò non esse. Sed cauendum, ne exercendo in ardorem vrinæ incidant. Ponunt autem tripliciter in vesica lapidem generari. Ex arena, sed rarò, vnde fit tophus: ex lapide iam in renibus concreto: & ex fæce vrinæ. Cùm verò lapis iam vlcus excitauerit, aut carnem, signa confundi. Omnibus tamen certiora signa digiti in rectum intestinum, cui vesica incumbit, immissio, & cathæter, sed quæ non sine dolore adhibentur. Suppressa vrina corpore supino & concusso si prodeat, lapis meatum occludebat. Neque cathæteri semper fidendum. Mercatori cuidam omnia calculi vesicæ signa aderant. Cathætere probari non potuit. Mortuo duo magni calculi inuenti sunt, singuli ʒ.ij.ß. membranâ inclusi, vtrique sua. Vbi concreuit in vesica, ferè maior euadit ob maiorem capacitatem vesicæ, & colluuiem. Tum non mutatione ætatis, sed sola Chirurgia curatur. Atque aliquando liber est, interdum hæret vesicæ, nec nisi vi extrahitur. Nam vt matula excrementa hærentia contrahit, ita vesica imbecillior. Deinde imbecillitate vesicæ & anguſtiis viarum impeditur exclusio. Hinc mors, quia febris & inflammatio sequuntur. In consilio secandi videndum qua parte sit, & an sine periculo eximi possit, an pertinaciter hæreat, an sit in meatu virgæ, & anfractu colli eiusdem. Contusio ab asperiore & longiore operatione inflammationem, gangrænam, mortem denique infinitis adfert. Sunt, qui iniecto oleo scorpionum & aliis per penem contendant frangi posse. Vidimus mulierem, quæ inunctionibus & suctu penis multos liberauit. Sunt qui napo orbiculato oleum accommodatum immittunt. Napum coquunt: deinde ad modum emplastri pubi admouent.

Sunt, qui aperto vesicæ collo, quomodo Lithotomi faciunt, viam aperiant, nulla vi eiusmodi illata, quæ inferri solet à vario genere ferramentorum, vbi calculus extrahitur. Atque ea ratione facta viâ, aliquando sponte naturæ calculus, nisi grandior sit, excluditur. Hoc in mulieribus facilè ob breuitatem & rectitudinem colli vesicæ, vix tamen sine læsione aut laceratione sphincteris, vnde sequitur inuoluntarius vrinæ exitus. In viris difficiliùs ob reflexionem, quæ fit in modum literæ. S. Tutior tamen videtur hæc ratio. Sed si

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 490 sur 805

lapis grandior sit, instrumentis intrâ frangendus. Deinde sectio facienda paulò supra anum, qua parte est sphincter secundum fibras rectas.

ANTO. VALETII EXERCIT. XLIX.

Lapidis vesicæ causæ ex Gallen. cõm. ad senten. 15. sect. 3. lib. 6. Epid.

LApis vesicę causa est morbi, nempe obstructionis vrinæ excretionem præpedientis. Morbus tamen in numero esse potest, si videlicet adeò sit ingens, vt vesicæ ipsius circa vrinam obuolutionem fieri vetet. Huius quoque causa crassus est & crudus succus per venas cum vrina in vesicæ capacitatem delatus, qui tanquam fex subsidens sensim lapidescit. Quam ad causam accedunt innata vesicæ frigiditas (neruosa enim est & exanguis) amplissima eius cauitas (vnde non necesse statim humorem illum excerni) longior in vesica eiusdem humoris cunctatio. Sæpè tamen lapis ille è renibus per nephriticos dolores excidit. Signa sunt assidua penè pudendi frictio, erectio cum meiendi desiderio, incessens alui soluędæ libido, vrinæ crudæ, &c. Quòd si calculus in vesicæ ceruicem se intruserit, vel vrina continuò propellitur, & guttatim emittitur, vel supprimitur omninò. Curatu difficilis est vesicæ lapis, quia medicamenta integris viribus, ob longitudinem viæ, eò non pertingunt, & durior est in vesica, quàm qui concrescit in renibus, lapis. Si tamen non ita sit magnus & prædurus, post vacuatum, si fuerit opus, per venæ sectionem corpus, & redundantem humorem perpurgatum, fient iniectiones per fistulam argenteam in vesicam: quales ex succo limonum, saxifragiæ & similium, vel ex decocto conuenienti & oleo scorpionum concinnantur.

Signa lapidis vesicæ.

Vel. ℥. cression. parietar. ana M. 1. petros. cum radic. p. 1. f. decoct. in aqu. pariet. & vino alb. ad ℔. 1. ex qua cum melle Narbonensi f. hydromel. colatum & clarificatum pro iniectione.

Satius etiam fuerit, maximè si suspitio sit calculum esse in meatu vrinario, huius decoctionis vaporem in vesicã recipi per infundibulum oris angustissimi, vt caculum, aut materiam crassam, viscidam, ipsi hærentem dissoluat. Ex vsu quoque erunt inunctiones pubis & perinæi ex axungia cuniculi, ol. scorpion. itẽ emplastra ex gummi ammoniaco, bdellio, sagapeno, dissolutis in aq. saxifrag. oleo scorpionum, additis pulueribus lapidis Iudaici, lyncis, & similium antè explicatorum. His si nihil proficitur, tota spes curationis ad lithotomiã conuertẽda. Rarum est, & miraculo plenum naturæ opus: quæ nonnunquam viam sibi molitur, per quam calculum excludat. Id mihi aliàs, dum Burdegalæ agerem, videre datum est vnà cum. Emanuelle Phauorino, Medico & Philosopho eminentissimo, Præceptore meo mihi multis nominibus semper obseruando, colendo & memorãdo. Erat in suburbiis Diui Seuerini lignarius faber, qui calculo vexabatur, figura, vt postea ex conspectu constitit, lõgiore. Hic cùm ab ima parte acutior & asperior esset, vesicam prærupit: tum & testiculorum tunica præfracta post multos ac penè intolerabiles dolores, tandem in conspectum venit: quo facilè deducto cùm multi hominem moriturum iudicarent, ille tamen præter opinionem conualuit: hoc solum ex tanto malo homini incommodo relicto, quod inde semper vrinam reddit. Idem de quodam Nicolao

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 492 sur 805

Ruſtico recenſet Beniuenius cap. 78. libr. de abditis morborum cauſis.

De ardore vrinæ CAP. 50.

IN iudiciis acutarum 1 febrium & bilis plurima aliquando excernitur à natura, quæ ſi diffluit in veſicam, ardorem 2 vrinæ facit. Vrina ſero ſanguinis & bile conſtat. Cùm autem alterum acrius, vel augetur proportio bilis, ardor vrinæ fit. Vrina omnis acris eſt, ſed multo maximè ſentitur acrimonia, ſi pars vlcerata eſt, effluit. Ad veſicam glanduloſa ſunt corpora, quæ humorem reddunt, vnde vrinæ acrimonia temperari poteſt. Ea exſiccantur immodico coïtu, morbo aut medicamento, quæ cauſa ardorem vrinæ gignit. Sanies quoque acris ex ſuperiori corpore in veſicam defluit, quæ vrinæ mixta ardorem facit. Cognita cauſa de phlebotomia, purgatione, & aliis remediis cogitandum. Phlebotomia 4 tum conuenit, cum calidius corpus eſt, è brachio.

Purgatio 5 & diuertendo, & acriorem humorem repurgando conuenit. Sed priùs conſiderandum eſt, an ſolùm leniendum, an etiam detergendum. Vbi ſola humoris acrimonia eſt, leniendum ſolùm. Vbi vlcus, etiam detergendum.

Leniendo conuenit Caſſia: detergendo, terebinthina. Vtriuſq; virtus augetur, aut temperatur iis, in quibus diſſoluitur. Itaque ſi leniendum, imperabis ʒ.10. caſſiæ, aut ʒ.1. diſſoluéſq; in decocto iuiubarũ, paſſularum mundatarum, ſebeſten, prunorũ & ſimilium. Si detergendũ ſimul & leniendũ, diſſolues in aqua hordei, in ſero caprino, in iulepo violato,

1 *Et diuturnarum, necnõ criſi propria partu alicuius affectæ, aut etiã materiæ auerſione, vt in parotidibus & ſurditate.*

2 *Abradendo, exaſperãdo, & inflammando.*

3 *Quia eſt ſymptomaticus ipſi veſicæ, non autem ipſius veſicæ ſymptoma.*

4 *Si ſerum in vitio ſit, & æſtu incanduerit: aut ſi à miſtione bilis ardor vrinæ fiat.*

5 *Humorem ad inteſtina deriuãdo, qui ferebatur ad renes.*

qui & lenit & deterget. Terebinthina, vt priùs dictum eſt, vtêris. Aliquando rhabarbari ʒ. aut ϑ.4.6. ʒ.2. caſſiæ commiſcebis, atque ita diſſolues, vel cum ſaccharo coges in bolum.

Quod attinet ad reliqua remedia, reuocanda ſunt in hunc locum, quæ de Stranguria ab vrinæ acrimonia dicta ſunt. Si tantùm humoris acrimonia eſt, leniendum: ſi etiam vlcus præterea, detergendum & conſolidandum. Leniunt iulepus & ſyrupus de violis, maluæ & biſmaluæ frequens vſus. Aqua ex iiſdē diſtillata. Decoctum glycyrrhizæ raſæ, paſſularum mundatarum, prunorum, iuiubarum, ſem. communium frigidorum, pſilij, cydoniorum, lac muliebre, oua & ſimilia. Imperabis ergo.

℞. aquæ maluæ ℥. 4. iulepi violati ℥. 1. ß. Atque vbi leuiter detergendum, vteris ſyrupo viol. de iuiubis, de nenuphare, de papauere. Et his quidem magis, ſi maior ardor eſt, hóſque ſyrupos diſſolues in ſupradictis decoct.

Semina melonum excorticata & mundata ʒ. pondere, aut ex iiſdem ſeminibus, ſemine cucumeris & cucurbitæ cum amygdalis dulcibus imperabis lac amygdalinum, aut hoc ipſum iubebis comparari, diſſolutis amygdalis in decocto prędictorum ſeminum: atque vbi vigebit ardor, ſemina hyoſcyami albi & papaueris albi & pſilij commiſcebis. Sem. lini, althææ & cydoniorum, eidem vſui eſſe poſſunt, ſi parentur, vt dictum eſt, vt vel hordeatis, vel lacti amygdalarum miſceantur. Deterget iulep, id eſt, aqua ſacchari: ſed leniet magis, ſi ſaccharum violatum ſit. Plurimùm laudatur medicamentum ex trochiſcorum alkekengi ʒ.1. iulepi violati ℥.3. Hócque

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 494 sur 805

vtendum erit, vbi maior ardor est. Lac muliebre & bubulum leniens magis. Ouillum confirmat. Caprinum & asininum detergent magis. Serum separatum ab his generibus lactis magis detergebit. Sed quia ardoris sensus magna ex parte sentitur ad collum vesicæ & extremitatem glandis, propterea iniectionibus in colem, turundis quoque in foramen virgæ vtendum est. Leniendo lac muliebre iniiciendum est.

Liquor tenuis albuminis oui agitati, atque despumati, vel hoc.

℞. mucagi. sem. psilij & cydoniorum extractæ in aqua cucurbitæ, violarum, maluæ ana ʒ. ß. lactis muliebris vnc. 1. liquoris oui drach. 2. misce pro iniectione.

In maximo ardore mucagines seminis hyoscyami & papaueris commisceri possunt, vel camphoræ Gr. 6. aut plura, vel opij Gra. 2. aut 1. Turunda intingi debet cerato rosaceo Galeni, quod ita comparabis.

℞. olei rosarum ʒ. 6. lauetur sexies ex aqua rosarum. Deinde cum ʒ. 2. ceræ lotæ fiat ceratum liquidum in duplici vase.

Potest & hoc ceratum refrigeratum affundi succo plantaginis. Et hoc magis, vbi extremitas virgæ vlcerata est.

In dolore vehementi dissolues camphoræ ϑ. 1. in aquæ rosarum aut violarum ʒ. 1. vel in vino dulci: opij Gra. 2. atque ita linamentum, id est turundam, in his liquoribus madefacies, & molliter indes in virgam.

Si detergendum, supradictis iniectionibus addes

ſaccharum, vt non ſolùm lenias, ſed etiam detergeas, vel aquam hordei, vel ſerum lactis cum modico ſaccharo. Cum verò vlcera deterſa ſunt, conueniunt, quæ conſolidant, vt.

℞. ſarcocollæ ℈. 1. amydi, ceruſſæ lotæ ana ℈. ß. nutriantur in lactis muliebris aut caprini, vel ouilli ʒ. 2. Fiat iniectio in virgam, quæ ter aut quater in die reperatur. Aliud.

℞. aluminis plumæ (ſciſſile vocatur à Galeno) ſacchari ana ℈. 1. mellis ʒ. 1. ß. vini albi auſteriuſculi ʒ. 2. leuiter bulliant. De colatura fiat iniectio. Conueniunt & hæc.

℞. ſucci virgæ paſtoris depurati, ſucci plantaginis ana ℥. 1. boli armenæ, mummiæ ana ʒ. ß. miſce pro iniectione conſolidante.

Trochiſci de carabe, de terra ſigillata, bolus armena, tragacanthum, trochiſci de ſpodio ʒ. 1. pondere diſſoluuntur in ℥. 2. ſucci equiſeti, plantaginis iulepi violati, ſyrupi myrtillorum, diluti, vbi conſolidandum eſt. Sed trochiſcis de carabe in maiori ardore vtendum eſt.

In curatione ardoris vrinæ clyſteres 6 ex iis, quæ leniunt, iniici debent. Quales multos habes de dyſenteria. Atque vbi humoris acrimonia cauſa eſt, ſudoris prouocatio & vomitus ex vſu ſunt. Inunctiones pectinis & perinæi, è deſcripto cerato, roſaceo, oleo violato, de nuphare, de mandragora, de ſalice, cucurbita & cucumere.

6 *Vt ex decocto maluæ, althææ, violariæ, decocto capitis vitulini.*

Balnea, immerſio pudendi in 7 decocto leniente.

Laudatur à multis iulepus ex aqua acetoſæ & quarta parte ſacchari violati. Poſtremò partes affectæ roborandæ, de quo in Gonorrhea.

7 *Vt in lacte in quo decoctū fuerit verbaſcum.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 496 sur 805

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Per penem redduntur vrina, ramenta, pituita, vermes, pus, ſemen & ſanguis. Vrina duabus partibus conſtat, ſero & bile. Hæc ſi ſuperat, aut ſerum ſit acrius, fit vrinæ ardor aliquando etiam per criſim. Sunt & glandulæ ac paraſtatæ humore quodam tanquam ſaliuâ confertæ, quæ vrinam temperant. His reſiccatis aut malè affectis idem quoque ardor excitatur, id eſt, dolor quidam, qui ſentitur inter meiendum. Multæ quoque ſunt aliæ cauſſæ, quæ ad dyſuriam pertinent. Sæpè pituita putris, aut ſalſa, vt in ſenibus, aut pus acre permiſcetur vrinæ. eámque acrem reddit, aut illa omnia cum vrina exeuntia dolorem excitant, præſertim ſi qua ſit exulceratio, aut inflammatio. Sed in vlceratione ramenta quædam ſimul conſpiciuntur. Non erit inutile ſigillatim de ſingulis agere, non ſolùm ad huius affectus diſtinctionem, ſed multorum etiam aliorum, quibus hic permiſcetur, aut ſimilitudine quadam reſpondet. Puris & pituitæ differentia obſeruanda, tum ex iis, quæ præcedunt, tum ex natura rei. Pus præcedit dolor, cruor, grauiùs olet, minùs viſcoſum eſt. Contraria in pituita. Nam rarò dolor, niſi cùm putris, ſalſa, frigidior. Memini frequenter vidiſſe interceptam vrinam craſſa pituitâ, quæ dolorem & ardorem, vt in calculo, excitaret. Vidi & intolerabili cruciatu aliquot diebus affectum, qui pituitæ partes velut cryſtalli, aut concocti ſucci, quem gelatinam vocant, globulos colore aqueo pellucidos eminxit. Duos itidem, quibus pituita putreſcens in vermes vertebatur, quos emingebant. Beaucler Aduocatus poſt dolores renum magnum vermem eminxit. Quidam literas ad Hiſpanum ſcriptas oſtendit, quibus conſilium petebatur pro calculoſo, cui eiectis calculis aliquot & arenulis prodierant duo vermiculi acuto capite, corniculato, ventre & dorſo teſtula inductis inſtar teſtudinis, nigri, niſi quòd rubebant ventre. In quo videtur generatio quædam eſſe à putredine pituitæ, calore multo totius venoſi generis eam pituitam ita conformante. Quemadmodum cum fit προχίασις, id eſt, capillitium illud, de quo agit Galen. Aphor. 76. libr. 4. id eſt, pituita, quæ in longum diducta à calore exurente capillos repræſentat aliquando ad dimidium cubitum,

Vermes per vrinas excreti.

ex vſu craſſioris alimenti genita, quæ cum vrina craſſa excernitur. Viſcidior enim fit, & reſiccatur non omninò quidem, ſed vt in longitudinem produci poſſit. Aliquando animatur, vt cætera animalia, quæ ex putredine ortum habent. Archigenes fieri putauit à fluxione mucoſa, vnde & foliacea, & veluti pili, aliquando implexi, breues, longi, & materia quædam è venis ad renes, vbi cogitur. Galenus ſcribit, in quibus talia exeunt, ſemper vrinam eſſe craſſam. Contrarium experientia docuit. Quidam annis pluſquam viginti tales vrinas cum capillitio emiſit ruffas, mediocri conſiſtentia, non craſſas. Temperamentum illi erat bilioſum, ſatis tamen quadratum & carnoſum corpus. Multis idem contingit: aliis cum craſſa vrina. In Præſide Longueil pituita lenta, corrupta, quam incredibili quantitate multis menſibus eminxit & deiecit, quoties ſumpſit medicamentum, cum vrina tenui, ſeroſa, ſimili ſero lactis. Opportunus erat arthritidi & calculo. Sed vtróque affectu liberatus, vigiliis, frequenti mictu dolorifico torquebatur. Malum modò remiſſius, modò acerbitus per frigora & humidum cœlum. Modò ſtillicidium, mictus exiguus & frequens, modò vrina largior. Remittebatur dolor, tum acerbior redibat. Penis & crura condolebant. Vrina modò mordax, modo contrà. Eadem omninò apparuerunt in Procuratore ad Paruum pontem. Vtrique ætas annotum circiter 52. hepar calidius, ſitis multa. Sed Præſes naribus nihil expurgabat: alter contrà. In ſacerdote Normano multa mucoſa per vrinam prodibant, ſæpè emingebat. In his omnibus cum pituita acris, ſalſa, putris, frigidior erat, dolor excitabatur. Creditur tamen pituita viſcida & parùm permixta, cum dolore excreta & magno conatu in vlcere renum aut veſicæ calculo tantùm emitti. In aſthmate aut ſimili affectu, morbi vel magnitudinem, vel mutationem ſignificat. Quæ omninò ſine dolore exit, & in fundo craſſiori farinæ ſimilis apparet, crudus ſuccus eſt. Quem ſæpè ſequitur renum aut articulorum dolor aut calculus, aut morbi longitudo, aut corporis conſumptio. Pus reſudat & effluit ab abſceſſu, inflammatione, vlcere. Non ſemper ſanguini permiſcetur. Multi enim renum abſceſſus reperiuntur, in quibus pus ſolùm, certis interuallis cum vrina excernitur, vt in duabus mulieri-

Vrinæ cum capillitio emictæ.

bus, altera vxore Senatorij Consulis Claudij Fabri: altera vxore Vincentij Fabri negotiatoris. In aliis quoque, qui inde tabidi mortui sunt. Sanguinolentum aliquando. Vtrúmque exactè vrinæ permixtum, aut residens, sed post longum tempus, vrina etiam inde crassiore reddita, è renibus est, præsertim si dolor fixus in lumbis præcesserit, aut calculus reiectus fuerit, aut ex vreteribus vlceratis transitu calculi, vel in illorum cauitate orta post vlcus caruncula. Sed copiosius è renibus, quàm vreteribus. Cito subsidens, viscidum, muco permixtum, cum scammulis minimè carnosis, è vesica, si nullus dolor in lumbis aut circa pubem grauitas præcesserit. Sine vrina profluit è pene, vt dicemus. Neque tamen è renibus, aut vesica semper exit. Ab omnibus enim ferè partibus superioribus miro naturæ artificio, & per corpus confluxile facta exudatione modò in intestina, modò in vesicam exoneratur. Mulieri cuidam intolerabili cruciatu vrina purulenta profluebat. Mortua post quartum mensem, & dissecta, duo calculi in corde cum multis abscessibus paruis inuenti, renibus integris & viis vrinæ. In qua verisimile est, aut potius necessarium, pus acre per vrinas naturam expurgâsse, quoad fieri potuit. Carnosa ramenta à renibus: furfuracea non semper à vesica. In febri enim ardente & colliquante à tunica venarum ita exesarum acrimonia (quo modo à cutis superficie pituita salsa & mordente erosa) furfures reddantur. Aliquando in eadem febre ardente ab adusto sanguine, præsertim crassiore & melancholico, ac veluti in cinerem resoluto. At in vrina mediocriter habente, ægroto non febricitante, à vesicæ scabie & prurigine oriuntur. Semen præter naturam & voluntatem effluit vasis relaxatis, imbecillibus post immodicum coïtum, colliquato corpore, vlcere irritante, frigidis flatus generantibus, acriore semine, retento ob contortionem pudendi. Si nihil horum neque renes neque vesica patiantur, frequentiùs Parastatæ, aut glandulæ semen retinentes, quæ sunt in vasis circulatoriis in parastatas desinentibus, aliquando præter naturam affectu laborant. Sunt autem multi, vt inflammatio, vlcera, sciſſuræ, resiccatio. Inflammatio sine coïtu à semine retento, & illic putrescente, vnde puris reiectio, pudendi mador, erectio, aliquando etiam à partibus vicinis inflam-

Calculi in corde inuenti cum abscessibus.

matis, vt in hæmorroidibus: nonnunquam defluxu humorum post equitationem longam, celerem, acrium nimium vsum. In vlceribus maior puris quantitas, minor ardor, quàm in inflammatione. In sciſſuris, ſolus vrinæ ardor absque puris emiſſione. Si post coïtum præſertim cum infecta, Paraſtatæ aut glandulæ inanitæ & calfactæ halitum quendam tetrum contraxerunt à concubitu, efficitur ardor vrinæ, quem vulgò propriè vocant *Chaudes-piſſes*. Erigitur vrethrum, vrina cum maximo dolore redditur, ſanies liuida, vireſcens, mordicatio in meatu. In erectione pudendi fit etiam contractio cum dolore, non in neruo cauo, vt nuper nonnulli ſcripſerunt. Nam ſic erigeretur potius, quàm inflecteretur: ſed ob plenitudinem, vel inflammationem, vel inanitionem in meatu vrinæ. Vnde ſæpè fit, vt qui tum vtuntur coïtu, vt erecto membro illis ſciſſura fiat, aut vlcus. Hinc vel exitus vrinæ quaſi cuniculis factis per anum, aut aliquam aliam vicinam partem, vel carunculæ, tanquam fungi concreſcentes, aut tubercula in anfractu colli veſicæ, aliquando reliqua fiſtula penis, à quibus & ἰσχουρία, & dolor grauis in meiendo. Oribaſius calore loci ſcribit huiuſmodi φύματα celeriter ſuppurari ex Hippocrate. Experientia tamen docet ſæpiùs carnem abſumentibus curari. Sæpè hic decipimur ſpecie calculi: vt in nobiliſſimo viro post vrinæ cruciatum in octauum menſem ambigentibus Medicis & Chirurgis de calculo, adhibitis fruſtrà remediis tandem apertio facta, vt ſolent Lithotomi. Liberatus omninò dolore non inuento calculo, ſed carne in collo veſicæ, quæ paulatim conſumpta eſt conuenientibus remediis. Harum omnium affectionum curationem exponere non eſt huius inſtituti.

ADMIRALI D'ANNEBAVLT. *Caruncula in veſicæ collo calculum mentita.*

ANTO. VALETII EXERCIT. L.

ARdor vrinæ veſicæ potiſſimùm ceruicem, atque adeò pudendi meatum infeſtat, punctiles inferens cruciatus. Cauſam habet pituitam ſalſam, aut bile acri commixtam, iecoris & renum calore vehementiore genitam. Ad hanc noxam

Ardoris vrinæ cauſa & curatio.

quàm diligentiſſimè attentum Medicum eſſe oportet: ſiquidem vrinæ acrimonia, dum perſeuerat, veſicæ & vrinæ meatuum exulcerationem creare ſolet. Quamprimùm igitur humor acris vacuatur, calórque iecoris & renum reſtinguitur. Blanda purgatio ſit huiuſmodi.

℞ glycyrrh.raſ.polypod.quern.radic.oxylapath.ana ʒ.2. fol.lactuc.& portul.ana M.ß. ſebeſt.n.4.ſemin.melon.& cucumeris ana ʒ.1.flor.viol.p.1.f.decoct.& colatura ad doſ. Infunde rh.elect.ʒ.2.ſantal.citr.ʒ.2.In expreſſ.diſſol.cathol. & ſyrup.viol.ana ℥.ß.f.potio.

Ex caſſia ſola, vel cum rheo, ex catholico, vel terebinthina in aqua refrigerante lota, commoda quoque purgatio. Sanguinis miſſio calorem minuendo, & partem materiæ auertendo atque vacuando mirificè prodeſt. Secatur vena cubiti, maximè vbi plethora, tum deinde poplitis, ſi chirurgum nacti ſumus in artis operibus exercitatum. Iuuat vtríſque natibus deriuationis ergo cucurbitulas affigere. Dein verò humorum acrimonia obtunditur emulſionibus vulgò appellatis.

Vt. ℞. ſemin.melon.cucurb.papaue.alb.ana ʒ.ʒ.amygdal.dulc.recentes & mundat.n.10. contundantur in mortario lapideo, ſenſim affundendo aquæ decoct.hord.℔.1. ß.f.emulſio, quæ edulcetur ſacchar.℥.1.ſyrup.violacei ℥.1.ß. pro doſib.4.

Alij imperant oleum recens amygdal.dulc.cum aq.hord.ſyrup.viol.vel iuiubino, vel papauerino. Licebit & iiſdem vti ſyrupis in decocto ſemin.refrigerantium ſolutis. Nec omittenda, quæ admouentur. Iecur calidius temperetur litu ex oleo roſ.& abſynth.pauco, aceti etiam roſacei tantillo addito. Renes cerato refrigerante Gal.cum aceto emollito.

Interim veſicæ regio cum toto pudendo decocto tepido fouebitur, ex floribus viol. nympheæ & frigidis ſeminibus inſtituto. Si vlcus relinquatur, tergetur iniecta per ſyringuam aqua hordei, aut ſaccharo roſaceo. Vnietur denique lacte vaccino, addita pompholyge, bolo armenica, aut ſimilibus pulueratis.

De inflammatione renum. CAP. 51.

RENes inflammari contingit vlnere, attritu, aſſidua equitatione, corruptelâ & affluxu humorum, potis pharmacis. Dolor pulſatilis in lumbis, & ſuperiùs ad nothas & hepar, ſi ren dexter, inferiùs ad veſicam & femur, peſtinem, pudendum: ſtupor cruris reſpondentis. Sternutatione, concuſſione corporis & vehementi motu lancinatio vehemens. Extrema ſuræ præcipuè & pedes, frigent, febris vehemens. Vrinæ primùm retinentur, aut tenues fluũt & aquoſæ. Procedente morbo in peius, rubræ: deinde craſſæ & mucoſæ: quæ, vt augetur malum, ita augentur. Nauſea, vomitus bilioſus, cordis morſus. Quibuſdam animi deliquia & ſudores ſyncopales. Siſtitur venter: vnde inflatio & ructus. Breuibus aut maioribus interuallis exacerbationes.

Initio molli clyſtere pauca quantitate leniatur aluus: detrahatur ſanguis: frugaliter viuat. Hordeato ſatis liquido, & iuſculis mitigantibus vtatur. Vino, mellitis, diureticis abſtineat. Iniiciãtur cum clyſteribus, iam puro inteſtino, quæ leniant. Exacerbata inflãmatione iterum phlebotomia, cataplaſmata è farina hordei primùm in mulſa, deinde paſſo ex

farina dicta,& iis quæ leniendo discutiant & roborent. Cataplasmatis non cedente morbo cucurbitulæ cum scarificatione applicentur lumbis & ilibus. Insessiones deinde parentur ex decocto lenientium & resoluentium,roborantium. Priùs tamen cum vesica hydrelæo plena cum spongiis foueatur locus. Tum ad cerata & malagmata ex eadē materia eiusdem virtutis. Vtendum quoque potionibus narcoticis, & cocta inflammatione (quod vrinis crassis euntibus & boni sedimenti intelliges) diureticis. Mesuæus initio ex farina hordei, rosis & similibus repellentibus,deinde mixtis detergentibus chamæmelo,&c. Emplastrum de muscillaginibus, deinde de meliloto. Lactis asinini vsus cum modico melle efficacissimus renibus exulceratis.

ANTO. VALETII EXERCIT. LI.

Renum inflammatorū notæ.

REnes phlegmone tentari indicant febris inordinata,nec vsque adeo ardens, sed cum horrore & rigore insultans, mictio frequens, grauis dorsalium partium dolor, iisdémque in partibus pondus veluti propendens. Remedia sunt, venæ sectio (si modò nihil aliud prohibeat) citra cunctationem in principio celebrata, admota topica mediocriter refrigerantia. His si non cesserit phlegmone, neque symptomata conquieuerint,pus hac in parte colligi indicium est. Atque tum suppuratio, quæ alioqui fuerat declinanda,vitatis impendio calidis,promouebitur cataplasmateè mollientibus herbis, semin. lini, floribus chamæm. & similib. Prodeunte pure assumpta tergentia vsui erunt.

De mictu

De mictu 1 *sanguinis.* CAP. 52.

QVibuſdam 2 naturis eodem modo ſanguis per vias vrinarias excernitur, quo aliis per nares, 3 venas ſedis, aut 4 vomitum. Hoc ipſum præter 5 naturam eſt, debétque anteuerti ſecta vena è brachio dextro. Eiuſmodi excretiones ſanguinis excitantur ferè inclinante Vere. Veris itaque initio anteuertendum eſt.

Aliis 6 cruenta eſt vrina, ſimilíſque diluto ſanguini ex laxitate atque amplitudine venarum, quæ à caua renibus inſeruntur.

Renum quoque infirmitas hoc idem efficit. Scriptum autem ab 7 Hippocrate, *Quicunque ſponte ſanguinem mingunt, iis à renibus venula rupta eſt.* Sponte, hoc eſt, & repentè, & ſine manifeſta cauſa. Rupta verò vena propter humorum multitudinẽ ac craſſitudinem, vnde venæ quæ renum ventres ſubintrant, diſrumpuntur, aut aliquando aperiuntur. Ex caſu, ſaltu, ictu, aut vehementiore motu idẽ poteſt contingere. Rupta vena confertim effluit ſanguis: aperta, paulatim. Laxioribus venis emulgẽtibus, infirma vi renum contentrice aut diſcretrice, ſtatim à cibo ſerum ſanguinis purum poſt coctionem cum 8 ſpongioſo ſedimento excernitur. In infirmitate vaſorum ſeminalium aliquãdo excernitur ſanguis non cũ vrina, ſed in 9 coitu aliter, quàm veſica exulcerata. Hîc enim cum vrina ſanguis emingitur quibuſdam corpuſculis immixtis. Nec in

1 *Synceri, mixti, atque ſeroſi.*
2 *Vt ſanguineus, vel etiã proprij excrementi & ſolitæ vacuationis ſuppreſſione, aut mẽbro aliquo mutilo.*
3 *Vt melancholicis.*
4 *Vt mulieribus, à ſuppreſſis menſtruis.*
5 *Quòd ſanguis per commoda loca nõ feratur. Adde quod exeſæ, apertæ, aut ruptæ venæ, infirmitiã renis ſymptoma eſt.*
6 *Talis affectio hepatis cæ dyſenteriæ conſimilis eſt.*
7 *Aphor. 78. lib. 4. Aphor.*
8 *Hoc ſpongioſum ſedimentum flatulenti ſpiritus eſt ſoboles: ex quo efficacem vim renum liceat colligere.*
9 *Vt in iis, qui laborant fœda colluuie, aut quibus immoderato venereorum vſu imbecillia ſunt vaſa ſeminalia.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 504 sur 805

10 *Adſtringentium ſcilicet & glutinãtiũ, quibus cum venarum anaſtomoſi pugnandũ. Sũt autẽ adſtringentia plantago, balauſtia, &c. Glutinantia verò bol. armena, terra ſigillata, ſãg. drac. gummi arab. tragacanth. Sed trochiſci Gordonii cum lacte ouillo recèns mulcto propinati horum omnium inſtar eſſe poterunt. Interim ſit purgandi & temperãdi viciſſitudo ſemel aut bis in hebdomade per catharticum: vt ex diluto rhei cum multo ſyrup. violaceo, ne labefactata vi retentrice ac ſecretrice renum, excrementis onerentur, & augeantur ſymptomatis. Vt. ℞. caſſiæ recèns extractæ ʒ.6. pulueris diatragacanth. frig. ʒ.1. cum ſaccharo f. bolus.*

veſica ſolùm, ſed etiam in cole, exulceratio eſſe poteſt. Sed vlceris ſanies & dolor indicia ſunt. In imbecillitate primum cognoſcendum eſt, an à frigido, feréque à calido eſſe volunt. Quod malum adſtringentibus, refrigerantibus atque ſupprimẽtibus corrigi debet: quæ quia propter tardum motum non facilè penetrant ad renes, diureticis, maximè aromatibus, commiſcenda ſunt. Sed diureticorum minima ſit portio. Non enim vt vrinas moueant, ſed vt adſtringentia ad renes deducant, commiſcentur. 10 Materia in ſputo ſanguinis, in hæmorrhagia è naribus, deſcripta eſt, & aliis locis.

Auicennas nihil melius exiſtimat confirmandis renibus lacte ouillo. Datur ieiunis ad ʒ.6. quibus aliqui admiſcent boli armenæ, aut ſimilis medicamenti ʒ.1. alij etiam ϑ. ſpicæ, aut cinamomi.

℞. lactis ouilli ʒ. 4. aquæ millefolij ʒ.1. boli armæ. ϑ.2. ſpicæ. ϑ.ß. Aliud.

℞. lapidis hæmatitis ʒ. 1. diſſolue in aqua plantaginis ʒ.4. Quòd ſi ardor ſentitur in renibus.

℞. aquar. plantaginis & portulacæ ana ʒ.2. philonij ϑ.1. Aliud.

℞. mucaginis ſem. papaueris albi ʒ.ß. trochiſcorum de carabe ʒ.ß. raſuræ eboris & cornu cerui an. ϑ.ß. Omnia incorporentur carne cydoniorum cõdita ſine ſpeciebus. Dentur auellanæ magnitudine, duabus horis ante paſtum.

Conueniunt radix conſolidæ maioris, gummi arabicum, tragacanth. macerata priùs, deinde ferue-

facta in vino auſteriuſculo: colatura bibitur. Maximè vbi ſolidandum eſt, & hoc quoque laudatum ab antiquis.

℞. aluminis plumæ ʒ. 1. gummi arabici ʒ. ß. tragacanthi ʒ. 2. cum vino adſtringente fiant trochiſci pondere ϑ. 2. dentur vt priùs. Ad deterſionem vlcerum & conſolidationem repetenda ſunt, quæ proximo capite. Aliud remedium.

℞. ſpodij ℥ ß. berberorum ʒ. 3. ſem. lactucæ ʒ. 5. cum ſucco cydoniorum fiant trochiſci. Detur ʒ. 1. ex decocto ſumach. Puluis ſem. lactucæ inſpergitur vitello oui manè. In hæmorrhagia veſicæ, ilibus ac lumbis, atque etiam natibus & coxendici exteriori 11 cucurbitula affigi debet. Inunctiones 12 renum, perinæi & pectinis ex oleo roſato, myrtillorum, de cydoniis, aut 13 oleo in quo adſtrigentia coxeris. Hinc fiunt cerota liquida, quibus conſpergi poſſunt ſantali, bolus arme. cortex thuris, & ſimilia commiſceri, acacia, hypocyſtis.

Hîc ſummum periculum eſt, vbi grumeſcit ſanguis. Nam hinc ſequuntur, quæ capite de difficultate meiendi dicta ſunt. Conandúmque eſt, vt incidantur grumi oxymelite, arthemiſiâ, ſtœchade, aſſa odorata, conizâ, ſem. raphani, coagulo, ſummatim iis, quæ lapides comminuunt, datis ex oxymelite. Quibus ſi nihil efficitur, 14 inciſo perinæo, quo modo calculi educi debent, molienda curatio.

11 *Ad reuulſionẽ hæmorrhagiæ, non ad diauroſeωs amotionem.*

12 *Ad inflãmationem prohibendã, & perennem arcẽdum affluxum.*

13 *Maſtichinum oleũ, in quo fuerit decoct. myrr. ad id miriſicè confert.*

14 *Ad vitandã iſchuriam, ſyncopem, & veſicæ gangrænam.*

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Sanguinis nomine non intelligimus ſanguinem purum, exquiſitum, ſyncerum, mingi, ſed aliquando ſerum, aliquan-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 506 sur 805

do ſuo ſero mixtum, & cum vrina, aliquando cum pure. Ab vlcere id fit, aut læſione vaſis alicuius. Sed vlcera intelliguntur tum ex dolore, tum ex pure & corpuſculis ſimul prodeuntibus, vt ſquamulis è veſica. Pus ergò cum ſanguine exit per vrinam, renibus, vreteribus mediis & veſicâ exulceratis. Nam ſi in pene exulceratio ſit, ſine vrinis & pus exit, & ſanguis. Exeunt quoque è renibus ſanguinis grumi in febribus aſſati. Nonnunquam carunculæ, veræ renum partes, licet in Aphor. Galenus id ſe vidiſſe neget. Sexto tamen de locis affectis, & initio primi videtur agnoſcere, vbi iam vlceris acrimonia eraſit particulas renum: quo modo & in pulmonariis tabidis contingit particulas pulmonis expui, & in dyſenteria partes inteſtini. In Aduocato Perrot vidimus minimas carunculas, vt nõ ab re σαρκία μικρὰ dici deberent, quas ſæpè emingebat, neque reuera erat grumus. Has carunculas præcedit dolor pulſatilis, qui ad lumbos & nothas coſtas extenditur, & ſigna exulcerati renis. In concreto ſanguine & orobeis vrinis, non præcedit. In vtróque, hepate incolumi, poſſunt vrinæ naturaliter cætera habere. Si in aliis partibus fuerit exulceratio, ex dolore quoque & ſimul exeuntibus corpuſculis dignoſcendum, hoc tanquam generali axiomate notato in his omnibus affectibus, à renibus colorem & ſenſum quemlibet à lumbis ad nothas coſtas extendi: ab vreteribus per illa oblique deſcendere: à veſica, in peſtine: à veſicæ collo, in perinæo. Poteſt ſeorſum pus exire, vt diximus ſuperiore capite. Poteſt quoque & ſanguis ſolus, aut cum vrina. De quo præcipuè hic agitur. Si ergò vlcus nullum ſit, huius cruentæ excretionis cauſæ multæ eſſe poſſunt. Eſt quidam mictus ſanguinis criticus & interuallis quibuſdam motus, qualis fuit in Moniali muliere, cuius meminit Muſa, quæ ſingulis menſibus, ſuppreſſis menſtruis, multum ſanguinem emingebat. Archembault aduocatus per aluum, vomitum, vrinam interuallis ſanguinem reddebat ætate virili. Quibuſdam inclinante Vere multus emingitur. Id ab Archigene ſcriptum reperio, quibuſdam per circuitus, vt in hæmorrhoidibus, ſanguinem multum collectum renibus emingi, vnde ſubleuentur, ídque accidere iuuenibus, qui maiori licentia veneri indulgent. Mileſius quidam apud Aurel. 5. χρονιῶν ſanguinem emi-

Sanguinis grumi per febres aſſati interdum è renibus ſecedunt.

Exiguæ carunculæ è renibus excretæ.

Monialis mulier ſingulis menſibus multum ſanguinẽ emingens

Archẽbault aduocat⁹ per aluum, vomitum, vrinã, ſanguinem emingens

ctum affirmabat esse ex infinitate seminalium vasorum Ab Aureliano reprehenditur. Sed cùm experientia doceat è renibus per vasa spermatica defluere, & ab his, & à renibus exire certum est. Vidimus, qui à coitu multum sanguinem effunderent, quique non facilè reprimeretur, laxatis nimiũ vasis, & imbecillioribus redditis profuso omni semine. Animaduertendum igitur, num grauitas renum & calor præcesserint, an immodicus coitus, an solita sit excretio. Quòd si repentè, & nulla causa antecedente profluat, è renibus & vreteribus excidit. Neque enim à venis vesicæ id accidere potest duabus de causis. Vna, quia non ita multum sanguinem vt renum, excipiunt. Altera, quia renum venulæ nudæ sunt, inuestes & expositæ ruptioni. Quod contra fit in venis ad vesicam perreptantibus. Ex illis igitur sanguinem tribus de causis exoriri consentaneum est, vt & in cæteris omnibus hæmorrhagiis: orificij venarum apertione: erosione: ruptione. Apertio fit ob nimiam laxitatem & amplitudinem venarum, quæ ad caua renum pertinent, & ob imbecillitatem retentricis, vel discretricis in renibus. Hæc enim duo sæpe efficiunt vt calfactis, & exercitio commotis cruentæ vrinæ profluant. Sed in laxitate, crassiores: in imbecillitate, tinctura est à sero. A cibo quoque serosus sanguis: post coctionem spongioso sedimento. Aperta enim & hiantia orificia venarum, nec confertim, sed paulatim, non crassum sanguinem, sed tenuem, & quasi percolatum, reddunt, præsertim vbi apertio est parua. Maior crassiorem reddit. Rupta autem vena ἀθρόως, id est, copiosè & repentè prodit, éstque crassior. In erosione denique ἐπὶ δὲ ἀναῤῥώσεως ὀλίγιστον: vt in anastomosi non sanguis, sed quid αἱμαλῶδες, vt vult Philot. Erosionis causæ sunt, quæcunque acriorem sanguinem reddunt & tenuiorem, aut quæ exulcerant, vt cantharides, quibus assumptis sanguis mingitur, penis distenditur, & quodammodo æger ad venerem irritatur. Ruptionis causas Galenus facit multitudinem & crassitudinem sanguinis intercluſi in venis renum. Hoc etiam fit ictu, casu & vulnere, vt in rustico quodam ense transfosso vidimus. Inde sæpe nascitur vlcus, nisi occurratur: vt in puero quodam, qui in ludo graui, Britone insultante, sanguinem minxit primum: deinde pus annis sequen-

Sanguis multus è coitu effusus.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 508 sur 805

tibus. Ita aliis multis. Sed vlceris ratio distinguenda, vt aliorum vlcerum, quia putre, callosum, &c. In vniuersum ergò per penem sanguis exit à renibus, vreteribus, vasis spermaticis, vesica, aut vesicæ collo. Sine vrina, è collo: cum vrina statim subsidens, & cum dolore in pectine, è vesica: cum dolore in lumbis multus, nec nisi post multum tempus subsidens, è renibus manat. In apertione, serosus: in ruptione multus & crassus: in erosione, paucus & tenuis. Singulis causis sua debetur curatio ex aliis locis petenda.

ANTO. VALETII EXERCIT LII.

Cruentæ mictionis causæ.

CRuenti mictus causæ sunt externæ, aut internæ. Externæ, ictus, lapsus, casus, coïtus immoderatus. Internæ, sanguinis copia, qualitas, vtráque simul (vnde venarum ruptio, apertio, vel erosio) renum calculus, vlcus eorundem, itémque vesicæ, & aliarum partium vreticarũ. Quinetiam inter huius generis causas reponunr imbecillitatem renũ, qui sanguinem retinere nequeunt, sed cum vrina simul excolari sinunt, iecoris infirmitatem, solennis alicuius vacuationis suppressionẽ. Fernelio interna causa vnica est, calculus videlicet, qui per corporis laborem, præsertim per exercitationem validam, veluti equitationem asperiorem, renes eorúmque venas obterens, sanguinem ciet. A cuius autem partis vitio fiat, distinguendum dolore affectæ sedis, & sanguinis cum vrina permistione. A renibus enim qui excidit sanguis, copiosior est, & vrinæ toti, propter longitudinem viæ, exquisitè permixtus: qui mox in fundo matulæ subsidet liquidus & rubicundus. At qui à vesica defluit, vrinam nõ æquabiliter perfundit, & in ima matula in grumos cogitur. Adde quod paucus elabitur, propter venarũ vesicæ

Fernel. cap. 13. lib. 6. Patholog.

anguſtias, niſi fortè à ſphyncter ceruicis muſculo dimánet.

Præſentaneum remedium eſt venæ ſectio, vbi plethora huic malo cauſam præbet, aut cohibita vacuatio. Vbi humorum acrimonia, purgatio ex cholagogis: ex hydragogis, cùm dilutior & ſerioſior fuerit ſanguis.

Cruenti mictus curatio.

Exhibendi interim ſyrupi roſar. ſicc. granat. cydo. myrtill. zulap. roſ. cum aq. chalyb. plantag. portul. aut decocto adſtringente. Valebunt trochiſci, de carabe, de terra ſigillata. Vbi ſanguis à veſica flueret, poſteriori coxendici, vel natibus vtiliter cucurbitulæ affiguntur. Quod ſi à lapſu ſit, aut caſu, cruentus mictus, linetur affecta pars vnguẽto ex bol. armen. ſang. drac. terr. ſigill. hypocyſtide, cum oui albumine, vel oleo roſaceo & aceto.

1 *De profluuio vrinæ vi renum ruptæ, vbi potioni concolor eſt ipſa vrina.*

2 *Fuſa toto corpore materia, aut à capite, aut ſeri copia.*

De 1 Diabete & ſimilibus. CAP. 53.

ΟΥρητικοὺς Græci vocant, qui ſæpiùs mingunt. Vitia, quæ in ſæpiùs meiendo contingunt, vrinæ 2 multitudo efficit, renum vitium, reſolutio vel infirmitas muſculi, qui collum veſicæ claudit.

3 *Depraua-ta alteratricerenum facultate & infirma retẽtrice.*

Diabetes proprium eſt 3 renum vitium. Naſcitur primùm humoribus 4 vitioſis ſubſtantiæ renũ imbibitis. Vnde 5 inſatiabilis appetentia potus, vt in canina appetentia inſatiabilis ciborum cupiditas, ex vitioſo humore, qui ſtomacho imbibitus eſt.

4 *Vt bile, aut pituita ſalſa.*

5 *Eo enim humore renibus imbutis repentina ſit vrinæ nullo modo cohibitæ attractio.*

Sequitur perpetua renum attractio. Sed cùm infirma ſit alteratrix & contentrix, quicquid hîc bibitur, ſtatim per vrinam effluit, quo modo in lætenteria potus cum cibis.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 510 sur 805

6 *Experenni & violenta seri attractione*

7 *Defraudatis sero humoribus.*

8 *Hanc bis iãtum vidisse se commemorat Gal. cap. 3. libr. 6. de loc. malè affect.*

Hîc ardent 6 viscera, atque adeo vniuersum 7 corpus, propterea quod quicquid aquosum est & serosum in venis, vnde videlicet sanguis temperatur, attrahitur in renes & emingitur. Ex quo fit, vt & humores solidarum partium exugant venæ, quod deinceps renibus attrahentibus emingitur. Rara hæc 8 affectio, & in ardoribus nascens, vbi vrina aquæ omnino similis est.

Alius affectus est vesicæ, cùm vel defluxione, vel frigore, ictu, casu, vulnere aut aliis eiusmodi causis, nerui, qui vesicæ musculum claudunt, resoluuntur. In qua affectione & noctu & interdiu præter voluntatem vrina effluit. Cui & alia affectio vicina est eorum, qui non satis vrinam continent, sed stragulas noctu permingunt. Quod vitium familiare senibus & pueris. Senibus quidem propter siccitatem: pueris autem, propter laxitatem & mollitiem.

Curatio.

9 *Partium solidarũ exhausto.*

10 *Magnitudine causæ, symptomatũ vehementia, & curandi difficultate, labefactata omni naturali œconomia.*

In ardente febre diabetes 9 incurabilis. In aliis ægrè 10 curari potest, quia non facilè initio deprehendi potest. Quòd si initio deprehenditur, mittendus sanguis est è cubito, sed moderatè.

Deinde vtendum iis est, quæ refrigerant, contemperant, & paulatim vitium renum corrigunt. Vitæ ratio omnino frigida, tum actu, tum potentiâ.

Cataplasmata quoque refrigerantia tum renibus, tum visceribus applicanda. Vomitus eius quod bibitum fuerit.

Sudor excitatus in dolio, vt tantùm exeratur caput.

Conueniunt cibi, lactuca, endiuia, oua sorbilia,

recens caſeus ſine ſale, lac in quo chalybs, vel calculus fluuiatilis ſæpiùs extinctus ſit. Pulli gallinarum hordeo mundato, vel quatuor ſem. maioribus frigidis infarcti, hordeatum, lac amygdalarum, præparata cum refrigerantibus. Et quia hîc viribus plurimùm detrahitur, 11 ſuilla caro, vinum craſſum, rubrum, aqua frigidiſſima dilutum, concedi poſſunt.

11 *Vel potiùs vitulinæ carnis atque pullorum ſt. lactitia.*

12 *Præſertim hordei.*

12 Farinam oxyrhodino ſubactã, emplaſtri modo, & renibus, & hypochondriis applicabis. Vitis & roſarum folia, ea in ſumma, quæ 13 refrigerant, & adſtringendo roborant, renibus applicabis.

13 *Vt ceratũ refrigerãs Galeni cum caphura, vnguentũ roſatũ Meſuæ, mucaginesſeminũ pſilij & cydoniorum, lamina plũbi tenuiſſimæ ſæpè mutata.*

Cerata comparabis lumbis & pectini ex roſaceo, ſubigéſque cum lactucæ ſucco & ſimilium. Aliquando etiam in maiori ardore expreſſo ſucco è foliis papaueris cerota ſubiges, aut populeum vocatum cerato commiſcebis. Erúntque ʒ. 2. populei ad ſingulas ℥. cerati.

14 *Ex ſuppreſſiõe ſeri, aut potu largiore, aut pituitæ colliquatione.*

Laudatur & infuſio ex oleo, in quo vermes terreni fuerint cocti. Mirum eſt, quòd theriaca ex natura ſua calida & ſicca ſitim diabetis extinguit, data interuallis. Leges vltimum problema primi Aphrodiſæi. Hunc morbum appellant ſyphonem, vrinæ profluuium, intercutem matulæ, dipſacum.

15 *Vt decocto radicũ ſũcatæ, abſtinentia muſculorum.*

In paralyſi, diabetæ curatio.

Si paralyſis ex luxatione vertebrarum, non facilè curatur. Alioqui balneis ſulphureis, frictionibus aſperis, inunctionibus dictis cap. de Paralyſi, dropace & ſinapiſmis vti oportet, vt vim medicamentorum percipiant lumbi, perinæum & pecten.

16 *Cuiuſmodi ſunt cathartica, quæ lenitendo aut trahẽdo purgant.*

Quòd ſi vrinæ multitudo in 14 cauſa eſt, victus 15 ratione exſiccante, iis quæ ad 16 inteſtina di-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 512 sur 805

uertunt, vtendum eſt. Ad alios verò, quibus infirmitas claudentis muſculi cauſa eſt, conueniunt caro ericij cerebrum aquilæ, cerebellum, renes, teſticuli leporis, pulmo hædi, lingua anſeris, galli guttur, veſica ſuilla, tauri, capræ, ouis, enula, thus, myrobalani, cyperus, coriandrum præparatum, myrrha, mētha, calamenthum, galbanum, caſtoreum, ſeſeli, lac ouillum & caprillū, oleum de ben, de ſpica, ruthaceum, maſtichinum.

Vulgare remedium eſt eſus murium. Oleis itaque vel inde comparatis cerotis pecten & perinæum inungenda ſunt. Reliqua ex vino odoro, ſenibus: ex aqua, pueris ebibenda ſunt. Laudantur & hæc.

℞. cinamomi electi ʒ. 1. ſpicæ nardi ʒ. ß. cyperi. coriandri præparati ana ϑ. 1. veſicæ ſuillæ ſiccæ, teſticulorum leporis ſiccorum ana ϑ. ß. Omnia incorporentur conſeruâ enulæ campanæ priùs conquaſſata & ſubacta. Aliud.

℞. glandium ʒ. 2. corticis thuris ℥. 1. ſem. coriandri præparati, boli arm. gumm. arabici ana ʒ. 2. ſpicæ, cinamomi ana ʒ. 1. teſticulorum leporis, veſicæ ſuillæ ana ʒ. ß. miſce, fiat puluis, vtatur ſæpè.

Laudatur & lac ouillum & caprillum cum modico ſaccharo, vel cum medicamentis deſcriptis.

Ne permingant ſtragula, veſica tauri vel ſuis priùs madefacta oleo interiori parte debet è cole ſuſpendi, & ita alligari, vt quicquid meiitur, excipiatur veſicâ.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Vrina ſecundum naturam habens quantitate potui reſpondere debet, aut ab eo paululum diſtare, & tempore con-

uenienti excerni. Ob id frequens, aut pauca, aut plurima mictio præter naturam est. Frequens fit tum ob causas superiùs dictas, tum ob resolutionem musculi orificium vesicæ motu voluntario claudentis & aperientis, quæ sæpè fit luxatis vertebris, refertúrque ad Paralysim. Pueris quoque molliores nerui, senibus sicciores, vnde permingunt lectum, neque diu vrinam continent. Pauca autem fit æstate ob sudorem & exhalationem: vel ob multam & humidam deiectionem, quia materiæ pars, quæ per vrinam flueret, ad intestina diuertitur: vel ob resolutionem & exiccationem, vt exardente corpore in febribus: vel ob ascitem. Multa, frequens & copiosa multis de causis contingere potest. Alimento & potu copiosiore: colliquatione aut dissolutione totius corporis: intemperie vel renum, vel hepatis, & crisi. Largior ergò potus vini tenuis & calidi, & medicamenta diuretica multas vrinas faciunt. Cruditas quoque multam efficit mictionem & deiectionem, & statim à cibo tractus sine mora succus ab hepate calidiore, aut inanito. Quòd si hepar adhuc calidiore intemperie teneatur, robustum tamen sit & valens fæcem, quæ est in intestinis, omnem fugit, vnde sicca & pauca remanet, serum autem augetur, sicque fit plurima mictio, & pauca deiectio. Nonnunquam quoque ob imbecillitatem naturæ partes frigidiores alimenti transmutari non possunt, in quibus quoque plus iusto vrinæ apparet. In his omnibus nondum veteres diabeticam passionem posuerunt, sed in affectis renibus & vesicæ per consensum. Harum enim partium morbus est διαβήτης, ἀπὸ τῦ διαβαίνειθαι, id est, pertranseundo, quòd humor corporis subinde mutet locum, & veluti tantùm per renes percoletur potus. Multum enim & frequenter mingunt ægri, & statim à potu vrinam aquosam & tenuem profundunt. Vnde ὕδρον εἰς ἄμιδα, & διάῤῥοια εἰς ὥρας, & διαμὸς Græcis etiam dicitur. Habet enim hæc affectio aliquid simile cum leienteria & canina appetentia. Cum illa quidem, quia potus omnis subitò per vrinas effluit: cum hac verò, quia perpetua sitis, ob inexplebilem cupiditatem attrahendæ vrinæ in renibus, & eiusdem retinendæ impotentiam. Si igitur huius vehementioris attractionis causam intellexerimus, natura huius morbi perspicua fiet. Tres autem in vniuersum causæ videntur. Calida & sicca renum in-

Vrinam cur pueri & senes continere nequeant.

Vrinæ largioris & frequentioris causæ.

Diabetæ quid commune sit cum leienteria, & cum canina appetentia.

Diabetæ tres causæ.

temperies : humor bilioſus acris, ſalſus, renibus impactus, quos aſſiduè irritat ad tractionem : & venenum aliquod deleterium. Quibus adde ſeri tenuitatem & bilioſum temperamentum. Ex his igitur ſitis ingens excitatur, ob quam æger aſſiduè bibit. Potum hunc auidè renes attrahunt, antequam coquatur in ventriculo, ſed propter imbecillitatem non retinent. Hinc etiam vrina aquoſa & tenuis redditur, licet ſit ingens calor, quia breuiore morâ retinetur, quàm vt coctionem & tincturam accipiat. Sunt tamen aliæ huius affectus ſpecies duæ, colliquatione renum, & totius corporis diſſolutione. Huius meminit Aretæus, fitque frequenter in febribus, quam ſequitur macies totius corporis. Cum dolore meiunt ægri, viſcera aduri illis videntur, omnia faſtidiunt, animo ſunt dubio, ſaliuam habent albam & ſpumeam, præcordia grauia. Increſcente morbo calor mordax in viſceribus, abdomen corrugatur, venæ intumeſcunt, fit tabes. Si vel modico tempore à meiendo abſtinuerint, tument lumbi, teſtes, & ilia. Rarus affectus, & bis tantùm à Galeno viſus, à nobis ſæpiùs. Anno 1558. Auguſti fine in vico vetere Templi Conſuli du Val, in febre continua non ita ardente, ad ſenſum lingua ſcabra, arida, nigra. Quotidie ſex pintas (quas vocant Lutetiæ) vrinæ mingebat, non ita ſiticuloſus, conſtabat mente. Sub ſeptimum diem obiit. Conſuli Quelain nephritico, in febre profluuium vrinæ motum, in quo ſeroſa vrina ad duas quartas emingebatur, ex quo euaſit. Eodem morbo paulò ante eius pater obierat. Alter ab eodem profluuio obiit in vico Sancti Ioannis Bellouacenſis. Quibuſdam diutiùs vrina ſuppreſſa, ſequitur vrinæ profluuium, aut morbus aliquis acutus per criſim, qui malignitatem ſuam in renes deponit, vt ait Aretæus.

Gal. cap. 3. lib. 6. de loc. mal. affect.

In ardente febre rarò curatur, ſicuti & in colliquatione. In aliis difficilè, niſi ſtatim initio deprehenſo morbo occurratur. Secatur vena in cubito, ſed moderatè. Refrigerantur renes & confirmantur. Alimenta craſſa, emplaſtica, minimè calida, vnguenta circa renes, inunctio ſpinæ, opiatæ.

ANTO. VALETII EXERCIT. LIII.

Diabetes proprium eſt ſymptoma renum, in quibus calor ingens, aut impactus humor ardentiſſimus, trahendi ex omnibus partibus ſeri vim vehementer atque continenter vrget: quod tamen præ retentricis facultatis imbecillitate, & alteratricis deprauatione continuò prolabitur in veſicam, indéque excernitur. Hinc inexplebilis ſitis, quæ nimio cruciatu clamorem ægrotanti excitat. Per initia diabetæ, viribus adhuc integris, miſſio ſanguinis è cubito, reuellendo, & ardorem temperando, maximopere confert. Dein verò vtilia ſunt vretica frigida ad eum, qui renibus eſt imbibitus, detergendum & expurgandum humorem: quorum materia ex cap. de vrinæ ardore repetenda. Refrænabuntur quoque humores, & cohibebitur ſitis, ſyrupis de agreſta, de oxalide, granatorum, in decocto refrigerantium & adſtringentium diſſolutis. Cacochymum ſi fuerit corpus, purgabitur caſſia, myrobalanis, thamarindis, ſyrup. laxatiuo roſar. pallid. Intereà topica inſtituentur. Hepati quidem tale epithema.

Gal cap. 3. lib. 6 de loc. mal. affect.

Diabetæ curatio.

℞. aqu. cichor. end. plantag. ſolan. roſ. ana ʒ. 2. ſantal. citr. puluerati ʒ. 2. aceti ʒ. 1. f. miſcella, qua imbuta lintea hepati applicentur.

Renes verò inungentur oleo roſ. cydon. myrtill. addito pauco populeo, aut cerato refrigerante Gal. vel fiet cataplaſma ex farina hordeacea cum ſucco plantag. adiecto, ſi velis, puluere malicorij, balauſtij, ſumach, vel caphuræ modico. Sanabitur eodem modo inuoluntarius mictus, ſeu vrinæ incontinentia, quæ ab hepatis & renum calida fuerit intempe-

Mictus involuntarij curatio.

ric. Quòd si sit à resoluto sphinctêre ceruicis vesicæ, atque iis neruis paralysi affectis, qui è lumbis in eum musculum inseruntur, potiores erunt insessus & fomenta, ex saluiæ, iuæ arthriticæ, ruthæ, cortic. querc. mespil. pin. nuc. cupress. ros. rub. decocto ex vino austero facto, adiecto sub finem alumine.

1 Hipocrat. lib. 4. de morbis.

De Vermibus. CAP. 54.

VErmium 1 tria sunt genera. Ascarides infima parte recti intestini adultioribus pueris familiares. Rotundi, qui pueris superiore ferè intestino generantur. Latus vermis per totum intestinum aliquando extenditur, rarò admodum, & paucis gentibus generatur: nunquam Athenienſibus, Thracibus, vt scribit Teophrastus. De eo tum antea, cap. de canina appetentia. Horum omnium generatio, putris materia & calor. Signa 2 ex Paulo & Aëtio colligenda sunt. Verminam hunc morbum, & verminationem appellarunt, non solùm hominibus, sed iumentis familiarem.

2 Ac rotundi quidem signa sunt cardiogmus, syncope stomachica, cum ad stomachum serpit, pruritus narium, tussicula sicca, suffusio ruboris in facie fugax cum vicissitudine caloris, tormina in aluo & strophæ, dentium stridor pueris dormientibus. Lati canina appetentia, bulimus, & vermiculorũ, qui cucurbitæ semen referũt, excretio. Ascaridũ verò, ani pruritus, tenesmus, prolapsus.

In genere conueniunt, quæ enecant vermes & excludunt, acria, amara, quæ vias lubricant, quæ à proprietate hoc efficiunt.

In ascaridibus, quia infimo intestino hærent, glandibus potiùs vtendum est, quàm potionibus. Fiunt glandulæ ex carne salsa, filo appensa: fiunt ex lardo priùs in aqua frigida macerato. Item ex melle, mixta aloë, & iis, quæ interficiunt vermes: qualia sunt coriandri semen & caulium, decoctum thymi, allium, absynthium, hyssopus, mentha, bouis astragalus vstus, vermes terreni vsti, chamæmelum, zedoaria, absynth. Santonicum, myrrha, puluis cõ-

tra vermes, ſecuridacæ ſemen, ſuccus portulacæ & endiuiæ, oleum omphacinum, medulla cerui, folia perſicorum, rutæ, raſura eboris, vnicornis, rhabarbarum, cornu ceruinum. Superſtitioſum eſt, quod ſcribit Scribonius, oportere è cornu cerui ſcobem fieri lima lignea: nam aliter iuuare poteſt. Plurimùm laudatur decoctio ſebeſten. Alia quoque, quæcúnque qualitate aliqua 3 vniuerſali vermes interficiunt.

3 *Vt decoctũ graminis cum raſura cornu ceruini, pueris poterit præſcribi. Vel hic pului ſculus. ℞. abſynthii. Santon. ʒ.ß. rheï el. ʒ.2. raſuræ cornu cerui ʒ.1. ſ pului ſculus. cap. ad ʒ. 1. cum iuſculo capi.*

Aquæ conueniunt graminis, abſynthij, portulacæ & rerum amararum. Purgatio quoque an conueniat, quęſtio eſt, de qua non dubitandum. Repurgata enim materia, vnde vermes generantur, vnà cum ea vermes excluduntur. Laudantur rhabarbarum, hiera tum ſimplex, tum diacolocynthidos. Veteres etiam Medici ſcammonio vſi ſunt. Nunc licebit vti granis quatuor dacrydij, cum aqua abſynthij, aut ſimili. Sed purgatio commodior, vbi in ſuperiore inteſtino vermes ſunt.

℞. decocti ſebeſten ℥.3. cornu cerui ʒ. 1. menthæ ſiccæ & piperis triti ana ℈. 2. Latos etiam expellit rhabarbari ʒ.1. aquę graminis aut abſynthij ℥.2. ſpicæ nardi Gr. 4. Clyſteres ex vini lib. 1. olei abſynthij ℥.4. pulueris hieræ ʒ.2. Poterit etiam adiici ℥.1. mellis, & ʒ.1. ſalis. Nam & ſal deglutitum aſcendentes vermes ad ſtomachum deorſum pellit.

Videndum tamen, ne odioſa vermibus per ſedem iniiciamus, cum ad ſuperiora eorum motus eſt. Tum 4 enim iucunda potiùs, vt mellita & dulcia, iniicienda ſunt, aut eiuſmodi glandulæ ſubiiciendę. Bibenda verò, quæ eoſdem vermes deorſum pellant. Nam aliquando ad ventrem vſque aſcendunt,

4 *Dum hæc fiunt, cataplaſma ex aloë, abſynth. Sant. & felle fieri poterit, vmbilico admouendum.*

& ſtomachum lancinant, vnde ſyncope, conuulſio, mors.

Emplaſtra & cerota ex cerato facto è tribus partibus olei abſynthij, amygdalarum amararum, nucleorum perſici, & vna ceræ amaræ. Deinde vbi refrixerint, ſubigi debẽt ex ſucco amaro, vt abſynthij. Adiiciendum quoque aliquod genus fellis. Nam fel inſigni amarore enecat vermes, ex quo & glandulas felle illinimus. Medullâ cerui venter, lumbi & perinæum inungi poſſunt. Mirum eſt, quod contigit aliquando vermes per inguina prorupiſſe, viâ exedendo facta. Aliis per vmbilicum.

Nonnullis quoque contigit, vt multitudo vermium tunicam ſibi contexerit extenſam toto inteſtino, & omnino ſimilem veri inteſtini.

Vbi coniunctus eſt alui fluor, eligenda ſunt, quæ præterquam quòd vermes enecant, etiam alui fluxionem retineant, quale eſt rhab. & plantago.

Et quia pueri ferè vermibus infeſtantur, refugiũt autem quæcunque amara ſunt, diductis dentibus, clyſterio, aut curuata fiſtula, medicamenta in œſophagum infundenda ſunt.

Fiunt clyſteria ex muria, aqua oliuarum, centaurio, abſynthij decocto. Sed vbi vermes excluſi ſunt, roborandum inteſtinum, inſtituenda vitæ ratio, ne in poſterum regenerentur.

Theriaca & mythridatium, ſi nulla febris, vermes enecant & excludunt.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ex multis humani corporis partibus reiiciuntur vermes, ventriculo, inteſtinis, veſica, vtero, dentibus, vlceribus

ribus Puella quædam quæ in laterna ad portas D. Iacobi decumbebat, album vermem, latum, palmo maiorem, satis crassum reiecit per nares nulla tussi, nullo vomitu antecedente, 9. Aprillis, anno 1553. In quodam è renibus longi, præcedente magno dolore lumborum, per vrinam reiecti sunt, in aliis duobus parui. Musa Aphor. 49. libr. 4. scribit quendam tussi expuisse vermem, nescio an à ventriculo, an à pulmonibus. De generibus vermium, materia, generationis modo in intestinis, non eadem est omnium sententia. Vulgò tria genera genera faciunt, ἕλμινθας στρογγύλας, id est, teretes & rotundos, qui in superioribus & gracilibus intestinis nascuntur, ventriculum subeunt, & per os sæpe, aut nares reiiciuntur: ἕλμινθας πλατείας, id est, latos, & longos, qui aliquando per tota intestina extenduntur, à quibus oriuntur cucurbitui, quòd semina cucurbitæ referant. Tertium genus ascaridum, qui exigui sunt, teretes, vermibus casei similes, & in recto intestino continentur. Alij præter latos quartum longissimum adiiciunt, eúmque tineam nominant, quanquam sub latis comprehendi potest. Cucurbituos etiam à latis separant, quod neque illius tineæ fœtus esse possint, neque partes animalis, cùm ipsi sint animalia. Sícque in vniuersum erunt, rotundi in superioribus intestinis, tinea, longi, lati, cucurbitui extensi per intestina, & ascarides iuxta anum. In qua diuisione, cùm ex rei natura sumpta non sit, & membra simul permiscери queant, nihil mirum confusionem reperiri, & controuersiam. Experientia tamen omnia facilia. Constat enim longos & rotundos in superioribus intestinis contineri & per os reiici. Anno 1553. in Collegio D. Barbaræ puer annos 12. natus interuallis vomere solebat longos vermes, albos, è ventriculo. Sentiebat motum, morsum & commotionem. Dum vrgebant, sitiebat, angebatur. Nutritus fuerat lacte, & fructibus. Tineam vocatum vermem Arelatæ vidit F. Valeriola longitudine, si bene memini, nouem pedum, aut etiam amplius: cuius vir ille doctissimus in suis Obseruationibus copiosè meminit, & quæ ad eius generationem intelligendam pertinent, accuratè docuit. Cucurbituos quoque vermes esse certum est, vt iam quinque genera inter se vel loco, vel figura, vel ma-

Vermis latus naribus ejectus.

Vermes longi è renibus rejecti.

Vermium genera tria.

Vermes longi per interualla è ventriculo excluſi.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 520 sur 805

gnitudine distincta constitui eadem ratione possint. Ascarides quibusdam quasi sacculo inclusi & membrana inuoluti latitant in fæcibus. Quod ad materiam pertinet, nonnulli ex Hippocrate 4. de morbis ab vtero seminaria accipi volunt. Generari enim in vtero matris, quoniam tunc fœtus non expurgatur à fæce. Non apparere autem, nisi ad id tempus, quo infans incipit vesci cibo, tum ob benignius lactis nutrimentum, tum quòd humidiora, & minùs calida sint illorum corpora. Quod certè principium longius petitum videtur, cùm in grandioribus, atque adeò senibus frequenter, vt in pueris, nascantur. Musa scribit senem annorum 82. in extremis positum accidentibus, quæ vermiculosis pueris accidunt, & cum graui halitu, qualis pueris esse solet, plures 500. excreuisse medicamento è scordio, & coralina. Rusticæ cuidam mulieri plures prodierunt, cùm antè incredibili palpitatione & fluctuatione ventris laborasset inde assurgentis & tumentis, vt in grauidis consueuit, robusto fœtu. Græci alios à bile, alios à pituita quosdam à melancholia generari volunt. Aëtius latum vermem, siue tineam, nihil aliud esse vult, quàm mutationem membranæ interioris tenuium intestinorum in corpus quoddam viuum animatum, mobile. Quæ omnia parùm probabilia videntur. Bilis enim & melancholia humores sunt tota natura ad hanc generationem ineptissimi, nisi temperentur ab aliquo alio longè superante. Et Galenus tanquam admirandum proponit in dysenteria, hominem abrasa interiore tunica intestinorum viuere posse, cùm tamen expulsis huiusmodi latis vermibus ægri longè melius habeant. Rationi magis consentaneum & experientiæ, vel ex chyloso succo, vel pituita ortum habere, quæ tamen aliquando aliis humoribus tingi potest. Hoc intelligitur ex cruditate & alimentis eorum, in quibus reperiuntur. Deinde facilè in gluten resoluuntur, & secti rursus vniuntur. Neque alius generationis modus videtur, quàm per corruptionem & putredinem, in qua natura, id quod benignius est, calore viuifico tanquam opifice, efformat in animal, qualecunque possit effingi, vt Arist. docet in Meteoris. Id perspicuum est ex fœtore excrementorũ, & halitu. Varia inducũt symptomata.

Vermes an ab vtero sua ducant seminaria.

Ætius Tetrab. 3. serm. 1. cap. 40.

Nam chylum consumendo corpus minuunt: in ventriculo vomitum, famem, syncopem mordendo, instimulant & aliquando iugulare videntur. In recto intestino pruritum excitant & tenesmum. In ventre medio fluorem alui, leienteriam ventris inflationem. In omnibus aliquando febres quotidianis similes, inordinatæ & horrificæ, &, si arrodant intestina, sæpè interficiunt. Hæc eadem vermium signa sunt, sicuti anhelitus fœtens, tussicula inanis & sicca. Cum clamore expergiscuntur ægri, arctiùs dormiunt, stridēt quodammodo dentibus, morsus, nausea, fastidium, & similia. Latus rarò generatur, & paucis gentibus, nunquam Athenien sibus, vt dictum est. In intestinis obiectum rapit alimentum, vt alio statim opus sit. Inde erosio, fames canina, gracillitas, imbecillitas, sine manifesta occasione. Certissimum signum esse volunt, in recrementis similia quædam cucurbitæ seminibus reiecta. In omnibus nihil certius, quàm si vermes aliqui reiecti sint.

Ascarides glandibus siue suppositoriis: rotundi potionibus: vtrísque lati curantur, ex materia, vt est scopus necandi, alliciendi, purgandi. Conueniunt syrupi, topica suprà vmbilicum, cataplasmata, vnguenta, inunctiones, clysteres, & similia.

ANTO. VALETII EXERCIT. LIIII.

OMnium trium generum vermium origo, lumbricorum, teretum & ascaridum, ex cruda, crassa, pituitosáque materia putredini accommoda existit, vehementi calore intestinorum accedente. Teretes & longi, etsi descendant atque ascendãt, in ileo, plerunque gignuntur: in colo lati: ascarides, teretes & breues, in fine recti intestini. Habent vermes interdũ morbi rationem, vt cum quiddam toto genere præter naturam, quod est auferendum, adest: nonnunquam causæ, quam morbi excipiunt, febres, epilepsiæ consentiente cerebro, spasmi, vertigines, dentium stridores: alias signi solius, quatenus

Gal. comm. ad aphor. 28 lib. 3. Aph.

Vermes quã variè consi- derentur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 522 sur 805

considerantur, vt excrementa. Sic quando in initiis febrium eiiciuntur, malum indicant, putridæ scilicet materiæ multitudinem: sicut & in vigore symptomaticè expulsi, eius malignitatem. In declinatione autem, quum critica comitatur excretio, sanitatis spem portendunt. Vermium malignitas ex colore dignoscenda. Qui vnius sunt caloris, vt albi, minùs censentur mali: qui versicolores deteriores, quia putredinem arguunt maiorem. Varia sunt vermium signa. Turbatur somnus, & vociferatio editur, ab excitatis à vermibus malignis vaporibus cerebrum petentibus. Pueri (qui propter lactis vsum & edacitatem in hunc affectum crebriùs incurrunt) dormientes quasi cibum, vel lac ore trahunt, quia vermes humiditatem exugunt. Tussis adest sicca, propter partium spiritalium consensum cum naturalibus, à quibus putridi vapores attolluntur: qui cum lædunt os ventriculi, singultum mouent: cum caput conscendunt, narium pruritum ruborem genarum, oculorum suffusionem leuem. Vermes, siquidem febris absit, imprimis necandi sunt, quòd viui intestinis adhærentes resistant: at mortui cum fæcibus excludantur. Vulgaris est vsus rhei infusi in aqu. gram. cichor. absynth. cardui, portul. vel plantaginis, si alui profluuium accesserit: cui expresso adiiciatur syr. de portul. vel de absynth. Vel.

Vermiũ malignitatis ex colore dignotio.

Vermium signa.

Gal. sub finẽ lib. 4. Meth.

℞. radic. gram. & cichor. ana ʒ. ß. radic. petros. ʒ. 2. sebesten ʒ. 2. f. decoct. ad ℔. ß. In qua infunde summitat. absynth. Rom. & fumar. ana p. 1. Deinde è colatura cum saccharo sufficienti f. syrup. Detur ʒ. 1. ß. cum ʒ. 2. aqu. portul. in quibus ponatur corn. ceru. præpar. puluer. contra vermes ana ʒ. ß.

Diuitibus rasura vnicornis imperatur. Vermes verò vt ad superiora intestina, & ventriculum non perreptent, alliciũtur dulcibus clysteribus, ex lacte, oleo non addito, eo enim fugantur. Intereà extrinsecus, vt vmbilico, linimenta, emplastra, ex amaris comparata admouentur.

℞. ol. ruthac. amygd. amar. & absynth. ana ʒ. ß. myrrh. aloës ana ʒ. ß. f. litus pro vmbilico. Vel. ℞. aloës elect. ʒ. ß. flor. tanacet. puluerator. ϑ. 2. mythridat. ʒ. 1. cum oleo amygd. amar. & felle bubulo, addita cera & farin. lupinor. f. emplastr.

Vel semuncia massæ interioris pilul. communium malaxatur cum oleo ruthaceo & felle bubulo, & super alutam extensa vmbilico adhibetur. Sed aduertendum, vt si febris adsit, minùs amara vsurpentur: vt si ex farinæ hord. & lupin. ana ʒ. 6. succ. limon. & portul. ana ℥. ß. aceti ℥. 1. cũ oleo amygdal. amar. cataplasma fingatur.

De 1 Hæmorrhoidibus. CAP. 55.

HÆmorrhoïdes vniuersum 2 corpus vacuant, aliquando 3 cacochymia, aliquando 4 puro sanguine, quique 5 sola quantitate peccat. It autem per venas, quæ à 6 vena caua explantatæ vtero, pudendis & sedi implantantur. Hoc enim verisimilius est, quàm per venam, quæ à portis hepatis in extremum rectum intestinum porrigitur. Neque admodum verisimile hæmorrhoidum materiam per venam à liene repurgari. Ramus enim venæ, quæ à medio liene descendit, desinit in omentum. Hæc vacuatio in genere præter naturam est. Ideóque periculosa, propterea quæ non facien-

1 *De sanguinis, aut humoris melancholici fluxu, qui fit per venas ad pudenda pertingentes, quæ ab ea affectione nomen habent.*

2 *Cacochymiã purgando, aut pectoris deplẽdo.*

3 *Melancholica, per mesentericas venas.*

4 *Per venã hypogastricã quæ musculis intestini recti, ceruicibus vesicæ accidere sanguinem imperit, atq. etiã pudẽdo.*

5 *Vt in grauidis, in nimia sanguinis abundantia, mulieribus, quibus suppressi sunt mẽses, aliquo etiam membro mutilis.*

6 *A ramis illustrũ ci inferiores venæ cauæ.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 524 sur 805

da eius consuetudo. Quibusdam tamen naturis fit naturali cõsuetudine, & incolumis valetudinis causa est. Tale est, quod scribit Hippocrates. 7 Atra bile vexatis, & renum passionibus, hæmorrhoides superuenientes bonum.

Præterea quòd quartana, melancholia, angina, pleuritide & aliis eiusmodi grauioribus 8 morbis hominem vindicãt. 6. Epid. Salutaris quoque hæc vacuatio epilepticis, & iis, quibus tubercula & maligna vlcera oriri solent. Fluunt tamẽ hæmorrhoides aliquando 9 immodicè. Oportet enim ea fluxione corpus 10 leuari, non infirmari. Atque vbi de commouendis hæmorrhoidibus consilium est, peculiaris natura ægri primùm interroganda est, an ex consuetudine, & statis interuallis soleat eo modo repurgari. Sunt enim quibus periodicè fluunt. Mulieribus, 11 viduis, 12 senibus, & quibus aliter supprimũtur menses, sanguis interim diuertit à venis vteri ad sedis venas: & ita per periodos sese repurgant. Præterea interrogandus est æger, num sit opportunus grauioribus illis morbis, quos diximus. Hæc enim efficiunt consilium excitandæ huius purgationis.

Excitantur autem aliquando 13 purgationibus, quæ cacochymiæ cõueniant. Nonnunquam phlebotomo è malleolo, vel iis venis, quæ superiore parte pedis eminent: cucurbitulis item cruribus admotis & sedi. Leuissima via est per sanguisugas.

Ferro etiam aperiuntur, vbi turgent, quas mariscas appellant. Tum etiam medicamentis, vt oleo è

7 *Aphor.* 11. *lib.* 6. *Aphor.* 8 *Sect.* 3 *li.* 6 τῶν ἐπιδημ. Et *ad finem lib. de humoribus.*

9 *Vndecachexiam adferunt, indeq. hydropem.*

10 *Quod erat alioqui onustum humoris melancholici proue tu aut suppreßi sanguinis plethora.*

11 *Quæ fuerant olim restibilis fœcũditatis, hoc est, singulis annis pariebant.*

12 *Melãcholicis, olim biliosis: quorũ corpora biliosa tã perspiratione carentia fiunt melancholica.*

13 *Ex decocto foliculorum sennæ & cassia, & lutorhei & diaphœnico, maximè verò aloes vsu.*

nucleis perſicorum, aut in quo res 14 acres & amaræ coctæ ſint. Aut vnguento.

14 *Vt perſicaria, myriophyllum, apparine, & præſertim rubia minor.*

℞. pinguedinis lardi eraſæ ex parte pinguiſſima ℥.1. olei irini, ruthacei, aut ſimilium ʒ.3. Fiat veluti vnguentum molle, quod ſubigatur ex ſucco cœpæ rubræ. Eadem cœpa aceto macerata, contuſa, & impoſita. Verùm vbi dolor eſt, cum butyro ſubigimus, oui vitello, vel roſaceo. Pulpa colocynthidis conuenienti oleo immergitur, ano alligatur: quinque horarum ſpatio aperit.

Collyria, ſuppoſitoria ex radice cyclaminis, ex radice caulium induntur. Fortiora, ſi taurino felle illinuntur. Fellis genera, maximè flaua, ſedi illinuntur, vel goſſipio excepta induntur. Pallida verò mitiora ſunt. Forte hoc eſt.

℞. ſtercoris columbini in puluerem redacti ʒ.3. inſpergantur vnguento molli facto ex pinguedinis lardi ℥.1. olei, in quo matricaria coctarit ℥.ß. ſalis ʒ.2. omnia miſceantur in mortario.

Celeriùs agent medicamenta, ſi antè confricetur ſedes ex foliis ficus, parietariæ, aut aliis aſperioribus, vt linteo cannabino, vel detrito panno.

Fotus quoque ex cyclamino, centaurio, abrotono, matricaria, bryonia, radice enulæ, ireos, abſynthij, & ſimilium. Reliqua materia cap. de commouendis menſibus dicetur.

Sed aliquando latent 15 hæmorrhoides: qua in re placuit Antiquis vt ſedes euerteretur. Inuſitatum nec ita tutum remedium noſtris temporibus. Euertitur ſedes, quò faciliùs remedia applicentur.

15 *Neque ſub aſpectum veniunt, ſiue ſiſtendi, ſiue ciendi conſilium ſit, ſiue ſymptoma corrigendi.*

℞. piperis, nitri ana ʒ.1. læuigatis locum attingito. Vti licet & ſale gemmæ, & pul. ſeriphij, & ſelle,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 526 sur 805

16 *Nonnulli esulæ lacte vtuntur.*

absynthij 16 succo, & matricariæ. Postea verò reponenda sedes ex iis, quæ capite proprio dicentur. At verò vbi iam immodicè fluunt, sistere oportet. Sistuntur autem, vbi odiosæ sunt. Atque vbi grauius aliquod malum non metuitur, ad eam rem vena 17 cubiti secatur, aut extremæ manus Cucurbitulæ hypochondriis, lumbis ac scapulis affiguntur. Reliqua curatio 18 potionibus, topicis remediis, Chirurgiâ perficitur. Quod autem ad Chirurgiam attinet, meminisse oportet, anum maximè ea parte, qua sphincter est, partim neruosa substantiâ, partim neruoso circulo constare.

17 *Tum ad reuulsionem humoris eò fluentis, tum etiã ad prohibendã fæculenti sanguinis generationem.*

18 *Alterantibus, vacuantibus & sistentibus. Præter hæc abstinendum erit vino, vt orgasmus inhibeatur.*

Neruosa substantia neque acria & mordacia medicamenta, neque vstionem aut incisionem, sine conuulsionis periculo, perferre potest. Exterior musculus recti terminus ignobilis & carnosus, qui vocatur podex, ea remedia perferre potest. Quod autem scriptum est ab Hippocr. quódque ad consilium sistendi hæmorrhoides pertinet, A diuturnis sanato hæmorrhoidibus, si vna non seruatur, periculum est, ne intercus, aut tabes subsequatur, ita intelligere oportet. Medico sananti hęmorrhoidas, id est, dum sanguinem mittit, affigit cucurbitulas, topica & reliqua remedia adhibet, rectam vitæ rationem instituit, vna quidem eo tempore relinquenda hæmorrhois, vt paulatim non temerè ac præcipitanter fluxum cohibeat. Vbi verò persanauit, nulla relinquenda est.

Potiones conueniunt, quæ partim cap. de sputo sang. partim cap. de profluuiis alui & mictu sanguinis descriptæ sunt, & describentur cap. de supprimendis mensibus. Sed quia in hæmorrhoidibus

ferè cruciat dolor, his vtendum eſt.

Symptomatũ correctio.

℞.olei violarum ℥.3. mucag.ſem. pſilij ℥.2. miſce, vngatur ſedes. Aliud.

℞. olei violarum ℥.3. ceruſſæ lotæ drach. 6. ceræ albæ quod ſufficit. Aliquando vitellum oui cum roſaceo, aut violato oleo ſubigimus. Nonnunquam albumen commiſcemus, vbi maior ardor eſt. Similiter & 19 micam panis albiſſimi ex ſupradictis oleis ſubactam emplaſtri modo apponimus. Conueniunt & mucag. portulacæ, lactucæ, ſed maximè pſilij. Fiunt quoque ſacculi ex rebus anodynis. Fiunt fotus ex iiſdem, atque vbi dolor vrit grauiùs.

19 Violaria in lacte cocta ad pultis cõſiſtentiã micificè dolorẽ ſedat, ſi cum tantillo olei roſacei admoueatur.

℞.olei violati ℥.2. populei ʒ.2. Cum ouo integro fiat vnguẽtum. Quòd ſi res vrgeat, opij ϑ.commiſcere poteſt. Poſtremò videndum, ne adſtringentibus immodicè nimiùm reſiccatus podex non prẽſtet officium. Itaque fomentis humectantibus corrigendum vitium eſt. Similiter cùm nimiùm podex refrixit refrigerantibus medicamentis & narcoticis, temperandus eſt.

Poteſt ſiſti hæmorrhois ſiccantibus, cauſticis, volſella præhenſis, & vinculo interceptis venis.

Laudatur farina volatilis, aranearum tela, & alia in fluxu ſanguinis numerata. Vrunt, &, vt loquuntur, mortificant ex puluere radicis caulium torrefactæ, & ſtercore canino ſimiliter cremato, fæce arida vini adſtringentis cremata, adiecta tertia parte vitrioli Romani.

Extremũ eſt arrhenicũ rubrum, cum æqua parte aluminis plumæ. Oportebit autem, priuſquam hæc admoueas, ſedem madefacere vino adſtringente.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Per anum effluit ſanguis multis modis, vt per inteſtinorum fluxum, hæmorrhoidas, σύκωσιν, ſiue ficum, & Thymum ſiue Mariſcam. In quibus multi ſæpè falluntur, qui ſine diſtinctione, ſtatim fluxu aliquo in ano, aut tumore apparente, hæmorrhoidas eſſe putant, cùm plurimùm hi omnes affectus inter ſe differant, & natura, & curatione. Thymus à veteribus deſcribitur tuberculum carnoſum, quaſi verruca eminens ad cutem, tenue, ſuprà latius, ſubrubrum, in ſummo peraſperum, oblongum, florem thymi referens, vnde nomen habet. Facilè finditur & cruentatur, modóque vnus, modò plures naſcuntur in pedibus, talis, palmis, mediis femoribus, glande, præputio, facie, & ſæpè in ano. Alij ſunt ſine dolore carnoſi, aſperi, candidi, aut ſubrubri. Alij cum dolore punctorio duriores, aſperiores, maiores, fœculenti, liuidi qui non facilè curentur, niſi tota parte execta, cui innaſcuntur. Sycoſis idem ſignificat, niſi quòd minor eſt quantitate & magnitudine, vt ſcribit Aëtius.

Mariſca. Thymus.

Aëtius Tetrab. 4. Ser. 2. cap. 4.

De quibus ſic Iuuenal. Satyr. 2.

Cæduntur tumidæ, Medico ridente, mariſcæ.

Falluntur ergò, qui mariſcas cum hæmorrhoidibus confundunt. Illæ enim generantur ex præpoſtera venere, immodica equitatione, vel attritione qualibet in ea parte facta. Hæmorrhois verò (nomine pro affectu ſumpto, ſiquidem partem affectam quandoque ſignificat) nihil aliud eſt, quàm profluuium ſanguinis per venas ani, aut in illis tumor ab influente ſanguine. Quæ affectio vt diſtinguatur à fluxu ſanguinis antea deſcripto ſuperioribus capitibus, obſeruanda eſt hæc methodus, omnium fluxionum cauſis inueſtigandis accommodiſſima, ſiue naturales ſint, ſiue præter naturam. Tria enim ſunt in genere, in quibus cauſam inuenies. Virtus quæ mittit: inſtrumenta ſeu viæ fluxionum, vnde, quà, & quò mittuntur: poſtremò materia fluens. Virtus quadruplex attractrix, retentrix, concoctrix & expultrix. In materia notanda mixtio conſiſtentia, quantitas, qualitas. Primùm igitur per quam viam ſanguis fluat, obſeruandum,

Mariſcarũ & hæmorrhoidum generatio.

Fluxionum omniũ cauſæ quî poſſint dignoſci.

Sanguinis per inteſtina reiecti ſigna.

an per inteſtina,an per venas ani. Hoc cùm ex cauſis antecedentibus & ſenſu, tum ex mixtione coniiciendum. Nam ſimul cum recrementis reiectus & cum illis mixtus ab inteſtinis prodit:ſine recrementis ,ab ano. Illic cauſa eſt vel in ſanguinis multitudine aut acrimonia, vel in virtute, ſiue non retineat ob imbecillitatem,ſiue excernat ob copiam: vel in via, vt vlcere aliquo in inteſtinis. De quibus omnibus dictum eſt ſuperiùs. Si à venis ani (ſimul cum arteriis : ab vtríſque enim fiunt)hæmorrhoides erunt. Itaque videndum initio,vt fluxionis natura & origo exactè intelligatur, vnde venæ illæ oriantur,quà progrediantur , & vbi terminentur. Vna eſt inſignis, quæ à ramo ſplenico venæ portę per meſaræum circa collum & inteſtinum rectum extenſa terminatur in muſculis ani & inteſtino interiore, cui circa lumbos occurrit arteria. In eundem locum , ſed vlterius ad cutim vſque à vena caua, tres cum ſuis arteriis , à duabus iliis & ramulo venæ ſacræ dictæ Syluio. Si per has effluat ſanguis , quia exteriores ſunt, hæmorrhoides apertæ dicuntur , ſiue externæ, in quibus neceſſe eſt hepar , renes , & totum illud venoſum genus à vena caua magis expurgari , proindéque ſanguinem magis coctum eſſe, quàm qui fluit à venis meſaraïcis , in quibus adhuc rudis eſt & ſplendidus , licet ater ſit & craſſus, quem lien , & meſaræum maximè hac via expurgant. Nam hepar ſanguinem coctum per venam cauam diſtribuit. Meſaraïcæ verò ſugunt à ventriculo , & omnibus inteſtinis , atque ad hepar ſuccum mittunt,plurimúmque ſeri continent. Lien autem ſanguinem fœculentum exonerat in ramum ſplenicum. A quo deſcendit per meſaraicum ramum , vnde primus ramus,qui deſcendendo occurrit, hæmorrhoidalis eſt : paulò infrà, venæ meſaraicæ. Si igitur per venam à meſaraico ramo, qui à ſplenico oritur,fiat ille fluor hæmorrhoides internę erunt, quòd intus lateant,nec oculis cerni poſſint , niſi deſcendente ano , aut immiſſo ſpeculo. Vtręque rurſus diuidantur in cæcas , & apertas. Cæcæ ſunt, quę tument cum maximo dolore, nec ſanguinem reddunt. Quanquam non ignoro cęcas etiam dici illas interiores, quia non videntur. Apertę verò, in quibus eſt ſanguinis profuſio. Rurſus vel ſine inflammatione ſunt, vel cum inflammatione. Inflãmationis ſigna ſunt dolor,rubor,tenſio,

Hæmorrhoides cæcæ.

Hæmorrhoides internæ.

Inflammationum in hæmorrhoidibus nota.

renixus, febris. In cæcis grauiſſimus dolor, quia partes illæ acutiore ſunt ſenſu. Sphincter enim neruoſa quædam ſubſtantia eſt quæ neque vſtionem, neque ſectionem facilè ferre poteſt ſine conuulſione. Deinde hãbent è vicino oſſe ſacro ductos neruos, & extremæ partes ſunt: quales acerrimum habent ſenſum, neque ſine periculo offenduntur. Indicio eſt è pollice pedis ſubita mors apud Hippocr. 1. Epid. & læſis extremis digitis dolor grauiſſimus & oculis, & pudendis, & ſedi. Rectitudo quoque & tenuitas neruorum plurimùm facit ad doloris ſenſum. Quæ omnia indicant, non ſine cauſa, plenioribus vaſis, & diſtenta membrana ſedis, quæ orificiis venarum prætenditur, à plenitudine, aut inflammatione acutiſſimum dolorem excitari, qui ſæpè ad ſe totam curationem traducit. Ex his etiam perſpicuum eſt, non ſolùm propter craſſum & fæculentum ſanguinem, ſed etiam puriſſimum, hæmorrhoidas fieri, licet Gal. in Aphor. contrà ſentire videatur. Si igitur ſanguis, qui effluit, redundet & vitioſus ſit, magna ex hæmorrhoidibus commoda conſequuntur, quæ numerantur ab Hipp. Incipientem melancholiam prohibent, factam ſanant, quòd ferè is humor craſſior & nigrior per has venas vacuetur, quanquam & alius. Varicibus, lieni indurato, arthritidi, nephritidi remedio ſunt. Quibus (inquit Hippoc. ſect. 6. Epid. 3.) hæmorrhoides, ij neque pleuritide, neque peripneumoniâ, neque phagedænâ, neque furunculis, neque thermynthis, fortaſſe neque leprâ, neque alphis corripiuntur. Sed non ſolùm his, quæ dicit Hippoc. proſunt, verùm etiam vteri, veſicæ & pudendi affectibus. Ex eadem enim diuiſione hæc omnia venas habent. E viduis quibuſdam loco menſium fluunt hæmorrhoides. In grauidis quoque notaui hæmorrhoidas vtiliter fluere in duabus mulieribus nobiliſſimis iam quatuor menſes in vtero habentibus: in quibus partus tempeſtiuus conſequutus eſt, & ſaluberrimè adoleuit. Erat autem frequens & multus fluxus, ſanguis ferè dilutus, qui vbi ſubſiſtebat, grauiùs habebant. Ægrè excluſo leuabantur. Quibuſdam etiam familiis conſuetæ ſunt. Cuidam nobili in æde Ambroſij Paræi Chirurgi decumbenti, qui me ad cõſilium adhibuit, cùm in grauiſſimo renum dolore emingeret pus, ſanguinem & craſſam pituitam, natura remedium

Gal. cõment. in aph. 11. & 12. lib. 6. & cõm. in ſent. 37. ſect. 3. li. 3. Epid.

Hæmorrhoides fluentes menſium loco,

Sanguinẽ & pus mingenti hæmorrhois aperta ſaluti fuit.

ostendente, quia tumebat hæmorrhois, & aliis remediis non cedebat dolor, eo statim tempore iussi aperiri hæmorrhoidẽ, vnde incredibili celeritate dolor conquieuit. Sed hæc omnia intelligenda de natura superflua exonerante, & si ægri leuiter ferant. Nam quæ ab infirmitate viscerum & intemperie, vnde sanguis vel acrior, vel serosior generatur, vel quæ à laxatione & hiatu venarum ortum habent, aut immodicè fluunt, in his celeriter tolli debet totius mali origo. Alioqui intempestiuè cohibitæ deteriora longè & periculosiora vitia inuehunt. Nam suppressus sanguis ad hepar, hinc aliquando ad pulmonem, cerebrum, latus, aut in corpus diffunditur, vel aliqua parte consistit, vnde morbi illi omnes superiùs relati oriuntur, & si qua adhuc grauiora dici possunt. Paucis enim grauioribus annotatis morbis alios intelligit Hippocrates, vt epilepsiam, & similes. Non immeritò igitur quæstiones illæ duæ ponuntur, an prouocandæ sint, an sistendæ. Et si sistere consilium sit, an vna relinquenda, vt Hippocr. præcipit in Aphorismis. De quibus remota omni disputatione ab hoc loco aliena sic breuiter censemus. Assuetis & grauioribus morbis laborantibus, aut opportunis, aperiri posse. Quibusdam familiis consuetas esse, in quibus indiuidui ratio habenda. Et quia ante pubertatem non fluunt, vt est author Hippocrates, impetus quoque naturæ considerãdus. Alioqui non est facienda consuetudo. Aperiendæ igitur non sunt si non tumeant, & si nunquam fluxerint. Quod ad alteram quęstionem pertinet, Curati (inquit Hippocr. 6. Epid.) importunè multi subitò his morbis correpti sunt, & grauissimè. Galenus importunè curatos interpretatur, qui neque phlebotomiâ, neque medicamento subducente per interualla exhibito, vel exercitationibus vacuantur, qui item neque vnam ex ipsis relinquunt, sed omnes in vniuersum tollunt. Vbi Galenus videtur sentire omnes quidem tolli posse, sed non ἀσφαλῶς. Deinde oportere κατὰ περιόδους vacuare corpus, phlebotomiâ, medicamento, exercitio: alioqui vnam relinquendam. Quare vbi hæc remedia adhibita fuerint, & per interualla, nulla relinquenda videtur, præsertim cùm ea purgatio non sit naturalis, & optima victus ratione declinari queat. In recentibus quoque metu grauioris mali vna seruari potest.

Hæmorrhoides quando prouocandæ, aut sistendæ.

Multis percurantur. Sed experientia docet, nisi purgentur, & sanguis detrahatur, nescio qua melancholia & obscœnis somniis vexari. An autem vna relinquenda sit, quæ statis periodis effluat, an obligandus æger phlebotomiæ per interualla, & medicamentis, id ferè arbitrio ægri relinquendum nisi si quis à phlebotomia, purgatione, exercitiis deteriùs habeat, aut hæc leuiter ferens, grauiùs ferat hæmorrhoidem. Relinquere autem vnam apud Hippocr. nihil aliud est, quàm non secare, non vrere, non consuere, siccare, putrefacere. Nam liber est de hæmorrhoidibus, vbi omnes vrit, secat, curat, consuit, putrefacit, siccat. Vrit autem non adhibito venæ ferro, sed tantùm admoto, vt assetur, & siccetur. Quod igitur Aëtius nullam seruandam scripsit, Paulus contrà, non solùm in diuturnis, sed vbi stillicidij modo effluit sanguis, cæteris occlusis, vnam relinquendam præcipit. Seruari duobus modis interpretari poteris, vel neglecta artificiosa curatione, vel adhibita. Si negligatur, vna seruanda est: si adhibeatur, nulla. Rursus sistendi consilium duplex. Alterum dum fluentes sistimus: alterum, dum fluxuras animaduertimus. In illis immoderatum fluxum adstringi debere non est dubium. Cæterùm externæ facilè deprehenduntur ex tumore. Internæ verò ex pondere circa sedem, egerendi difficultate, & clysteres aut glandes immittendi, sanguine aliis excrementis non permixto, & consueta purgatione, atque indiuidui natura.

Multi sunt igitur curationis scopi. Tumentes aperiendæ: fluentes compescendæ: dolor mitigandus, & inflammatio tollenda. Quæ omnia propriis remediis perficiũtur. In omnibus, partis affectæ habita ratione, ab omnibus acribus & mordentibus abstinendũ. Cauendum à cancro, aut fistula: quæ vehementioribus medicamentis facilè inducuntur. Nam cuniculi quidam, sæpè latent, in quibus pus. Vnde longiores sinus in fistulas abeunt. Videndum etiam, ne nimiùm adstringamus, aut refrigeremus podicem. Hinc sequitur ani prolapsus, vel resolutio: illinc non præstat officium, & aluus nimiùm resiccatur. Itaque post vsum horum corrigi vitium debet, si quod illatũ sit. Vbi remediis non est locus, Chirurgia opus est ligatis, vstis, tabefactis venis. Sed reuera in hæmorrhoidibus

diuturnis, in varicibus, & reliquis influxionibus & collectionibus iam inueteratis omninò periculosa sectio, quâ vel moriuntur, vel in aliquem grauissimum dolorem incidunt, priore peiorem. Purgato corpore fotus conuenit cum vino adstringente, decoctione ros. centinod. plantaginis, scoria ferri, & similibus. Topica adhibentur & sedi, & ossi sacro.

ANTO. VALETII EXERCIT. LV.

HÆmorrhoides aliæ sunt internæ, externæ aliæ. Illæ à splenico ramo & mesenterio: hæ potiùs à venæ cauæ propaginibus ipsi sedi explantatis, fiunt. Internarum sanguis parcior & aquosior: crassior externarum. Sunt item aliæ vuis similes, rugosæ, propterea que dictæ vulgò morales, quòd moris similes conspiciantur. Corpus aliàs cacochymiâ expurgant, præsertim melancholica, aliquando plethoram deplent. Proruptionis sanguinis ab hæmorrhoidibus cõmoditates vide apud Gal. cap. 7. lib. de venæ sectione aduersus Erasistratæos, cõm. in sent. 8. sect. 6. lib. 6. Epid. & in 37. sent. sect. 3. lib. eiusdem. Suppressarum verò incommoda comm. in sent. 39. Prorrhetic. 3. Prima curatio est, vt molestus dolor sæpè leniatur: secunda, si sistantur, & mali grauioris metum afferant, vt aperiantur: tertia si immodicè fluant, vt cohibeantur. Sola quippe vacuatio optima censetur, quæ quod graue, infensúmq; est, velut onus inutile, deponit citra corporis infirmitatem, & virium iacturam. Sedabitur itaque dolor aluo molliore facta, vt minore cum expressione & conatu fœces reiiciantur, quæ alioqui duræ hæmorrhoidas exasperant, fluxionem videlicet dolorifica duritie ingeminando. Et quia in-

Gal. cõment. in sentẽ. 25. sect. 5. lib. 6. Epidem.

Gal. ad finem libr. de differ. sympt.

flammatio ſæpè adiungitur, conuenientiſſimum hoc erit remedium.

℞.mucag.ſeminis pſilij ʒ.ʒ. vnguenti populei ʒ.ꝛ. miſce pro linimento: quo pannus mollis, aut goſſipium imbutum, in anum inditur.

Quòd ſi tenſio ſine inflammatione ſit, ſatis erit bombacem imbuere linimento ex mucaginib.alth. lini & fœnugræc.vel oleo viol.aut ſimil.Dein aperiuntur hæmorrhoides infinitis propè artibus ab Hollerio traditis. Vulgò tumentes venas inungunt ſanguine gallinæ, aut columbi: mox hirudines præparatas affigunt: quæ ſi ſatis ſanguinis non exhauriant, ſanguinem fluere ſinunt. Quod ſi per ſe ſiſtatur, ægrum iubent in aqua tepida inſidere. Contrà verò ſi per apertas hæmorrhoidas fiat profuſior ſanguinis proruptio, à qua periculum tabis, aut cachexiæ impendeat, auertetur ſanguis ſecta dextra baſilica, largo ſanguine ducto, ſi multus ſubſiterit, affixis dextro hypochondrio & interſcapulio cucurbitulis, &c. Vbi tenuitas ſanguinis & acrimonia in ſuſpitionem venit, ſyrup.incraſſantes, refrigerantes & ora vaſorum occludentes vſui erunt. Tutiſſimum etiã erit, rhei electi in aqu.cichor.plantag. roſar.aut ſolani cum pauco cinam.craſſiuſculè conquaſſato infuſi fortem expreſſionem exhibere, adiecto ſyrup.aliquo adſtringente: aut, ſi magna fuerit cum ſanguine feri copia, ſyrup.laxat.roſa.pallid. Facit & hûc maximè hic potus.

℞.ſacch.roſ.ʒ.ꝛ.bol.arm.elotæ in aqu.roſ.ℑ.ꝛ.ſyru.myrtill.ʒ.ı.aq.roſ.ʒ.ꝛ.f.potus.

Foris ſedi admouentur ad ſiſtendum fluxum eadem fermè quæ in ani procidentia.

De

De exitu ani. CAP. 56.

ANus totum rectum intestinum est, aut extrema laxitas eius. Excidit hæc infirmis musculis obliquis, qui sedem sursum reuellunt, & laxitate 2 membranarum, quibus ossi sacro & lumbis colligatur. Nerui etiam 3 resolutione, qui ab extrema spina ad sedem porrigitur. Itaque primum animaduertendum, num quæ inflammatio adsit, quod tumore, rubore, calore & 4 duritie intelliges. Hîc 5 sanguinem è brachio detrahes: deinde etiam è 6 malleolo. Si fuerit opus, materiam inflammationis resoluentibus medicamentis & laxantibus digeres, admixta etiam parte eorum, quæ repercutiant & corroborent.

Topica remedia frustrà sunt adhibita sedi, si à læso neruo vitium est. Tuncque applicanda extremitati spinæ, vbi 7 coxa est: redeundumque ad genus 8 curationis, quod cap. de Paralysi dictum est. Si verò infirmitas est eorum obliquorum musculorum, & corpus crassis ac viscidis humoribus abundat, purgatione primum vtendū est ex hiera simpl. aga. hiera diacolocynt. & similibus: tum si qua sordes ano inhæsit, detergenda priùs hydromelite, vrina propria, decocto betæ, muria, marina aqua.

Postea verò fotus cōueniet sæpe repetitus ex vino austero, in quo acacia, hypocistis, mirrhus, malicorium, rosæ, scoria ferri, & alia eiusmodi adstringentia cocta sint, adhibita ratione, quæ iubet mollioribus mitiora, durioribus fortiora remedia esse adhibenda.

A fotu vnctiones, insperſiones puluerum, inceſſio-

1 *De vltimæ rectī intestini partis prolapsu.*

2 *Ductarum à peritonæo, atque etiā à ligamētis lūborū & ossis sacri.*

3 *Quæ vel ab obstructione, vel compressione fit.*

4 *Dolore itē & pulsu.*

5 *Ad reuellendū & inhibendū fluxum.*

6 *Ad amotionem materiæ cōiunctæ.*

7 *Qua parte ischium cum osse sacro cōnectitur.*

8 *Vt adfotus, lotus, emplastra, dropaces* De his vide Hippocratē ad finē libelli de fistulis.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 536 sur 805

nes & balnea vſurpanda ſunt. Quanquam inunctiones & olea, quæque lubrica ſunt omnia, non ſine ratione quidam reiiciunt, alij admittunt, quia firmiùs inhærent. Laudabitur oleũ nardinum, coſtinum, laurinum, maſtichinum, roſaceum, quæ vbi inuncta fuerint, puluis ex arida pice trita, ſeta porcina, vſta galla, fimo canino, cornu cerui, carabe, ſanguine draconis, maſtiche, corallo & ſimilibus.

Suffitus è bdellio, pice arida, pinea, Colophonia, exuuio ſerpentis, lapide molari candente conſperſo aceto, in quo porri folia coxerint, vino auſtero nigro, in quo aliquid adſtringẽtium ferbuerit, inſeſſiones in aqua ſulphurea, marina, bituminoſa, aluminoſa, & ſimilibus. Puluis.

℥. ſang. draco. malicorij ana ʒ. 1. gallæ, bituminis ana ϑ. 2. ſubtiliſſimè trita & cribrata inſpergantur. Alius.

9 Stibij non calcinati.

℥. carabe, cornu cerui vſti, coralli, balauſtiorum, thuris albi 9 antimonij, acaciæ ana ʒ. ß. trita inſpergãtur, aut incorporẽtur vitello oui, & modico petrolei, Vitellũ oui vſurpamus, vt in eo pulueres incorporentur, quia non, vt oleum, ſordes relinquit.

Emplaſtra fiunt ex ammoniaco, bdellio, malaxatis cum oleo nardino, & ſimilibus conſperſis puluiſculis, quæ adſtringant: oſſi ſacro, perinæo & ſedi apponi debent, & ne concidant, faſciis contineri. Tempus remediorum, vbi iam ægri deiecerint, & abluta ſedes repoſita fuerit.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Alexand. Aphrodiſ. lib. 1. Probl.

Rectum inteſtinum, Græcis ἀπευθυσμένον dicitur, Hippocrati ἀρχός, Aph. 58. libr. 5. vt interpretatur Philoth. Prius nomen illi inditum eſt, quòd cùm alia inteſtina

flexuosa sint, recta lineâ sine gyris in anum siue podicem deducatur: posterius verò, quòd vel aliis imperet, vel aliorum sit principium. Excrementa enim excipit, & foras agit, adiutum septo transuerso, & musculis abdominis propellentibus. Opus igitur habuit musculo, à quo, tanquam crumena, constringeretur, ne ante tempus excrementa effluerent, quem Græci σφιγκτῆρα vocant ἀπὸ τῦ σφίγγεσθαι, id est, constringendo. Quæ est illius propria actio, non autem excretio, vt multi voluerunt. Deinde altero (qui geminus est, vel etiam tergeminus) obliquè supra rotundum sito, quo sursum reuellitur. Adiectæ sunt membranæ, ad maiorem firmitatem, quibus alligatur ossi sacro & lumbis. In hac parte morbosi affectus plurimi oriuntur. Si excrementa nobis inuitis egrediantur, resolutio est sphincteris. Si verò extra anum prolabatur intestinum rectum, neque sursum retrahi possit, nisi manu protrudatur, necesse est causam esse in musculis, aut neruis sursum reuellentibus, vel membranis alligantibus. Id autem fit laxatis illis neruosis corporibus, vel imbecillioribus redditis, vel intumescente & inflato intestino. Si resoluantur nerui, causæ ex capite de Paralysi exquirendæ sunt, topicáque ossi sacro imponenda. Imbecilliores redduntur aliquando ob nimiam mollitiem & humiditatem, vt in pueris, vel frigus à quacunque causa externa, vel aliquam aliam intemperiem, aut humorem madefacientem. Aliquando verò ob magnam aliquam contentionem in reddendis excrementis durioribus, aut acrioribus, vt in dysenteria, vel tenesmo. Inflatur autem à quolibet tumore, sed præcipuè inflammatione, quam sequitur dolor, febris, perpetua irritatio ad excretionem, stillicidium vrinæ.

Fieri scribit Hippocr. de fistulis à pituita ex corpore in intestinum rectum decumbente. Quanquam in contextu Græco habetur ὑπὸ τῦ φλέγματος. Certum autem est phlegma Hippocrati aliquando inflammationem dici, vt in Prognosticis. Nec dubium, quin ab aliis etiam humoribus, præsertim à sanguine, fieri possit. Mirum est, quod nobili cuidam mulieri contigit anno 1559. Nihil excludebatur stercoris: dolor ingens in ano, qui nullis remediis cedebat. De causa disputabatur. Nihil è speculo immisso apparuit interiore recto intestino. Tandem summa vi, & eo dolore, qui in parti

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 538 sur 805

difficili excitatur, rotundum globum tophaceum è cæco inteſtino deiecit. Hernia laborabat. Erat is globus tunica inuolutus, ſuberis ſubſtantiâ.

Non eadem omnibus curatio. Fruſtra adhibentur remedia ano, ſi ſpinæ vitio reſolutus ſit neruus. Inflammatio curanda, vt cæteræ, indicatione ſumpta à parte.

ANTO. VALETII EXERCIT. LVI.

Vteri procidentiæ cauſæ, & eiuſdē curatio.

PRocidit anus vel ab externa cauſa, vt ictu, lapſu, caſu, nimióque egerendi conatu, velut in teneſmo, vel ab interna, vt frigida humida intemperie, calida humida, muſculos reſoluente, aut ab aliquo præter naturam humore. Hic affectus vt curetur, ſordes imprimis, ſi quæ adhæreant, hydromelite, vel decocto betonicæ detergenda: deinde ſordes ſic fouenda.

℞. roſ.rub. myrtill. ſumach. cortic. granat. balauſtior. cupul. gland. gall. nucum cupreſſi ana ʒ.ß. Contuſa omnia bulliant in ſufficienti quantit. vini auſteri. Eo decocto foueatur. anus procidens, poſtea exſiccetur, & oleis ſequentibus linatur. ℞. ol. myrt. roſar. & cydon. ana ʒ.ß. miſce.

Poſtremò ſequenti puluere aſpergatur, ac demum reponatur.

℞. corti. granat. roſ.rub. balauſt. myrtill. cupul. gland. ana ʒ.1. f. omnium puluis, vtendus, vt dictum eſt.

Inteſtinum verò ſic repoſitum denuò fouebitur decocto præſcripto, ægro quieſcente, altis & iunctis clunibus. De conuenienti deligatione ani ex Hippocrate, Gale. & Heliodoro vide Cornel. Celſ. libr. 6. cap. de condylomate. Hippocrates libr. de fiſtulis vtitur zona, à qua deducta faſcia per dorſum recta ano ſubinducitur, & ſuperadductæ zonæ ad

vmbilicum religatur: sed priùs reponit anum, fouet decocto adstringente, tegit molli spongia, vel linteo in decocto insuccato. Vbi deiiciendi cupiditas vrget, angustissimis asseribus ani latera innitantur: aut, si puer est, femur pedibus insideat, vtrínque extentis cruribus deiiciat. Si dolor accesserit, sedabitur vt in hæmorrhoidibus.

1 *Quibus vterus coalescit, adiungitur, mouetur, nutritur.*

2 *Quòd frigus vtero bellum indixerit.*

De exitu matricis. CAP. 57.

3 *Tũ in corpore vteri, tum in acetabulis ipsis.*

RElaxatis 1 vinculis, refrigerato 2 vtero, collecta 3 mucosa substantia vterus excidit, senibus magis, & iis, quæ ex instituto vitæ 4 nudos pedes in frigida continent, aut diutiùs in frigido lapide sedent, vel aërem frigidiorem excipiunt, maximè in puerperio, & 5 tempore menstruorum. Casu, ictu, resolutione quoque decidit. In vehementi motu eo modo, quo vrina & stercora præter voluntatem effluunt, ita etiam vterus 6 delabitur.

Vndegrauior factus, vinculis suo loco contineri non potest.

4 *Vt mulieribus lotricibus.*

5 *Quo tẽpori vteri pars vtraq. hiat.*

Totum vterum decidere posse quidam 7 è Græcis negant: contra quos 8 Arabum authoritas & experientia facit. Túmque desperata res est, vt cum inueterauit malum, quod ætate senili non facilè curari potest.

6 *Accedit & coeundi libido, cum scilicet vterus defraudatur, & appetitum non explet. Arist. cap. 2. lib. 7. histor. Anim.*

Initio animaduertendum, num retenta vrina, 9 aut stercus. Primũ enim excludere oportet. Vterus enim in medio positus, & compressus magis expellitur, nec facile reponitur.

7 *Vt Aetius.*

Aptè collocanda mulier est, sublatis coxis inuicem dilatatis, reflexis poplitibus. Atque eo modo,

8 *Vt Auicennæ.*

9 *Vt si in crasso intestino sphincteris constrictione obdurauerit.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 540 sur 805

quo in ſede diximus, detergendum, abluendum, fouendum, peſſuli quoque è lana molli inuoluta linteolo fingendi ſunt. In ea lana 10 pulueres miſceri poſſunt, qui vterum confirment.

Peſſulus factus pro ratione ætatis immergendus eſt vino, in quo 11 adſtringentia coxerint, & ita inſinuandus pudendo, priùs repoſito 12 vtero.

Pectinem quoque & lumbos lana, bombace, aut ſpongiis imbutis oxycrato contegemus, & ne concidant, alligabimus.

Cucurbitulæ cum multa 13 flamma vmbilico & ſumini, atque etiam ilibus affigendæ ſunt, ſæpiúſque repetendæ. Atque interuallis cucurbitularum 14 emplaſtrum ſupra vmbilicum & lumbos affigendum eſt.

℞. galbani ʒ.1.ß. myrrhæ, thuris albi ana ʒ.2. terebinthinæ ʒ.ß. ſem. lauendulæ ʒ.1. moſchi ϑ.ß. incorporentur, & extendantur in aluta.

Peſſarium, peſſulus, priapiſmus.

℞. aſſæ fœtidæ, myrrhæ, thuris albi, maſtichis an. quod ſufficit pro ætate, & ratione mulieris.

Fiat peſſarium malaxatum cum oleo laurino, vel de liliis, addendo ʒ.1.ß. lauendulæ, & baccarum lauri ʒ.ß.

Naribus odora, vtero fœtida admouenda, pannis lineis inuoluendæ partes pudendæ & vicinæ, perfumigatis cum myrrha & thure. Suffumigia & inceſſiones, vt priùs.

Sed hîc peculiariter ex lauẽdula, biſtorta, foliis & baccis lauri, adiecta portiuncula myrrhæ, thuris cum cortice, & maſtichis.

10 *Ex balauſtiis, radice cyperi, nuce cupreſſi, roſis*

11 *Vt bacca, cortex & folia roſæ caninæ, fol. rubi. hypociſtis, balauſtia.*

12 *Vt repoſitus ſuo loco contineatur. Hinc ſemiſpharam figura ouali, cera obductã, filóque appẽſam in mulierẽ ſinum (ſi vſquequáque ſit prolapſus vterus) immittere, & ſubligaculis retinere decuerit.*

13 *Vt maiore vi ſurſum attrahant vterũ prolapſum*

14 *Quod vim habeat cõfirmãdi & conſtringendi: cuiuſmodi eſt empla. contra ruptura vng. Comitiſſ. emplaſt. de maſtiche, rubrum deſiccatiuum cum radice cyperi.*

Si putruit vteri pars, quæ decidit, placuit Græcis & Arabibus, vt quicquid corruptũ sit, amputetur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Veterus vinculis vndiquáque alligatur antè, retrò, ſupriùs, inferiùs : dextra, ſiniſtra : obliquè ad collum & inguina. Oſſi pubis, ilion, & ſacro per tunicam à peritonæo, dextra & ſiniſtra parte annectitur : magnis vaſis per arterias & venas, præſertim ſpermaticas & apophyſim peritonæi : ſpinali medullæ per neruos : recto inteſtino per fibras quaſdam tenues: veſicæ per alias, ſed plures & laxiores : oſſi pubis per vincula laxa. Omnia membranæ peritonæi præter vaſa. Hinc maximus vteri conſenſus cum vniuerſo corpore. Plato tanquam animal vorax moueri putat modò deorſum ad ſemen excipiendum, modò ſurſum, fugâ malè olentium, aut alia cauſa. Medici verò naturaliter quidem excipiendo ſemen, hiare, deinde conſtringi volunt, ſurſum autem non moueri, niſi vaſis plenis reuellatur, aut inflетur, vt in ſuffocatione: deorſum verò, cùm peritonæum aut vincula à peritonæo relaxantur, vel rumpuntur, vel fundum inuertitur, vnde vteri procidentia. Contorquetur etiam interdum vt ob abſceſſum, vel inflammationem, vel vim aliquam illatam, vel poſt partum. Videre etiam licet multas, quæ cum vtero geſtant, dolore coxæ affectis ligamentis laborent, ſic vt edito fœtu dolor maneat, vnde claudicant, cuius meminit Galenus 6. de locis affectis. Sunt igitur tres affectus vteri præcipui ex deprauato motu, vnde infinita & admiranda ſymptomata conſequuntur, ſuffocatio, contorſio & procidentia. Hic de poſtremo tantùm agitur, in quo aliquando collum, aliquando fundum in vuluam procidit. Vbi collum excidit, videtur veluti glans viri rubens, quæ ſe oſtendit in ore pudendi cum ſuo foramine. Fundum autem cum procidit, inuertitur. Quæ omnia ratione diligenter diſtinguenda ſunt. Cauſæ igitur ſunt, relaxatio aut ruptio aliquando vinculorum ad oſſa pubis : nonnunquam peritonæi. Relaxatio fit ab humiditate, aut difficili partu, aut rupto peritonæo, aut tenſis inferioribus ligamentis. Quod tamen fieri non poſſe exiſtimo. Sic enim traheretur ad oſſa pubis potiùs.

Vteri maximus cõſenſus cum vniuerſo corpore.

Vterum geſtantes nonnullas vnde claudicare contingat.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 542 sur 805

Aristoteles 7. de natura animalium scribit quibusdam desiderio coïtus, aut longiore veneris abstinentia vterum excidere, quibus coitus & conceptus remedio est. Sæpiùs fit casu, ictu, vehementi metu, morâ in aqua frigida, vt in lotricibus, difficili partu, magno conatu in reddendis excrementis. Ob rupturam peritonæi, aut difficilem partum, vix curatur, aut nunquam.

Si fundum procidat, sublatis cruribus facilè redit: si vincula, declinet in latus, vnde dilabuntur. Puellæ cuidam (quod à nobis annotatum est) tremor sinistra parte in facie & thorace, non inferioribus partibus. Decumbenti in sinistram mouebatur: quiescebat reuolutæ in dextram. Manè & vespere mouebatur. Ardebat similiter & frigebat. Suppressi menses annis ferè tribus, facies saturato rubore, tenesmus, dolor stomachi, lien inflatus. Si ab humiditate fiat relaxatio, resiccantibus & adstringentibus vtendum. Vacua in repellendo debent esse intestina & vesica. Conueniunt fotus, inunctiones, pessaria, odores fœtidi, fumigia, emplastra, cataplasmata, vnguenta, cucurbitulæ admotæ lumbis & vmbilico. Extremum remedium est zona Hippocratis, quæ à cingulo zonam habeat à parte posteriore per perinæum adductam in anteriorem partem ad idem cingulum. Iuxta pubem arctè colligatur. Alij è subere ouales formas inductas cera, & quasi pediculo alligatas, immittunt in sinum pudendi, atque alligant coxis. Inunguntur oleis & vnguentis adstringentibus.

ANTO. VALETII EXERCIT. LVII.

VTerus procidit praua fœtus extractione, violenta secundinæ depulsione, spiritus cohibitione, immensi oneris sublatione, plaga, partuum frequentia, animi affectibus, vel resolutione ligamentorum & musculorum vterum sustinentium.

Curatio. Quod ex vtero propendet, ouo simile existit. Vterus antequam reponatur, & aluus clystêre subducitur, & excluditur vrina, vt patentior sit ipsi vtero

locus. Dein fouetur eodem decocto vterus, eodem item puluere aſpergitur, quo prolapſa anus: tum verò obſtetricis manibus oleo maſtich. aut roſ. vel butyro inunctis ſua ſtatione locatur. Interim cucurbitula magna vmbilico ſæpè admouetur: vel ſingulæ cucurbitulæ ſingulis vmbilici lateribus affiguntur. Pecten, lumbi, os ſacrum, lana, vel goſſipio, aut ſpongiis, oxycrato madidis contegunt, ſuperductis faſciis. Denique emplaſtrum de galbano dorſo, vmbilico adhibetur.

1 *Cum ſcilicet fluunt immodicè, & præter modũ peculiarium naturæ, ætatis, diætæ.*

2 *Quæ commodo naturæ fit, & à natura ſuſcipitur.*

3 *Vt ſi bis mẽſe repetat.*

4 *Cum puellæ ad iuſtam magnitudinem & modũ peruenêre.*

5 *Vt ſalacibus mulieribus, quæ ſero abundant.*

6 *Vt ſi mulier ſit habitior, corpus habeat minùs perſpirabile, glabrũ, cutim albam, capillos nigros & rectos oculos quoq; nigros, vocem acutam, vt ſi ſit iracunda.*

7 *Quæ triplex eſt: ſanguinis copia & qualitas, vaſorum laxitas, facultatis retentricis infirmitas.*

De 1 ſiſtendis menſibus. CAP. 58.

MEnſis 2 naturalis eſt purgatio, niſi vel quantitate excedat, vel 3 præter ſtatas periodos effluat. Decimo 4 quarto anno excitatur, nonnullis 12: rariſſimè 7. Deſinit verò 40. aut paulò pòſt, alioqui ad 60. producitur. Aliis ſingulis menſibus, nonnullis vno aut pluribus menſibus intermiſſis, quibuſdam ſæpiùs vno 5 menſe redit. Iunioribus ad lunæ plenilunia, aliis ferè decreſcente luna, tribus, 4.5.6.7. diebus, eò plus minúſve. Maiorem copiam efficiunt, ratio vitæ plenior, otium, temperamentum 6 frigidius, tenuitas ſanguinis, vel acrimonia, amplitudo vaſorum, quæ plurima & maxima ad vterum perueniunt. Subſiſtere debent in totum grauidis, puerperiis, lactantibus.

Vt ſiſtas, primùm animaduerte 7 cauſam immoderati fluxus, colorem ſanguis fluentis. Si linteolo excipias, animaduertes. Calida enim menſtrua, vbi ſanguis calidior eſt: florida atque ruben-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 544 sur 805

tia, vbi ſanguinis copia in cauſa eſt : ſubalbida, vbi ſanguis 8 frigidior eſt. Rubentibus itaque menſtruis, ſi quidem corporis plenitudo eſt, 9 venam è cubito ſecato. Si verò magna pars plenitudinis iam 10 depleta eſt, aut alioqui non redundat in reliquo corpore ſanguis, cucurbitulas ſatis amplas cum multa flamma ſub mammis affigito : vinculis brachiorum vtitor, 11 frictionibus manuum & calfactionibus. In vſu phlebotomię & reliquorum, interrogabis primùm, qua parte vteri maior grauitas ſit. Si dextra parte, baſilicam dextram ſecabis, dextram manũ ligabis, fricabis, calfacies. Sub dextra mamma cucurbitulam affiges.

8 Aut etiam frigidior mixtione ſeri.

9 Ad reuulſionẽ & plethoram deplendam.

10 Immoderato ſcilicet fluxu, vt venã ſecare tutum non ſit.

11 Ad reuulſionem obſcuram.

Si verò cacochymia eſt, bilioſum ſanguinem rhabarbari ʒ.1.ß. aut hierâ picra repurgabis. Si pituita, eadem hierâ aut rhabarbaro vtêris, ſed addito agarico. Sed ferè vbi nulla plenitudo, aut manifeſta cacochymia, cucurbitula ſub mammis, aut in humeris appoſita, vincula manuum, remedia quæ ſanguinem ſiſtunt, ſatis eſſe poſſunt.

In laxitate meatuum, adſtringentibus : in tenuitate, incraſſantibus vtendũ eſt. Conuenit inter Græcos & Arabes ſuccũ plantaginis efficaciſſimè menſes ſiſtere. Memini (inquit Gal.) cùm quatuor diebus iugiter ſanguis fluxiſſet, nec ſiſti poſſet, cyatho vno ſucci plantaginis conſtitiſſe. Recentiores 12 aqua plantaginis vtuntur. In aqua melius fuerit aliquid diſſoluere eorum, quæ ſanguinẽ ſiſtunt, vt ʒ.1. trochiſcorum de carabe, de ſpodio, de terra ſigillata, & eorum, quæ iam antea ſæpè enumerata ſunt.

12 At feliciùs aqua nucamentorũ ſalicis, ſucco radic. vrticæ albæ, ſucco burſæ paſtoris, atque lãceolæ Vt. ℔. ſuccorum depuratorũ lãceolæ, burſæ paſtor. rad. vrtic. al. ʒ.2. ſacch. q. ſ. ſ. ſyrupus.

Loco peſſulorum (quoniam mulieres non facilè admittunt peſſula) lana vel goſſipium, aut mollius

linteolum ſucco adſtringente, vt plantaginis, inſuccatur, & ita inditur genitalibus. Mulieres fingunt è peruinca, quæ iniiciunt cruribus. Laudant vngulas aſini, pelles anguillarum, pelliculas interiores nucis auellanæ, quæ cum ſucco cydoniorum coguntur in pilulas, aut diluuntur in ſucco conuenienti.

Peſſuli, ſi finguntur, teretes ſint ac rotundi ad inſtar digiti è lana, bombace, aut conferto linamento, quibus medicamenta adſtringentia excipiuntur. Deinde conuoluantur, vel ſerico raro, vel lineo linteolo. Pendeãt è filo, vt cùm opus fuerit, retrahãtur.

Vtuntur epithematibus lumborum 13 & crurum poſteriorum, ex aqua plantaginis, ſumach, vino rubro adſtringente, & ſimilibus.

13 *Ad regionem venarũ ſpermaticarũ quæ ad fundum vteri ferũtur. Iiſdẽ etiam partib. emplaſtra admouentur è bolo, empl. contra ruptu-ram vnguentum Comitiſſæ.*

℞. ſcoriæ ferri crematæ, & in aceto extinctæ, deinde pulueratę, lapidis hæmatitis triti ana ℈. 2. ſyrupi myrtillorum & roſ. ana ℥. ß. aquæ plantaginis ℥. 2. Fiat potus.

℞. trochiſcor. ambrę citrinę pulueratæ ʒ. 1. datur cum vino adſtringente diluto modica aqua plantaginis.

℞. ſanguinis draconis, boli armenæ, ambrę citrinæ, coralli rubri ana ℈. 1. Fiat puluis, detur ex aqua plantaginis.

℞. boli armenæ ʒ. 2. coque in vino ſubtili ſubauſtero ad ℥. 2. colatura bibatur. Opiata.

℞. 14 conſeruę veteris roſ. ℥. 2. ſem. plantaginis ʒ. 2. ſanguinis dracon. boli armenæ ana ℈. 4. ambrę citrinę, coralli rubri ana ʒ. 1. cum ſyrupo de myrtillis fiat opiata. Datur caſtaneę magnitudo ſerò & manè ante cibum.

14 *Huic addes ſymphyti & nenupharis cõſeruam.*

Laudant puluerem è pectunculis, quæ è Compo-

ſtella & mari comportantur. Iapſis, onix, id eſt, corallina, hæmatites, corallus ruber prodeſſe creduntur, ſiue in puluerem redacta vſurpentur, vel è collo pendeant, manui alligentur, aut ſupponantur mammis, diſtillatum è conſerua conſolidæ maioris & limacibus ana quod ſufficit. Aliquando ad ſtupefacientia deueniendum eſt, vt.

℞. philonij. 3.1. boli armenæ ϑ.1. cum vino ſtiptico fiat potus. Ablutiones ex vino auſtero, in quo ſaluia coxerit, aut aliquid ex materia adſtringente. Inunctiones ex oleo roſarum, melino, vel in quo adſtringentia coxerint, vnde & alia remedia ex aliis locis.

De prouocatione menſtruorum.

Reſiſtunt menſes 15 ætate, conceptu, 16 lactatione, & his prouocari nō debent. Sunt quibus præter calidius & ſiccius temperamētum, præter frugaliorem vitam, exercitia maiora, vacuationes tum manifeſtas, tum inſenſiles, vt ſanguinis vacuationem per nares, phlebotomias frequentes, & alia eiuſmodi. Item in iis, 17 quæ à longo morbo ſe confirmant. Aliis propter pinguedinem, in quam totus ſanguis cōuertitur. Nonnullis propter gracilitatem & copiam ſanguinis. Neque his commouendus menſis, vt nec benè carnoſis, ſi quidem caſſatione menſtruorum nihil offenduntur. Vnicum tamen eſt, 18 quod excipi debet ratio generationis. Nam vt mulier ſuppreſſa purgatione, nihil lædatur, quia tamen ſine menſtruo ſanguine 19 generatio eſſe nō poteſt, oportet quiddam naturam aſſuefacere, vt ſanguinem in vterum deriuet. Nam in multis conceptum adiuuat bis aut ter detractus 20 ſanguis in

15 *Vt anno 50. 45. aliis ſeriùs, aliis celeriùs.*

16 *Vt in nutricib⁹, quòd per venam epigaſtricam atque mammariam ſanguis fiat ἀναίρροπος ad lactis generationem.*

17 *Quòd nullæ ſint in his reliquiæ partium ſanguinearum alimenti.*

18 *Vt in mulieribus bene carnoſis, & propterea ſine incommodo valetudinis non menſtrualibus.*

19 *Hippoc. ſect. 7. lib. 6. τῶν ἐπιδημ.*

20 *E malleolo.*

anno, sed iis maximè, quibus præ copia sanguinis menstrua resistunt. Huius rei author est 21 Hippocrates. Frequentissimum est, vt vel crassiore sanguine, vel alio, qui interceptis vteri venis resistant menses: qua in re consilium est 22 Galeni, vt vena malleoli aperiatur. Tria vascula detrahuntur aliquot post diebus, duobus, tribúsve. Balneum imperetur, in quo chamæmeli flores, origanum, maiorana, arthemisia, folia lauri, coniza, baccæ iuniperi & lauri, 23 aliáque eiusmodi coxerint. Satis à balneo 24 melicratum propinandum è pulegio, calamentho, & eiusmodi. Alioqui nostro more syrupus de hyssopo, prassio, calamentho, de bizantiis, de duabus radicibus, aut quinque radicibus ad ʒ.1. ß. cum aqua cuscutæ, decocto cinamomi, aut cassiæ liquore ad ʒ.3. propinabitur. Quòd si fortius volueris, castorei ϑ.1. auro plus adiicies. Hac arte semper expertus est Galenus moueri menses, vt nihil inde mulier læderetur. Cucurbitulæ pubi, inguini, interiori femori affigi debent. Purgationes conueniunt ex hiera picra, quæ hoc modo parari debet.

21 *Hipp. li. de carnibus.*
22 *Lib. de curãd. ratione per sang. miß. oũ, & lib II. de tremore.*
23 *Vt matricaria, nepeta, hyssopus.*
24 *℞. decoct. puleg. et calamēthr. li. 2. quib⁹ adde mellis ʒ.3. hieme: æstate ʒ. ij. f. mellis.*
25 *Vel ℞ castorei ʒ.1. dissolue in vino albo, fiat potus. Mirificè cõfert de ciẽdos menses. Cæterùm ad obstructa liberanda, & materiã præparãdam sic imperabis ℞ sabinæ, fol. M.1. cuius decoct. adde syrup. de radicibus, aut capill. ven. ʒ.1 ß. propinetur.*

℞. 25 aloës succotrin. ʒ.2. spicæ, cassiæ ligneæ, cinamomi, xyloaloës, radicis gentianæ, mastichis, asari, cubebarum ana Gr.6. Gr.3. Omnia puluerisata incorporentur cum modico conseruæ anthos, aut borraginis, propinentur cum vino albo tenui.

Secretum est quarundam mulierum, vti conserua borraginis dissoluta in vino albo tenui. Potest & puluери hieræ aliquid agarici commisceri. Laudantur & pilulæ elephanginæ, mastichinæ & similes. Laudatur quoque hæc purgatio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 548 sur 805

℞. Cassiæ fistulæ ʒ. 10. pul. liquiritię ʒ. 2. croci Gr. 3. mellis anthosati ʒ. 3. dissolue in decocto cicerum rubrorum. Vacuato & bene purgato corpore, aliis remediis vtendum est. Suffitus 26 aromatum muliebria ducit. Fiunt autem cum baccis lauri, iuniperi, siccis herbis odoratis, cassia lignea, & aliis eiusmodi.

26 Aphor. 28. lib. 5. Sũt autem suffitus aromatũ cautè per infundibulum administrandi. His enim plerúnque sicca ventriculi intemperies contrahitur, imo vasa & cotyledones adurúntur.

Insessiones, vt priùs. Vbi bilioſi & pingues humores sunt, petroselino, porro, apio, alliis, myrnio, styrace, melanthio, fœniculo, vtráque centaurea vtendum est, & ad suffitus & olea comparanda, & pessulos. Laudatur & oleum de ben, de nuce moschata, laurinum, de iunipero. Sunt qui gemistæ floribus ad dimidium vas impleant, oleũ chamæmelinum superfundunt, fideliter obturatum vas fimo sepeliunt, aut reponunt in furno calido, sinúntque efferuescere: quo oleo inguina inungunt, & pessulos madefaciunt.

Optimum est imperare decoctionem cicerum rubrorum coctorum cum radicibus petroselini, vt cum modico butyro iusculum paretur, cui, vt ferè consuetudo, pulnerem cinamomi, & tantillum croci insperges.

Laudantur aquæ absynthij, cuscutæ, pulegij, calamenthi, menthastri, rubiæ tinctorum, sabinę. Vinum album tenue, colatum per manicam Hippocratis cum saccharo in aqua anthos dissoluto, & tantillo cinamomi.

Hermodactylos scribit Mesuæus non habere par remedium in mouendis menstruis, & fœtu mortuo.

Fortes quoque sunt trochisci de myrrha.

℞. 27 myrrhæ electæ ʒ.1. lupinorum optimè tritorum ϑ.5.foliorum rutæ,menthaſtri,pulegij,cumini,rubiæ tinctorum,ſerapini, opopanacis ana ϑ. ß.Formẽtur trochiſci pondere ʒ.2.Detur vnus manè cum aqua,in qua iuniperi ſemen coxerit.Vel. 27 *Cõſerua borraginis in vino albo diſſoluta mirificè menſtrua & lochia ciet.*

℞. myrrhæ ϑ.2. aſſæ fœtidæ ϑ.ß. cinamomi Gra.10. croci Gra.2. cum aqua rubiæ fiant pilulæ. Fœniculi radix, melanthium, quod quidem præſtantiſſimum eſt. Alij dant trypheræ ſine opio ʒ.1. cum decoct. cinamomi. Eodem modo mythridatium dari poteſt. In ſumma omnia, quæ magis calfaciunt,& ſiccant minùs.

Peſſulus.

℞. olei moſchati, vel alterius conuenientis ʒ.2. pulueris gentianæ ʒ.2. miſce cum bombace moſchato in eo madefacto,fiat peſſulus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Mulierum purgamenta per vterum quædam ſunt multum inter ſe differentia,quæ tamen ſimilitudine ſæpè fallunt, vt ſpecies quædam hæmorrhoidum, λόχια, ſpermatis corruptela, muliebris purgatio, & menſtrua. Nam ex ramo ilio venæ cauæ duæ ſunt propagines, quarum vna Syluio epigaſtria dicta, ſurſum aſcendit per muſculos rectos, ac mammariæ occurrit. Paulò ſuprà altera propago ceruici vuluæ & ori inſeritur, ſicuti & ſedi hæmorrhois, vnde fit conſenſus vteri cum mammis ob viciniam, ſurſum ac deorſum fluente ſanguine ex vtero in mammas, & contrà. Ab hac propagine poſteriore interdum fluit craſſior ſanguis non aliter, quàm per hæmorrhoidas. Aiunt Virgines & grauidas hac viâ aliquando purgari. Quod certè in grauidis magis neceſſarium videtur poſt aliquod tempus, ob arctam illam colli vteri adſtrictionem, quaſi nodulis quibuſdam accuratè & artificioſè à natura inſtructam, vt ne vi quidem ſpe- *Mulierum purgamenta per vterum varia.*

cillum emitti possit, & ob acetabula, è quibus sanguis destinatur alendo fœtui. In virginibus non tanta adstrictio. Quæ igitur fluxio fit ex iis venis, eam ad menstruam purgationem vulgò referunt, cùm tamen & partis, & vasorum, & sanguinis fluentibus natura diligenter perspecta, hæmorrhoidum potiùs species quædam appellari debere videatur. Non enim nisi solo situ differunt, nisi dicas in grauidis veram esse purgationem menstruam regurgitante illûc sanguine, qui in capacitatem vteri per venas è seminariis vasis expurgari debebat. Sed cùm hoc non sit omninò secundum naturam & ex iis quæ rarò contingunt, id etiam cæteris, quæ vterum non gerunt, haudquaquam conueniat, nec ita certis & menstruis interuallis fiat, minùs id videtur consentaneum rationi.

Menstrua purgatio in grauidis duplici fit modo.

Non ignoramus tamen veram purgationem menstruam in grauidis fieri posse, sed diuerso modo, eóque duplici. Vno, primo mense per vteri capacitatem, quia adhuc os illius non ita constrictum est, cùm etiam fiat superfœtatio. Altero, per alterum ramum spermaticæ iuxta hederiformem, quæ ad latera vteri descendit, & hypogastriæ occurrit. Sed vnicuique liberum sit vocare vt libuerit, curationem tamen eandem non habere perspicuum est. Curatur enim fluxus huiusmodi eadem ratione, qua hæmorrhoides, præsertim quod attinet ad venæ sectionem. Nam retentis menstruis vena cruris secatur, hæmorrhoidibus suppressis interdum vena cubiti. Quod hic quoque obseruandum est. Proinde hi affectus distinctione opus habent: λόχια quoque distinguenda, tum quòd edito fœtu tantùm prodeant, tum quod comprehendant quicquid post fœtum & secundas exit à puerperio.

Sæpè etiam à spermatis corruptela salacibus, venere abstinentibus, viduis & similibus redditur humor quidam crassus, & veluti seminalis in vtero corruptus, vel sanguis grumosus, qui ad mẽstruam purgationem nullo modo referri debẽt. Quarta fluxio est illa, quam vocant muliebrem purgationẽ, quæ quibusdam quotidie, aliis post mensium purgationem, nõnullis inter duas purgationes cõtingit, vel à toto corpore, vel affectibus vteri. In hac excernuntur quædam excrementa serosa, & veluti ichores sine dolore, & in maiore quantitate,

quàm

quàm pus ab vlcere. Quæ colore intelligimus modo ab hoc, modò ab illo humore vitioſo ſeparari. Nunquam enim fit abſque cacochymia. Ponamus igitur præter has quatuor affectiones, Menſes propriè dici, quos Græci καταμήνια vocant, cum ſanguis ille generationi & alendo fœtui deſtinatus à natura ratis ſtatiſque diebus ſemel in menſe excernitur per venulas è vaſis ſeminariis in vteri capacitatem, non quòd ab vtero trahatur, ſed quia illûc mittitur ſiue lunæ curſu, ſiue alia quapiam prouidentia moderante. Vnde non ſine ratione multi contendunt neque præter naturam eſſe, neque excrementitium, niſi ſola quantitate.

Menſtruæ non eſſe virulentæ.

Nam ſi qua in eo maleficia reperiantur, quæ Plinius recenſet, ea corruptioni illius, & diuturniori in vtero moræ, cùm è vaſis propriis excidit, accepta referri debent, aut mixtioni vitioſi alicuius ſucci. Quod ſatius eſt, quàm duas illius partes conſtituere puriorem beneficam, & fæculentam veneficam. Neque enim probabile eſt hominem veneno concipi, conceptum veneno conſeruari in vtero: in lucem editum eodem ali, niſi iam dicere velis infantis corpus aut totum, aut magna ex parte venenum eſſe.

Sanæ igitur mulieri (inquit Hippocrates 1. de Morbis mul.) ſanguis menſtruus exit interuallis victimæ iugulatæ ſanguini ſimilis, rubens. Effluit autem duarum heminarum Atticarum menſura. Quæ non, vt Fuchſius Aph. 30. lib. 1. olei menſura æſtimanda eſt, ſed ſanguinis, vt redeat circiter ad tres ſemiſextariolos Lutetianos, natura tamen, ætate, & ſimilibus perpẽſis. Id autem abſoluitur duobus aut tribus diebus. Exceſſus & defectus in vitio eſt. Illinc tenues fiunt, fœtus emarceſcit, aut parum vitalis eſt. Hinc ſi videlicet, minusquàm tribus vel duobus diebus, & pauci, craſſæ fiunt, nec facilè concipiunt. Quæ plus habent ſanguinis ad quinque, ſeptem: quæ ſanguinem craſſum aut venas exiles, ad plures etiam purgantur. Initio verò & fine pauciores & tenuiores: inter media purgatione plures & craſſiores, præſertim vbi multi fluunt. Ariſtoteles cap. 2. 7. de hiſtor. animalium moueri ſcribit decremento lunæ, & hæc creſcente colligi, vnde cauillo ſexum fœmineum lunæ tribuunt. Aliter tamen ſæpe experimur.

Menſtruorũ exceſſus & defectus in vitio eſt.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 552 sur 805

Mulieres quædam concipiunt quãvis menſes nõ profundãt.

Idem quoque voluit mulieres quaſdam eſſe, quæ concipiant, etiamſi non fluant menſes, quibus non plus eſt ſanguinis, quàm aliis reſtat à purgatione. Sed haud ſcio, an id ex principiis Galeni admitti queat. Conſtat tamen multas concepiſſe antequam paſſæ eſſent menſtrua. Naturalis purgatio ceſſat 45. aut 60. ætatis anno experientia & iuſta ratione. Incipit 13. 14. quo tempore ceſſat incrementum, & in quibuſdam 20. ob pituitam, & ſanguinis pauciratem.

Menſtruorũ naturalis purgatio quando ceſſet.

Ex his intelliguntur, quot modis menſes præter naturam eſſe poſſint. Vel enim omninò ſupprimuntur, vel immodicè fluunt, vel tempore non conuenienti. Sanguis autem peccat in qualitate, quantitate aut conſiſtentia. In quibus omnibus perueſtiganda cauſa, & an ob id morboſæ viuant. Nam aliis debetur curatio, aliis præcautio, aliis conſeruatio vt pro ratione quadam peculiaris temperamenti, aut cauſa morbifica ſemel in menſe multis, aliis ſæpiùs, quibuſdam vno menſe intermiſſo, nonnullis tertio quoque menſe prodeunt. Supprimuntur, quia vel ſanguis abſumitur, vel retinetur. Illud fit aliquando in ſicciore temperamento & calidiore, iu pinguibus ob pauci ſanguinis in pinguedinem conuerſionem, venarum anguſtiam; vnde etiam non concipiunt, aut imbecillos pariunt. Id etiam fit in longo morbo conſumptis, lactantibus auidiores pueros, viraginibus, exercitio multo vtentibus, ſanguine in nutritionem conuerſo. In quibus fruſtra naturæ repugnamus mouendis menſibus. Retinentur autem euerſione vteri & diſtortione oſculi interioris, in quibus quoque fruſtra mouemus menſes: aut obſtructione, quia ſanguis craſſior, aut acetabula muco plena, aut condenſata ſubſtantia. Mœrore quoque ſupprimi etiam, quę iam fluant, & præ doloribus, certum eſt. Tunc ſanguis ferè tertio menſe incipit regurgitare in hepar, caput pulmonem, totum denique corpus, vnde ſequuntur iidem ferè morbi, quos de hæmorrhoidibus diximus, vteri ſuffocatio, difficilis ſpiratio, vel ob plenitudinem venarum, vel oppreſſo corde ab humore in pericardio. Si diutiùs, quàm par ſit, ſuppreſſionem menſium ferant, vix curantur obductis & induratis meatibus. Immodicè fluentium ſignum certiſſimum eſt imbecillitas virium. Hoc fit, vt cæteræ

Menſtruorũ retentorum cauſæ.

Menſtruorũ immodicè fluentium ſignum certiſſ.

fluxiones, nimia vaſorum laxitate, ruptione, eroſione ab acriore ſanguine, imbecillitate partium, cauſâ externa, in abortibus fractis vaſis, aut obſtetricis vnguibus irritato vtero in partu, aut natura imbecilliore reddita ob violentiam, & ſimilibus cæterarum fluxionum ſignis, exquirenda ſunt. Sanguis qualitate peccat, ſi malè coloratus ſit, quia, vt vult Hippocr. colore ſimilis non eſt ſanguini recens mactati animalis. Albi, ſanioſi, loturæ carnium ſimiles, à pituita: pallidi, flaui & acres à bile: nigri, craſſi, pauci à melancholia. Iam atra bilis eſt, cum, veluti acetum, terram effuſi radunt, fermentant, & grauiter exulcerant. Alij carbunculo ſimiles, caliginoſi, acres, turbati, ſalſi, purulenti. Quò magis à naturali conſtitutione receſſerunt, eò periculoſiores. Fluxus albus proiectis magis: rubens iunioribus: fuluus vtríſque. Ariſtoteles vult puellis albos fieri, vnde extenuantur, præſertim ſi victu humidiore vtantur, ſicque incrementum prohibetur. Alio loco ſanioſas purgationes & humidiores puellis: ſenibus paucas, nigras, quæ facilè concreſcant, media ætate medias. In quo non videtur conſentire cum Hippocr. Vt autem ex ſanguinis colore humor peccans internoſcatur exactè, Hippocr. iubet ſubſtracta arenâ in ſole ſuperfundi menſes, aut linteo excipi & ſiccari. Nam bilioſi pallidum: pituitoſi mucoſum, grumoſum, pelliculoſum, albidum colorem relinquunt. A melancholia nigri, valde ſplendidi, pauciſſimi. Sed anteacta vita, temperamentum corporis, ætas, omnia conſideranda. Tardiores craſſiore materia, pauciores denſatione & præcluſione acetabulorum, oſculi vteri: è contrario, plures. Sed & frequenti coïtu copioſiores fiunt. In omnibus colores fœdi. Quod tamen vitium aliquando ſimplex eſt ſuppreſſis menſibus: aliquando affectis viſceribus & corpore: nonnunquam malo naturali contracto ante tempus menſium. Quod ad curationem ab ægra ſciſcitari oportet.

In cachexia ſanguis generandus: in obſtructione medicamenta aperientia, ſanguis ad vterum trahendus cucurbitulis circa emunctoria. Sanguinis miſſio ex talo, poplite, ligaturæ in coxis, frictiones, linimenta, ſuffitus, vnguenta, ſyrupi aperientes, incidentes, attenuantes, peſſaria nuptis, omnia tempore quo fluxuri ſunt. Hoc præcepto perpe-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 554 sur 805

tuo obſeruato, in omnibus morbis, qui fiunt per conſenſum, partem primario affectam primo loco curandam eſſe, & cauſam ſine qua non remouendam. In locum miſſionis ſanguinis ſuccedit catharticum: fit enim affatim & plus è corde educit, vnde virium maior deiectio. Sed longè vtilior. Vomitu & narium profuſione leuantur à natura. An id medico imitandum? Ad redundantem ſanguinem reſpicienti licet: ad menſes mouendos, minimè. Niſi ſuppreſſis menſibus oriatur morbus, qui venæ ſectionem requirat è ſuperioribus. Tunc vena ſecatur è cubito. Vt enim natura viis intercluſis per oppoſitas partes, aliquando per vicinas multitudinem vacuat: ita licebit aperto cubito multitudinem tollere, & morbo mederi, malleolo ſecto, ſanguinem trahere. Neque naturæ imitator ſemper eſſe debet medicus, ſed miniſter, in quibus ipſa nihil poteſt, vt cucurbitulis affigendis, ligaturis, venæ ſectione. Natura verò id quod commodius eſt, ſequi ſolet in iis quæ poteſt. Cùm itaque viæ per venas brachij apertas non pateant, alias, quas ſequi poteſt, aperit. Contraria omnia fiunt in ſiſtendo. Reuulſio ſanguinis miſſione è mediana: cucurbitulæ in circuitu mammarum, ligaturæ in brachiis potiùs, quàm digitis, quia per plures venas fit attractio, & iter breuius.

Medicus non ſemper naturæ imitator.

ANTO. VALETII EXERCIT. LVIII.

TRiplex mulieres exercet fluor, mẽſtruus vnus, in partu alter, tertius inordinatus qui quoniã proprium nomen nondum eſt adeptus, muliebris fluor vulgò nuncupatur: in quo quod excernitur, aliàs albicat, pallet aliàs, nunc alium colorem, pro cacochymia laborantis corporis, ſéque per vterum repurgantis, refert. Menſtruus, ſi moderatus, naturalis eſt, & ſinendus: at vbi exuberat, ſiſtendus. Eoſdem enim morbos, quos ſanguinis per hæmorrhoïdas largior profuſio, infert. Quanquam &

Hippocr. aph. 57. lib. 5

hæc affectio interdum ſine noxa accidit, otioſis præſertim & ſedentariam vitam agentibus, quæ victu ſeſe inuitant copioſiore. Quantitas legitimæ purgationis menſtruæ moderata erit cheopinæ vnius, aut duarum, pro cuiuſque mulieris propria natura. Si maior eſt, & plurium dierum, ſymptoma eſt ex genere immodicè excretorum, non toto genere præter naturam, ſed multitudine, vel qualitate. Fluxionis verò huiuſmodi tres ſtatuuntur cauſæ, fortis virtutis ratio, cùm vterus ſit à natura fabrefactus ad corpus expurgandum: humor, vel multitudine, vel qualitate praua, acri videlicet & ſtimulante, peccans: membrũ propter vaſorum nimiam imbecillitatem, vel compoſitionem, læſum apertis ſcilicet, vel reſeratis, aut eroſis oſculis venarum. Itaque optimè curatio vt ſuſcipiatur ſanguinis quantitas conſideranda, excretionis modus, necnon qualitas ipſa, obſeruatis linteis quibus excipitur, vt intelligas an per anaſtomoſin, an per diauroſin, an par diapedeſin vacuetur. Fluxus immodicus reuulſionis indicationem præbet. Vnde opportunè vena cubitum perreptans (partita interim ſanguinis miſſione) incidetur: cucurbitula magna ſub mammis defigetur, ventri deinde medio. Interim auſtera & refrigerantia edulia plurimum iuuabunt. Mox propinabitur hoc medicamentum.

Menſtruæ purgationis debita quantitas.

Gal. lib. 5. Meth.

Gal. ibid & lib. 13. meth.

℞. myrobal. citr. ʒ. 3. coquantur in aq. plantag. & roſ. In expreſſa colat. diſſol. rh. elect. puluerati ʒ. 1. ſyr. roſ ſicc. vel cydon. ʒ. 6. vel ʒ. ß. f. potio.

Quia verò bilioſus eſt, vt plurimùm, ſanguis, ſyrup. zulapiis, opiatis temperandus. Vt.

℞. aq. roſ. & plantag. ana ʒ. 2. ſyr. myrtil. ʒ. 1. tro-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 556 sur 805

chiſc. de carab. ʒ. 1. f. zulap. Vel. ℞. aqu. roſ. & arnogloſſ. ana ʒ. 1. diacod. ſine ſpeciebus ʒ. 1. f. potio. Detur hora ſomni.

Opiatæ hunc in modum concinnantur.

℞. conſeru. roſ. viol. & ſymphythi ana ʒ. ß. ſemin. portul. planthag. corall. rub. ana ʒ. ß. bol. arm. raſur. ebor. & corn ceru. vſti ana ϑ. 1. cum ſyrup. myrtill. aut roſ. ſiccar. f. opiata.

Huc quoque facient myrobalan. condîtæ, grana quoque berberis condita. Vbi ſuſpitio fuerit calidioris hepatis copioſiorem & calidiorem ſanguinem generãtis, admouebitur epithema, ex aquis refrigerantibus, pulueribus trium ſantalor. roſ. rub. & boli armenæ, pauca caphura addita. Iuuabit etiam emplaſtra adſtringentia lũbis & pubi inſtituere. Vt.

℞. emplaſt. contr. ruptur. & vnguent. Comitiſſ. an. ʒ. 2. cum oleo myrtill. f. emplaſt. pro lumbis & pube.

Erunt & ex vſu iniectiones in vterum, qualis hæc eſſe poteſt.

℞. plantag. abſynth. tapſ. barb. roſ. rub ana M. 1. balauſtior. calic. gland. querc. ana p. 1. f. decoct. In ʒ. 3. colaturæ diſſolue pulu. maſtich. & trochiſc. de carab. vel de terra ſigill. ana ʒ. 1. f. clyſter metrenchytes.

Vel ad eundem ſcopum comparantur peſſuli è pulueribus corall. rub. hæmatit. ſang. dracon. bol. armen. linamento, goſſipio, aut re quapiam tali, in vnguentum commodum demerſa, excipiẽdi, deinde panno tenui integendi, vt in vterum indantur. Vulgaris puluer. quantitas eſt ʒ. ß. Paratu facilius erit peſſarium ex ſemimanipulo conuenientis herbæ leuiter tritæ, & (vt antè) tereti linteo inuolutæ. Interim ſi fractæ appareant vires, roborabũtur ſtillatiis inſtauratis. Vt.

℞. conſeru. antiq. roſ. ʒ. 3. conſeru. ſymphyt. & carn. cydon. ana ʒ. 2. granor. berber. p. 2. ſemin. portul. acetoſ.

citr.card.pap.alb.ana ʒ.2. ſpecier. diamarg. diarho. Abba. & triaſantal. ana ʒ.3.aqu. plantag. arnogloſſ. portul.& roſ. ana ʒ.4.decocti vnius capi cum multa oxalide alterati ℔.2.adde carn. pullor. 2. vel perdiculor. cum mica panis alb.f. diſtillatio lento igne in alembico, vel diplomate. ℞. prædict. diſtillat.℔.ß.ſacchar.roſ.ʒ.2. cinamom.ʒ.ß. trahciatur per manicam Hippocratis.

Suppreßionũ mẽſium cauſæ ex Galen. cõment. 2. in libr. de Humorib.

Accidit etiam,vt ſupprimantur menſes:quorum ſecundum naturam eruptio vt melioribus fit naturæ rebus, ita retentio præter naturam maximo eſt detrimento. Suppreſſionis illius cauſam triplicem aſſignat Galenus : priorem quidem partium expurgantium imbecillitatem : anguſtiam vaſorum alteram: tertiam vitium ſanguinis,craſſi,lenti,multi,pauci.Quibus addi poteſt vitium corporis totius à diuturna exercitatione,morbo præcedente,tenui victu, aut per alias vias reuulſione & deriuatione facta. Imbecillitatis parens eſt intemperies : anguſtiæ obſtructio, vel tumor præter naturam ab humorum defluxione : obſtructionis craſſities,aut tenacitas humoris, aut cum aliquid, velut germen, vaſi adnatum eſt. Cùm autem tot ſint τρόποι ἰάσεως, quot morborum ideæ, cognito per ſuas cauſas morbo, non difficile fuerit indicationes curatiuas,atque medicamentorum euporiam venari. Sed imprimis aduertendũ, quibus cieri menſes debeãt, quibus minimè. Non enim ante tempus à natura definitum,vt ante annum 14.aut circiter,& poſt 45. aut circiter,citantur : non iis quæ vtero geſtant,aut quæ lactant:non quibus laborioſa vitæ ratio inita, & quæ à ſuppreſſione nihil mali perſentiſcunt:non tenuiter viuentibus, præpinguib. à morbo diuturno conualeſcentibus : nec ante ſolitum tempus,

Menſtrua quomodo & quibus mouenda.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 558 sur 805

Mẽstrua supp
pressa quàm
grauia infe-
rant incom-
moda.

quo natura ad excretionem sese componere consueuit. Tum verò prouocantur potissimùm, cum grauia inducunt incommoda, tabem, fœdos colores, lipothymiam, vertiginem, deiectam appetentiam, dyspnœam, hydropem, articulorum cruciatũ, dorsi & lumborum dolorificam grauitatem, quæ nephritidem, ventris tormina, & colicum ementitur affectum. Initio igitur, post aluum clystêre aut cathartico solutam, secabitur cubiti vena in plethora, aut obstructione vasorum, ne fluor sequatur largior, quàm vt sisti possit, si in poplite vel talo secetur, vel vt imminuatur & reuellatur sanguis, qui copia sua obstructionem fouet. Ad prouocationem & vacuationem tum deinde in vtróque poplite, vel malleolo, vena aperietur. Reliqua autẽ materia ad faciliorem euocationem apparabitur zulapiis, apozematis. Vt.

Curatio.

℞. radic. comm. aper. in aceto temperatar. ana ʒ.1. radic. rub. tinct. ʒ.ß. sabinæ, nepetæ, puleg. absynth. menth. hyss. arthemis. ana M.ß. semin. petro. fœnic. apij ana ʒ.1. semin. end. portul. cucurb. melon. ana ʒ.1. ß. flor. cardiac. genist. & anth. ana p.ß. f. decoct. ad ℔.1. In colatura pro dosib. ʒ. dissol. syrup. de arthemis. capill. ven. & de quinq. radic. ana ʒ.1. f. apozema clarum, conditum cinam.

Ex iisdẽ syrupis & similibus cum aquis apij, fœni. aut cicer. rubrorum decocto dissolutis zulapia parantur. Purgatio sequetur.

℞. polypod. quern. gram. petro. rub. tinct. ana ʒ.2. cichor. cum toto, agrimon. ana M.1. semin. anis. fœnic. apij ana ʒ.1. flor. cardiac. ana p.1. f. decoctio, addendo sub finem folicul. sennæ mund. ʒ.ʒ. In colatura infunde rhei elect. ʒ.1. ß. agar. troch. ϑ.2. cinamom. ʒ.1. In expressione dissol. syrup. laxatiui ros. pallid. ʒ.6. f. potio.

Instante iamiam menstruorum tempore balneũ

vtiliter imperabitur,ex origano,calament.arthemi. matricar. parietar. florib.chamæm.melil.Vel decocto eorundem foucbitur imus venter, ilia & lumbi,adhibito deinde litu ex oleo liliaceo, aut irino. Repetenda quoque venæ sectio in maleolo,altero, aut vtróque, cucurbitulæ interiori crurum parti affigendæ. Iniectiones in vterum, aut etiam pessaria hûc reuocanda.

℞.succ.mercurial.depurati,vel decoctio.rub.tinct.ering. vel cyclam.vel radic.comm.aperitiuar. vel saluiæ, matric.nepetæ ʒ.3.pulu.melanthij ʒ.2.f.iniectio in vterum.

Talis tamen acrior iniectio virginibus viros non expertis instituenda non est, sed potiùs secessus,aut suffitus.Pessarium verò sit huiusmodi.

℞.radic.ireos, cyclam. ana ʒ.1. myrrh. elect. castor. ana ℈.1.sem.rut. melanth.ana ʒ.ß. Ex his omnibus fit puluis, ex quo terebinthina excepto fingitur pessus.

Ex semimanipulo mercurialis parum trit.& hier. simplic. & mythrid.ana ʒ.ß. granis aliquot moschi additis,f.etiam pess.Non omittenda cardiaca ad vires reficiendas capienda: conseru. bugloss.melyss. borrag.cort.citr.cond. ther.vet. mythrid.aut ex his & specieb. diamarg.trochis.de myrrh.rasur. eboris & cornu cerui cum syrupo limon.fingenda cõdita. Cæterùm fluor muliebris, qui ferè pituitosus & serosus,purgantibus,sudores mouentibus,aut vrinas, sanescit. Lochia verò seu purgamenta à partu, eandem, quam menstrua, poscunt curationem.

1 *De suffocatione hysterica, quam alij strágulationẽ appellant.*

2 *Interdum enim mortuæ similis videtur, quòd spiritũ non ducat.*

De vteri 1 *præfocatione.* CAP. 59.

MVlta ad hanc rem ex capite 5. libr.6. de locis affectis, & Aëtio colligenda sunt.Vocatus in paroxysmo primùm an 2 viuat mulier, cogno-

3 *Ab impeditis respirandi instrumentis.*

4 *Vt helleboro & pyrethro naribus admotis, aut immisso puluere, aut etiã penna.*

5 *Et eius corruptione hysterica fit suffocatio, sublato respirationis vsu, propter oppressionẽ diaphragmatis.*

6 *Vt excitentur spiritus, & excitetur humor ad excretionem.*

7 *Vt in sinũ pudoris immittãtur, & vteri cerui-cem.*

8 *Nisi mulier sit epilepsiæ obnoxia.*

scendum est. Nam sæpè fit, vt grauiore 3 accessione intereant, aut non aliter iaceant, quàm mortuæ. Infidele est signum vitæ, quod floccis naribus admotis, vel vase pleno aqua impositio regioni stomachi, colligitur. 4 Sternutatoriis potius de vita cognoscendum. Secundum est, vt causam cognoscamus. Causæ sunt, menstruorum suppressio, spermatis corruptela in nubilibus, virginibus, viduis, & iis mulieribus, quæ natura sunt salaces, & præter consuetudinem non miscentur viris. Aliquando humor quidam crassus, & veluti seminalis, vtero 5 collectus corrumpitur. In tali causa præfocationis vteri in paroxysmo extremorum vincula, 6 frictiones maximè crurum ex sale & aceto, vel similibus. Odorata 7 vtero: grauiter olentia naribus admouenda sunt. Malè olentia, vt castoreum, galbanum, 8 gagates lapis, capilli hominis, assa fœtida, plumæ crematæ, cornu cerui, cornua reliquorum animalium cremata, euphorbium. Quæ omnia excipi possunt pice humida, vel in puluerem redacta galbano, & rebus eiusmodi. Huius rei causam repetes ex proble. 60. Aphrodisæi. lib. 2. Odorata verò, quæ vtero admouentur, ziber, seu ciueta, bombax moschatus, aut gossipium moscho consperſum, oleum moscho perfusum, gallia moschata, alipta moschata, caryophyllum, & similia.

℞. aliptæ moschatæ ℈. 2. ligni aloës, caryophyl. ana ℈. ß. aut ℈. 1. moschi, ambrę ana Gra. 3. excipiantur oleo de spica. Aliud.

℞. galliæ moschatæ ʒ. 2. cinamomi, folij, macis, caryophyl. ana ℈. 1. ambræ, moschi ana Gr. 3. labdani, styracis ana q. s. cum aqua rosata moschata fiat

veluti ſuppoſitorium, quod indatur genitalibus. Pulueres eiuſmodi aliquãdo inſpergimus oleo coſtino, de ſpica, laurino, de lilio, vt inde intinctis digitus 9 obſtetrix affricet os vteri in virginibus: in aliis etiam interiora. Et vt à paroxyſmo excitentur, vellicandæ aures, nares, ſed maximè pili, qui pudendis adnaſcuntur. Aliquando etiam piper, zinziber, ſal gemmę, & alia eiuſmodi pudendis immittuntur, vt naturam irritent ad excretionem. Et quia magna ex parte plenæ ſunt ventorum, glandulis, clyſteribus, vnctionibus, quæ flatus diſcutiunt, vtendum erit ex capite de colico dolore.

9 *Vide Galenum cap. 5. lib. 6. de locis malè affect.*

Excitatis à paroxyſmo nullum remedium melius marito. Alioqui ſi retenti menſes in cauſa ſint, emouere oportebit ex proximo capite. Et ſi humor craſſus, purgationes conueniunt. Imperabis igitur hieræ diacol. ϑ. 4. aut infuſionem ʒ. 1. ß. agarici trochiſc. vel ʒ. 2. pulueris hieræ picræ. Alioqui.

Remedia clyſtericæ ſuffocationi, quæ fit à ſeminis corruptione, dicata.

℞. terebinthinæ lotæ in aqua matricariæ ℥ ʒ. ß. ſemin. dauci, agni caſti, cinamomi ana Gr. 8. cum modico conſeruæ anthos fiat bolus. Aliud.

℞. terebinthinæ ʒ. 3. agarici trochiſcati ϑ. 2. ſeminis dauci, cannabis, ligni aloës an. Gr. 8. cum eadem conſerua fiat bolus.

Purgationes per interualla repetendæ ſunt, ſed paulatim imminuto modo. Laudatur caſtoreum per interualla datum. Hoc autem variis modis vtuntur. Nam in paroxyſmo diſſoluimus in aceto acerrimo, & naribus admouemus, vel eius ϑ. 2. aut ʒ. 1. exhibemus cum aqua diſtillationis radicũ dauci vel arthemiſiæ q. ſ. Acetum ſcylliticum, vel in quo

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 562 sur 805

pulegium,calamenthum,thymum,origanum,coniza coxerint,naribus admotum,vel etiam potum adiuuat,etiam ſi vterum lædere videatur.

Laudatur ab antiquis ſuccus & ſemen plantaginis. Cinamomum, lignum aloës, ſemen dauci,cannabis,rutæ,agni caſti,radix nimpheæ,& quæ ſemen extinguunt.Vomitus,ſternutatio, cucurbitulæ, primùm quidē inguinibus & coxis, deinde ilibus cum multa flamma affixæ. Hypochōdria quoque faſciis deligata & conſtricta. Glomeres fili anethino feruenti,inculcati & calidi alternatim appreſſi pectini. Laudatur puluis conchulæ, ſeu blattæ byzantiæ, & pectunculorum.

Poſt alia quoque remedia dropaces & ſinapiſmi extremæ ſpinæ & ventri appoſiti. Balnea naturalia, frequens coitus, vnctio ex oleo dulci, in quo ſemen agni caſti, cinamom. confracta omnia coxerint,vt eo ſumen & lumbi inungantur. Adiicitur aliquando pyrethrum,piper & ſimilia. Sed ineunda ratio habitus corporis, temporis, anni, & reliquorum. Similiter clementer agendum eſt cum prægnantibus.

10 Nunquã enim venam ſecabis in ſuffocatione hyſterica à ſeminis corruptione.

10 Quod ad phlebotomiam attinet, ſuſpectum remedium eſt,niſi cùm ſuppreſſi ſint menſes. Túmque eo modo, quo in mouendis menſibus. Si quidem nigella mulier eſt, malleoli venam phlebotomo aperies:ſin alba & mollis,vel ſcarificatu,vel ſanguiſugis vtêris.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Υστερικὴ πνὶξ, Græcis dicitur vteri ſuffocatio, cum vterus ſurſum aſcendit,vel quia inflatur & intumeſcit, vel quia ple-

nis venis, quæ ad vterum pertinent, reuellitur: in qua passione, sine motu, sine sensu quasi mortuæ iacent, frequentiúsque viduis & malè purgatis ac sterilibus accidit & iuuenculis ad venerem procliuioribus. Vnum commune symptoma est, defectus respirationis, non quòd strangulentur. vt inquit Galenus, quia nihil est, quod spirationem intercipiat, sed quia ita inflatus vterus primùm intestina, deinde mutuo contactu ventriculum & diaphragma comprimit adeò, vt dilatari nequeant. Atque ob id non loquuntur, quia aëris satis non attrahitur, aut extrà propellitur. Alij id referunt ad frigiditatem humidi & frigidi feminis totum corpus refrigerantis, vt sic transpiratio per poros illis sufficiat. Quanquam in nonnullis hæc constant, & ratio, pulsus languidus, exiguus, & aliquando nullus. Sed quia vterus maximum cum corde per arterias habet consensum, cum cerebro verò per spinæ membranas & neruos, horum membrorum actiones variè læduntur, admirandáque subsequuntur symptomata, præsertim sublato tetro vapore sursum ex causa coniuncta ipsius affectus. Cum accessio imminet, torpor mentis, pigritia, crurum imbecillitas, pallor quidam faciei. Hinc sopor grauis, mentis desipientia, sensuum interceptio, ἀφωνοια, crurum contractio & similia. Quibusdam risus, aliis lachrymæ, aliis vtrunque, vt D. de Rochepot: quæ cùm varicosa esset, eo affectu corripiebatur cum delirio risu, lachrymis, contractione oculorum. Alteri risus, deinde perturbatio mentis: hinc lachrymæ, à quibus etiam monitæ non cessant. Sed nihil admirabilius, quàm quod duabus filiabus Præsidis Rhotomagensis contingere solebat in motu sursum vteri, quo interuallis laborabant. Risu enim longo ad horam, & horas duas imminente paroxysmo capiebantur, quem neque metu iniecto, neque hortatu, neque aliis artibus poterant compescere. Parentibus interrogatæ & obiurgatæ respondebant se non posse continere risum.

Vteri affecti varia symptomata, ob partium, quibus cum cõsentit, sympathiã.

Aliis priùs lachrymæ, deinde risus mouetur in eodem affectu. Sunt quæ magnam ducunt respirationem, in quibus necesse est nullam fieri compressionem stomachi & cordis, sed materiam aliò ferri. Inclinante accessione humiditas quædam è locis muliebribus prodit, ventris strepitus, laxatio vteri. Circuitu quodam redit morbus, hyeme præ-

Suffocationis hystericæ causæ.

sertim & Autumno. Causæ sunt refrigeratio vteri, spermatis corruptela, humor quidam crassus, & veluti seminalis in vtero corruptus, grumus, menses suppressi, læuigatus & nimiùm vacuatus vterus. Sic enim ad loca humida sese conuertit, & è capite ac reliquo corpore immodico labore siccatus trahit. Id quoque grauidis fieri potest inopiâ alimenti sicciore facto vtero, & concalfacto labore. Eodem modo è defluxione pituitæ à capite in præcordia, & impedita respiratione, vtero ad humiditatem concurrente. In remediis hæ omnes causæ distinguendæ. Alij aiunt vacuato vtero, vt per immodicam mensium fluxionem, aëre vterum repleri, & ita inflari conniuente collo. Gratis etiam odoribus ad nares quibusdam ascendit.

Suffocatio vteri quando cessat.

Præfocatio vteri cessatione mensium naturali 45. anno, vel 50. vel cessat, vel ingraueſcens interficit. Discernitur primùm à syncope, pulsu, sudore, pallore, odoribus admotis. Nam hic pulsus est aliquis, licet languidus, sudor frigidus nullus, minor pallor, & odorata nocent, nisi admoueantur inferioribus. In syncope contraria omnia. A Catalepsi verò, quia rigor nullus, aut refrigeratio, qualis in corpore gelu concreto, nec oculi aperti, & similia. Ab apoplexia, sensu. Sentiunt enim, cùm punguntur, licet obtusè. Ab epilepsia, quia corpus non concutitur. A flatibus fieri intelligimus, cum venter intumuit.

Remedia sunt, odores fœtidi sursum admoti, vt bituminis, castorei, galbani, picis liquidæ, pilorum combustorum, ruthæ, cæparum, alliorum: grati verò deorsum, vtero, vel ad coxas, ligaturæ dolorificæ in inferioribus partibus, cucurbitulæ in inguinibus, pessaria trahentia, emplastrum ceroneum. Vbi frigiditas & inde dolor, confectio Neræ, quæ etiam conceptum iuuat, pretiosissimum suffumigium.

ANTO. VALETII EXERCIT. LIX.

PRæfocatio ab vtero vehemens est totius corporis refrigeratio, cui causa continens vapor malignus ab vtero sublatus. Materia, ex qua effertur va-

por, ſemen, vel menſtruum, putre, ſuppreſſum, mola, humores praui, vteri abſceſſus. Pro magnitudine cauſæ, & partium vtero conſentientium læſione varia inſurgunt ſymptomata. Hinc ægra nonnunquam ſenſu & motu priuatur, ſine euidenti reſpiratione & pulſu: aliàs illæſa ratione manente, animi deliquio concidit, & reſpirat difficulter: aliàs conuelluntur haud aliter membra, atque in epilepſia. Paroxyſmus primùm tollendus: deinde, vt ne recurrat, prouidendum. Et quia vapor teter mali huius author ſurſum contendit, & vteri diſtenſio à repletis vaſis compreſſionem diaphragmatis, à qua præfocatio, molitur, vſurpanda ſunt, quæ ſpiritum vitalem, animalémque vehementer moneant, atque vterum ipſum deorſum pellant. Itaque frictiones fiunt extremarum partium, plantarum pedum, manuum, ex ſale gemmæ in aceto diſſoluto, coxaxum ligaturæ dolorificæ: cucurbitulę inguini, iliis, lumbis, pubi, carnoſæ tibiarum parti aptantur. Fumus rerum graueolentium naribus captus, expultricem facultatem ſtimulando præſenti eſt remedio. Vnde & ſternutatoria è caſtoreo puluerato, aut helleboro, in nares indito, quàm citiſſimè opitulantur. Alio cocto & expreſſo additur tantillum aloës, eo imbuitur vmbilicus magno ſucceſſu, quorundam opinione. His accedent propiora remedia, linimenta in collum vteri indita, ſi mulier virũ iam ſit experta: ſuffitus aromatum, ſi virgo ſit. Linimentum erit ex olei moſchati & nardini ana vnc. 1. nuc. moſch. ſtyrac. calaminth. & ligni aloës ana ʒ. ß. cera addita pauca. Suffitus ex pulueribus aromatũ, benzoini, calam. arom. maioran. & ſimil. in trochiſ-

Hippoc. li. 1. de morb. mulier. ad finem lib. de loc. in hom. & Gal. cap. 5. lib. 6. de loc. affect.

Suffocationis hyſtericæ curatio.

cos ex aqua arthemisiæ compactis. Vbi ægra paroxysmo liberata, cardiacis recreabitur: tum verò emplastrum de galbano cum pauco moscho vmbilico apponetur. Cæterùm quia dæmonij hoc genus (vt dici solet) non nisi ieiunio multo eiicitur, vitandus erit vsus ouorum, carnium, vini, & eorũ quæ multùm nutriunt, & semen augent.

Ad Rhagadas. CAP. 60.

1 *Vt hæ partes debiscant perĩde ac callosæ Aquilonia tempestate manus.*

2 *Ad infringendã saniei acrimoniam, & vlcus detergendum.*

3 *Vel vnguẽto diapõpholygos: itẽ ex cerussa, pompholyge, adipe suillo & aqua plantaginis.*

RHagades vlcera sunt 1 ani & vteri deducta in fissuras. Sed alia humida & saniosa, alia callosa, nonnulla cancrosa & feruida. Sanioſa primùm 2 ablues sero lactis, mulsa: deinde consolidabis tetrapharmaco in rosaceo dissoluto, medicamentis è lithargyro 3 chalcitide, & metallis. Callosa remollies œsypo humida, radice lilij, iride Illyrica, quam excipies terebinthina. Alioqui vitellum oui assum cum lacte muliebri subactum impones. Vbi feruet & cancri suspitio.

℞. ceruſſæ lotæ, tuthiæ præparatæ & pulueratæ partes æqual. misce. Aliud.

℞. succi portulacæ, lactucæ, plantaginis, psilij, horum vnius ʒ.3. Agitentur in plumbeo mortario pistillo plumbeo ad crassitudinem. Aliud.

Valebit etiam ceratũ rosaceum Galeni cum succo solatri, vnguentum de ceruſſa, de plumbo, quibus tuthia lota & infriata commisceri debet.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ραγάδες fissuræ, vel rimæ, quibus partes musculosæ veluti proscinduntur, vt labra quandoque & manus ex vehementi

hementi frigore. Naſcuntur ex difficili partu, & violento coitu: in ano ex vi aliqua. Aliquando in cauſa eſt humoris acris affluxus, aut condylomatum inflammatio & diſtenſio rupta cute. Hæc vlcera vel ſanioſa ſunt, vel calloſa, vel cancroſa.

Conueniunt, diapon pholigos Nicolai mollitum liquido cerato roſaceo, vbi callus eſt, mucagine & adipibus emollientibus: ſi calor eſt, vitellus oui, ſuccus cancrorum, plantaginis, clymeni, vnguentum de ceruſſa, de plumbo, lithargyro, & ſimilia.

ANTO. VALETII EXERCIT. LX.

RHagades hiãtia ſunt vlcuſcula, acrium humorum decubitui accepta ferenda. In quibus ſanies cumulatur, deterſio ex hydromelite ineunda. Callum ſi contraxerint, cũ medula cerui, oleo liliorum & cera emolliũtur. Si calor in parte adeſt, huic oleo roſaceo, vel vitello oui aſſo cũ lacte muliebri ſubacto ſubuenitur. At vbi cãcroſa labes inuri, cœpta eſt, vnguentum de plumbo, & ſimilia vſui ſunt. Cum interna ſunt id genus vitia, iniectiones fiunt ex aqua hordei cum melle roſaceo. Vel ex ſeri lactis ʒ.4. olei roſ. ʒ.2. tuth. præparat. ʒ.ß. alumin. ʒ.2. in mortario & piſtillo plumbeis ductis fit vnguentum, cuius portio in aq. hordei diſſoluta iniicitur.

De mola. CAP. 61.

MOla cruditas quædam eſt, & 1 coagulatio materiæ, quam naturalis calor conformare non poteſt, víxque 2 curatur. Vtendum tamen eſt primùm quidem mollentibus, ex capite de ſcirrho: deinde iis, quæ partum eiiciunt, & fœ-

1 *Rudior, indigeſtáque moles in vtero ex ſeminis vitio, ſiue effœta vi, & ſanguinu ẽ ſtrui largiore affluxu cõcepta. Hippoc. lib. de Sterilibus.*

2 *Ariſtot. c. 7. lib. 4. de gener. animal.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 568 sur 805

tum mortuum excludunt, quales sunt trochisci de myrrha, hermodactyli, & alia eiusmodi. Deinde opus erit manu chirurgica: vt nonnunquam speculum matricis adhibetur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ea est naturæ prouidentia, vt calor opifex & formator eorum quæ generantur, nunquam sit otiosus, sed quamlibet materiam in opus aliquod miro artificio ducat, qualecunque tandem sit. Sic Aristoteles in putredine vermes generari scribit, cum humidum substantificum, in quo calor insitus est, dissoluitur, & extra, calore externo illectum, effluit. Tum enim calor in exitu, ne proprio subiecto deserto intereat, quicquid est benignioris materiæ colligit, eámque effingit in animalculum aliquod, in quo conseruari queat, pro quantitate & qualitate illius materiæ, ex qua nihil maius efficere potest. Quod si eam quasi pro arbitrio tractare non possit, quia aut copiosior, aut minore copia, aut ex diuersis generibus constans, minúsque sequax, monstrum generat, siquidem aliquid perfectius non licet. Sin inepta omninò sit, aut herbam, aut aliquid adhuc rudius efformabit, inducta quàm maxima fieri poterit, perfectione. Naturæ enim, quæ in perpetua indiuidui successione continuatur, lõgè satius est creare aliquid, quã nihil. Hoc idem nostra quidem sententia in vtero generationi à natura destinato fit, à spiritu illo gignitiuo & calore, quem non sine ratione sui domicilij architectum veteres Philosophi appellarunt. Materiam enim conuenientem & tractabilem si repererit ex vtriusque sexus semine, fœtum pulcherrimum ad vtriúsque exemplar diuinitus fabricatur, aut vni magis, quàm alteri similem, pro ratione materiæ & viribus imaginatricis facultatis, tanquam optimi moderatoris. Si verò ipse imbecillior sit, materia autem subiecta qualitate, quantitate, consistentia, aut mixtione alicuius extranei, vt sanguinis crassi, aut alterius succi vitiosi ineptior ad tantam perfectionem, aliquid tamen, ne nihil, generat, siue ani-

matum, siue rude & expers vitæ. Vidimus mulierem, quæ cùm nouem mensium spatio vterum gestâsset, omnibus, quæ in legitimo partu euenire solent, mirificè respondentibus, tandem nihil aliud præter animalia quædam ranis haud absimilia cum multis purgationibus cruentis & corruptis in lucem edidit: aliam, cui carnea moles informis exiit cum fœtu, veluti superfœtatione quadam.

F. Valeriola multas protulit & admirandas in huiusmodi partubus obseruationes, maximéque curationem de mola, cui partus quatuor mensium erat alligatus, cùm ipsa iam pro vtero fœtu nouem menses in vtero latitâsset. Qui quia materiam hanc copiosissimè & doctissimè tractat, longiori demonstrationi supersedendum putamus, summam generationis tantùm complexi.

Primùm carnem hanc informem, & tanquam exiguum quoddam chaos non eodem modo, quo vermes, in vtero generari à calore tantùm coquente, & humore crasso ac viscido, sed ex semine & viri, & mulieris efformari à spiritu illo gignitiuo, indicio sunt membranæ, quibus aliquando integitur, ligamenta, superfœtatio fœtu alligato, incrementum, motus quidam tremulus cum tumore vteri. Quæ omnia concepti fœtus speciem per initia exhibent. Neque vnquam quisquam sine coïtu concipi obseruauit. Caussa igitur efficiens erit spiritus ille, qui opificis vices gerit: materia, semen cum multo crasso & spisso sanguine menstruo concreto & indurato: vel (vt ait Hippocr. de Sterilibus) morbosum semen viri & modicum, cum mensium copia: forma', modò perfectior & animata (nam & animalia illa speciem quandam molæ, quòd eodem modo, iisdémque de caussis generentur, esse putamus) modò rudior & expers vitæ, licet augeatur & increscat. *Mola sine coïtu non cõciputur.*

Galenus scribit fœtum ita informari in vtero, vt primùm viuat tanquam planta: deinde vt brutum: postremò vt homo: non quòd tot simul formæ in homine contineantur, tanquam Geryone quodam, sed quia cùm quatuor sint naturæ perfectiones, esse nimirum, vt in elementis: viuere, vt in plantis, sentire vt in animalibus, & intelligere, vt in homine, posteriores prioribus continentur, vt numeri minores ma-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 570 sur 805

ioribus. Vt enim vnitas non est binarius, neque binarius est ternarius: binarius tamen continet vnitatem, & ternarius binarium: ita quod essentiam duntaxat habet, necesse non est vt viuat, neque quod viuit, vt sentiat, aut quod sentit, intelligat. Quod tamen intelligit & sentit vt homo, necessariò & in rerum natura cohæret, & viuit. Atque hæc vera ratio est cur veteribus homo μικρόκοσμος dicatur. Eius enim forma cæterarum omnium perfectionem complectitur, siquidem essentiam cum elementis, vitam cum plantis, sensum cum animalibus, intelligentiam cum formis diuinis habet communem. Cùm igitur natura ita progrediatur, non vt ex specie aliam speciem procreet, vt ex planta hominem, sed formam perficiat gradatim ascendendo, haud absurdum fortasse fuerit, neque à Galeni sententia alienum in hac portentosa generatione idem fieri. Primùm enim rudis quædam moles gignitur, in qua si natura vitio materiæ, quasi in itinere, intercipiatur, consistit, neque aliud quicquam addit. Sin vlteriùs nullo vitio repugnante progrediatur, paulatim perficit, vt iam videatur stipes, deinde animal. Cuius pro materiæ quantitate & temperamento variè figura immutatur, & corporis effigies. Hinc fortasse ex molis aliæ rudiores, aliæ propiùs ad legitimum fœtum accedentes, aliæ variis animalium imperfectorum figuris effictæ conspiciuntur. Finis autem semper est generatio humanæ naturæ, ad quam perfectionem diuina facultas corporis nostri architectatrix, vteri vitio, colluuie humorum, materiæ ineptitudine, & caloris imbecillitate præpedita, peruenire non potuit, nonnunquam etiam alterato optimo semine ab aëre externo, aut vteri intemperie, vt frigore. Locus generationis huius præter vterum nullus est. Tempus & reliqua ferè omnia, vt in legitimo partu. Hinc fit, vt in principio à vero partu distingui non possit. Menses supprimuntur, vterus attollitur, nausea & vomitiones incurrunt, motus in vtero tremulus percipitur, siue sit à mola, siue ab vtero veluti inutile pondus excutere contendente. Quòd si animatum sit, quicquid illud est, difficilius adhuc internoscitur. Certissima signa sunt, primum si tempus legitimi partus excesserit. Nam aliquando gestatur mola decem, duodecim & plures menses: aliquando toto vitæ

Homo cur μικρόκοσμος appellatus.

Molæ conceptæ certissima signa.

ſpatio ſæpe foras expellitur primis menſibus. Deinde ſi motus inſtar lapidis percipiatur à latere in latus, non qualis ineſt fœtui, qui calcitrat circumuoluitur, neque eo tempore, vt menſe 3. in maribus: 4. in fœminis. Præterea ſanguis menſtruus, qui in vterum delabitur, in alimentum non ita abſumitur, ſed corrumpitur, vnde vterum peius affici neceſſe eſt, & per conſenſum corpus vniuerſum. Hinc ventris tumor maior & tenſio, color fœdior, appetentia magis deiecta, grauitas difficilior, quàm in vera imprægnatione. Sed nihil adhuc certius, quàm ſi mammæ tumeant ſine lacte. Si initio deprehendatur, non expectandum tempus partus. Sic enim ſæpe incurabilis eſt, aut onere grauata natura propulſatur, ſed exeundo interficit, aut dolores acerbiſſimos, ſymptomatáque periculoſa inuehit. Quibus Perpiniani viſa eſt mulier nobilis interiiſſe, cùm molam geſtaſſet duodecim menſibus.

Curatur ſanguinis miſſione, laxatis partibus fotu, medicamentis aperientibus, & iis omnibus, quæ abortum prouocant. Alioqui Chirurgia eſt opus, videndúmque an inſideat ori vteri, an ſuperiore parte, vel ad latera, vt remedia adaptes. Si vel ante, vel poſt veram imprægnationem oriatur, fœtum necat.

ANTO. VALETII EXERCIT. LXI.

PAuco ſemine, eóque morboſo, ad multum ſanguinem menſtruum concedente, progignitur mola. Calor enim in illo debilis efficit, vt formatrix facultas eam materiam effingere non poſſit: vnde manet rudis quædam caro, quæ per ſuas venas non ſecus alitur, ac fœtus. Sed certis quibuſdam ſignis ex Hollerio facilè ediſcendis internoſcitur. Curationem autem recipit menſtrua prouocantibus medicamentis. *Gale. lib 14. de vſu part.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 572 sur 805

De Hernia. CAP. 62.

1 *Vt ad diagnoſim, prognoſim & curationẽ herniæ.*

QVæ 1 ad hanc rem pertinent, plurima cap. 18. & ſequentibus libri 7. Cornelij Celſi. Multa quoque apud Paulum & Aëtium.

Cæterùm vinculum quoddam membranoſum eſt, vtrinque ab inguinibus procedens, in peritonæũ exporrectum, cuius robore peritonæum confirmatur. Atque hinc omentum & inteſtina. Relaxatum herniam facit, deſcenditq; plus, minúſue inteſtinũ & omentum, aliquando in inguina, nonnunquam in ſcrotum, vnde nomina enterocele & epiplocele.

2 *Labore, ictu, caſu.*

3 *Leue, diſtributioni chyli & ſecretioni ſtercoris dicatum, quod à ſuo meſaræo diuulſum deſcẽdit. Quãobrem enterocele ferè fit cœci inteſtini prolapſu, quæ nihil aliud eſt, quàm apophyſis quædã cum meſenterio minimè connexa, & propterea abſolutè inteſtinum dicitur. Comm. in ſent. 3. ſect. 4 lib. 6. Epid.*

Aliquando 2 rupto peritonæo idem fit. Graue malum eſt, cùm 3 inteſtinum deſcẽdit, inteſtinúmque in ſcroto conuoluitur. Supprimuntur fæces, regurgitántque in ventrem. Teſticulus erythroïde tunica veſtitur. Poſt hanc verò adnata eſt δάρτος. In ſuperficiem extenditur folliculus genitalis, quod ὄσχεον Græci, ſcrotum Latini vocant.

Inter erythroïdem & darton, & inter teſticulum & erythroidem, aut etiam in ſcroto, aquoſa ſanies, aut aqua colligitur, vnde hydrocele. Nonnunquã ſoli flatus herniam repræſentant. Id recens natis puerulis ſæpe contingit, faciléque diſcutitur. Varicoſus ramex, ſarcocele, teſticulorum inflammatio, tumor & ſimilia extra rationem herniæ ſunt.

Aquoſa & ventoſa hernia remediis curantur, quæ deſcripta ſunt in aſcite & tympanite. In aquoſa peculiariter laudatur emplaſtrum factum è recenti ſtercore vaccino, & tertia parte pulueris boli armenæ, vel ſang. draconis. Laudatur & ſemuncia pulueris è cremata radice braſſicæ. Puluis is incorpore-

tur adipe ſuillo vetere. Ad enterocelem & epiplocelem multa remedia ſunt medica, tum quæ per os ſumuntur, tum quæ apponuntur. Sed in primis habenda ratio, vt quod decidit, reponatur. Quies ad multos dies imperetur: molli lecto decumbant, pro ratione corporis, abſtineant clamoribus. Et in 4 egerendo manum apprimant pubi & ſcroto, ne quid recidat. Faſciæ ſeu loculamenta ſcroti ex panniculis comparentur, ſed ita compactis, vt ſolida ſint. Optimúmque fuerit materiam eiuſmodi faſciarum adſtringentem materiam primùm imbibiſſe. Poſſunt & ex ligno, ferro, aut alioqui ſolidiore materia confici, ſed ita vt interiori parte, qua ſcrotum contingant & inguina, molliori corpore inducantur. Laudatur ſuccus iaceæ 5 vtriúſque. Datur ſingulis diebus manè, quantum teſta oui capiat, cum modico vini albi. Ex eodem ſucco depurato iulepi & ſyrupi comparati poſſunt.

4 *Imo danda opera, vt fæces duræ non ſint, ſed molles.*

5 *Præſertim tamen albæ.*

Laudatur pul. & ſuccus radicis conſolidæ maioris, ruſci, omundæ regalis, ſigilli Salomonis, panis cuculi, radicis valerianæ. Pulueris ʒ.i. datur pueris in lacte cocto, addito oui vitello, aut ex ſolo oui vitello. Succis vtemur, vt ſucco iaceæ, eodem modo, ſem. thlaſpi, vermibus terrenis, limatura chalybis, lapide, quem vulgò (diament) vocãt, hepatica trita, Et hæc quidem probata multis. Herbula 6 eſt in ſabuloſis naſcens: ramulos multos in terram ſpargit, foliis minimis & rotundulis, alis follicatis ex viridi flaueſcentibus, per ramulos ſparſis, adſtringente guſtu, ex qua ſuccus expreſſus ſubinde affuſo vino albo, certiſſimum, & aliquoties probatũ remedium cõtra deſcenſum inteſtini. Nam nouẽ diebus

6 *Hæc herniaria dicta. Ab aliis herba Hollerij.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 574 sur 805

7 *Puerorum pulticula ex pane albißimo in tenuißimum puluerem redacto & lacte conficiatur: quibus mellis nõnihil addi poterit, vt aluus fluat liberiùs.*

ita percurat, vt postea non redeat malum. 7 Facilis inuentu Autumno.

Ex radicibus Osmundæ regalis repurgatis fiunt syrupi, qui huic rei conueniant. Radices eiusmodi in nigro vino austero coqui possunt, & inde emplastra fingi. Alioqui vtẽdum erit emplastro Pharmacopolarum contra rupturam. Valet & lenticula aquæ trita & alligata, similiter & cicuta valet, radix pentaphylli sicca trita ʒ. pondere ex vino data. Semuncia foliorum equiseti tritorum ex aqua calida. Parabile emplastrum ex ℥.1. bdelij, manè quidem subacta cum saliua hominis: vespere verò cum vino austero. Radix cyperi, arnoglossi, aristolochiæ longæ & rotundæ in emplastrum formata, & trita priùs, deinde data potui.

Emplastrum.

℔. mastichis, corticis thuris, nucis cupressi, myrrhæ, sarcocollæ, glutinis piscis (vsblach vocant, & ichthyocollam) ana ℥. ß. ichthyocolla in aceto disoluatur, reliqua trita misceantur, extendantur in aluta.

E nucibus cupressi & gallis immaturis ad consumptionem coctis emplastra fiunt parabilia, quæ in mensem relinquantur, nisi superueniat dolor. Liquor autem, in quo coxerint, potui datur.

Probatissimum istud est Octauio. ℔. balaustiorum ℥.1.ß. gallarum ℥.ß. radicis asphodeli, radicis narcissi, aut (si hæ radices desunt) radicis arnoglossi & betæ, loco personatæ, ana ℥.1.ß. coquantur in vino, tundantur in emplastrum, subigantur.

Aliud.

℔. spumæ argenti vehementer combustæ ℥. 9.

aceti ℔.2. & ℥.3.olei cydoniorum ℔. ß. ſucci plantaginis ℥. 2. Spuma argenti in aceto extinguatur, etiamdum feruens: deinde teratur. Tum adiecto oleo & ſucco, perpetuò agitando fiat decoctio ſecundum artem, vt habeas emplaſtrum, quod quidem diebus continuis adhibetur.

Aliud emplaſtrum.

℔. thuris, maſtichis, ſarcocollæ, acaciæ, lapidis hæmatitis, mummiæ, tracaganthi, gummi arabici, terræ ſigillatæ ana ʒ.3. boli armenæ, gallæ, lithargyri, balauſtiorum, nucis cupreſſi, malicorij, ariſtolochiæ longæ & rotundæ, corticis olibani, roſarum, radicis vtriúſque conſolidæ, orobi, ſiliginis, ſambuci, cyperi ana ℥.ß. picis naualis ʒ.2.ß. Colophoniæ, reſinæ pini, terebinthinæ ana ℥.1. viſci querni ℥. 1. ß. ceræ ʒ.2. pilorum leporis vſtorum ʒ. 4. olei, in quo ficus pingues incoctæ ſint, ℥. ß. fiant magdaleones ſecundum artem, de quibus portio extendatur in aluta, applicetur. Quòd ſi his remediis nihil proficitur, ad Chirurgiam veniendum eſt, quam ex 6. Pauli, 7. Celſi, & recentioribus colliges.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ad oſſa pubis non perforatur peritonæum, ſed productio quædam illius deſcendit in ſcrotum, per cuius meatum vaſa ſpermatica, arteria ſcilicet & vena, perreptant ad teſtes, & per eundem locum eiaculatoria aſcendunt, vt inſerantur collo pudendi. In hac productione multi tumores fiunt, quos Græci κήλας vocant, modò in ſcroto, modò ſupra ſcrotum, qua parte in illud deſcendit. Quorum omnium cauſa eſt vel flatus, aut aqua ibi contenta, aut caro, aut tumor venarum

Hernia fit producto tãtum non rupto, peritonæo.

varicosus: vel delapsa pars aliqua ex iis, quæ intra peritonæum continentur, vt intestinum & epiploon. Idque fit vel rupto peritonæo, vel relaxato & hiante. Ex omnibus autem intestinis solum ileon, in quo chylus semper continetur, procidit. Nam rectum in anum, cum relaxatur, descendit. Colum alligatum est renibus, & altiùs ascendit ad ventriculum. Ieiuna & tenuia intestina sublimiora sunt. Ileon itaque tantùm supereſt, vel cæcum. Neque enim de duodeno vlla dubitatio. Duo igitur in his affectibus statim initio distinguenda sunt, an sit aqua, vel flatus, vel caro, vel varicosus ramex: in mulieribus, laxatio foraminis ligamenti descendentis ad internam partem inguinis: aut ileon delapsum, vel epiploon: nonnulli addunt musculos ruptos epigastrij. Deinde si quid descenderit, qua parte sit, & an ruptione, an relaxatione id fiat. Si aqua fuerit, hydrocele: si flatus, pneumatocele: si caro, sarcocele: si varices, cirsocele: si ileon, enterocele: si epiploon, epiplocele nominatur. A situ verò partium, bubonocele, in inguine: oscheocele in scroto dicitur. Quibusdam testiculus in inguen translatus imposuit, vt herniam crederent. Aliquando etiam hi affectus inter se complicantur. Sæpè vehementi imaginatione libidinosis colligitur semen inter tunicas testiculi, vt videatur quædam esse sarcocele, aut hydrocele. In quibus omnibus cauendum, ne iudicando fallamur. Primùm in hernia aquosa cognoscenda omnis aditus lucis intercludatur, & obiecta candelâ cerea, videatur nunquid pelluceat. Est enim aliquando duritiès, quæ plenitudine & tensione fallit, vt videatur esse carnosa, aut intestinalis, sed pelluciditas fraudem detegit. Sed quia pelluciditas conuenit etiam flatuosæ, ad leuitatem respiciendum. Nam aquosa obscurior est & grauior, quàm flatuosa. Vbi constiterit de aqua, videndum quo loco contineatur. Qua in re veteres satis perplexi & confusi videntur. Galenus de tumoribus scribit in tunicis, quæ testes ambiunt, contineri. Paulus in corporibus scrotum implicantibus. Celsus integris membranis colligi: alij ruptis etiam & relaxatis. Alij modò intra tunicas, modò intra membranas. Si inter tunicas, vel inter summam & mediam, vel mediam & imam. De loco certè & ad prædictionem, & ad curationem non est ambigendum. Nam aliquando in superficiali scroto continetur: aliquando profundiùs. Sed cùm testiculus

Ileon solum, vel cæcũ procidit in hernia.

Hydrocele.
Pneumatocle
Sarcocele.
Cirsocele.
Enterocele.
Epiplocele.
Bubonocele.
Oscheocele.

Seminis collectio inter testiculi tunicas herniã ementitur.

Aqua quo loco in hydrocele contineatur.

duabus tunicis insignibus inuoluatur, erythroide, quam sequitur dartos, ferè semper hydrocele fit, vel inter has duas, vel in toto scroto. Hic totum scrotum intumescit sine rugis, vesicæ inflatæ simile. Illîc tumor tantùm in testiculo percipitur, videtúrque rotundus & tensus rugato & laxiore scroto. Aliquando, vt Paulus scribit, peculiari quadam tunica humor ille comprehenditur, quæ supernascitur, veluti atheroma quoddam, aut steatoma, vt videatur esse tertius testiculus. Quinetiam videre contigit in puero Typographi filio tertium testiculum. Nec desunt, qui asserant quibusdam familiis peculiare esse, vt tertium habeant testiculum. In mulieribus Aëtius tumorem aquosum fieri scribit circa pudendi alas inflationi similem, debilem, mollem, vt humor fluctuans appareat, modò in vna parte, modò in vtráque tantùm. His perspectis de humoris natura cogitandum, an tenuis, an albugineus, an sanguineus & fæculentus, vt naturæ humoris remedia adaptentur. Si ægro venter tumeat, symptoma est hydropis. In pneumatocele similia omnia, nisi quòd, vt dixi, perspicuitas & leuitas maior adest, quia dilatatio fit à flatulento spiritu. Fit aliquando vel in quatuor vasis testiculos alentibus, vel in arteriis darton intercurrentibus. Ille durior, nec compressu digitorum euanescit, recipítque curationem: hic oppresso digito intrò recurrit & euanescit, víxque curatur, periculo ab inceſſabili sanguinis profluuio imminente. Fit sine hydrope, & cum hydrope. Sarcocele, tumore, duritie & colore vbíque sui simili dignoscitur. Est enim tumor rotundus, oblongus, durus, formam testiculi referens, qui longo tempore pedetentim increuit. Quibus duobus ab enterocele distinguitur, quæ mollior est & repentè oborta. Fit à carne duriore in aliqua scroti parte nata. Galenus ad scirrhum refert. Aliquando testiculi, aliquando nerui, à quibus testes dependent, indurantur, aut inter tunicas caro illa generatur. Causæ sunt, fluxio, ictus, succisio ramicis non rectè curata, & similia, quæ scirrhos procreant.

Paul. Æg. cap. 45. li. 6.

Sarcocele ab enterocele duobus modis distincta.

Cirsocele, id est, varicosus ramex, cum venæ intumescunt testiculum nutrientes. Sentitur diuersitas tumorum & paruitas in epidydymide & vasis spermaticis, quæ sunt veluti conglomerata & intorta. Paulus vasorum aut darti dilatationem κιρσους, id est, varices simplici vocabulo appellat: eo-

rum verò, quæ teſticulum nutriunt, κιρσοκήλην. Celſus ex loci varietate quatuor differentias facit, omnéſque vno nomine comprehendit. In enterocele ſigna ſunt, tumor mollis, repentè natus. Augetur vel minuitur pro ratione materiæ collectæ. Clamore & cibi ſatietate creſcit, frigore contrahitur, ſcrotum multum diſtentum apparet, magis in vna, quàm altera parte. Tactu ſæpè diſcernuntur excrementa indurata, nec excerni poſſunt, vt videatur iliaca paſſio. Cùm ad inguen retruditur, murmur flatulentum percipitur. Quod fit, cum æger ſupinus iacet, & quieſcit. In epiplocele percipitur veluti ſtrophiolum molliuſculum, lubricum, inæquale: tumor paruus, frequentiùs in oſſe pubis, quàm ſcroto. Idem ſemper manet, ſiue à cibo, ſiue ante cibum, & quouis modo collocetur, aut hûc & illûc moueatur corpus, nec retento ſpiritu adeò increſcit. In his duobus videndum an ruptum ſit peritonæum, an relaxatum. Ruptura fit in lateribus oſſis ilium poſt ſaltum, ictum, vehementem corporis contorſionem. Initio tumor paruus, progreſſu temporis augetur. Paulatim enim magis diſrumpitur peritonæum. Quæ tumorem faciunt, in ſumma cute apparent, quia extra peritonæum dilapſa ſunt, atque à ſola cute integuntur, magíſque ſuprà ſcrotum. Dolor punctorius ſequitur, & quaſi lacerans. Contrà in relaxatione. Tumorem enim efficientia cum maiore renixu ſentiuntur, quia intendunt meatum illum peritonæi, per quem vaſa & muſculi cremaſteres deſcendunt, videntúrque eſſe in ſecundo vaſe, quæ vbi in ventrem recipiuntur, tumor ceſſat. Si vel omentum, vel ileon remaneat in illo meatu, nec perueniat ad ſcrotum, bubonocele erit, in ipſo nimirùm inguine affectu conſiſtente. In mulieribus fit ob fœtus magnitudinem aut multitudinem. Alioqui rarò hernia laborant, quòd peritonæum firmius continendo fœtui habeant. Omnium periculoſiſſima enterocele, præſertim ſi reduci nequeat inteſtinum. Siniſtra parte adhuc grauior, vbi colum conuolutum deſinit in rectum, & multa inteſtina tenuia incumbunt. Quibuſdam inde ſingultuoſæ febres, in quibus repoſito inteſtino, mors acceleratur. In aliis non repoſito, gangræna. Experientia etiam docuit paulò pòſt mori quibus vi reponitur.

Enterocelæ ſigna.

Peritonæi rupti notæ à ſignis eiuſdem relaxati diſtinctæ.

Enterocele omnium grauiſſima præſertim ſi ſiniſtræ parti incumbat.

Carnoſa inſignis non curatur, ſed teſticulus extrahen-

dus. Neque cirſocele, ſed minùs moleſta eſt. Epiloon ob mollitiem vix reducitur. Remedia adhibenda vacuato ventre à ſtercore & flatu, blando clyſtêre aut medicamento. Inunctiones, ſacculi, ligamenta, ſubligaculum, decocta, emplaſtra. Extremum remedium in ferro. Alij aperiunt ventrem ad inteſtina, vt diſſito retrahatur inteſtinum. Id fit ſupra ilia, via ad vaſa ſpermatica, quæ proinde ſeparantur, & peritonæi locus conſtringitur, non colligatur, ne impediatur generatio. Periculoſum certè remedium, & ſæpè fruſtrà tentatum: ex quo gangræna oritur & mors, vt cuidam in ſuburbio ſancti Germani. Alij ſectionem faciunt ad ilia: vbi alligant productionem illam peritonæi ſimul cum vaſis ſpermaticis. Deinde curant vulnus callo illic obducto. Alij id faciunt puncto vocato aureo in ilibus, quà permeant vaſa ſpermatica, acu ducta, & exceptis vinculo vaſis illis & vicinis corporibus. Experimentum fit contrectato & deorſum tracto teſticulo, vt intelligas, an ſit vas ſpermaticum. Et certè ſi quis vaſis illis non ligatis conſtringere poſſet peritonæum, neque teſticulus excidendus eſſet, neque impediretur generatio. In aquoſo quoque ramice ſi nihil efficitur fomentis, cataplaſmatis, emplaſtris, diæta, purgationibus, ad inciſionem, punctionem, cultellum, cauterium actuale, potentiale veniendum. Habita tamen ratione corporis, viſcerum, partis affectæ, & multis diebus præparato ægro, ad menſem aut 40. dies adhibitis emplaſtris ſuperiori parti, qua humor defluit. Sectio periculoſa è cultello. Multis gangræna inde mota, atque inde mors. *Sarcocele inſignis nõ curatur.*

Melius cauterium potentiale, & alia remedia. Anno 1555. menſe Martio in ſuburbio ſancti Germani, nobili cuidam cultello aperta hernia aquoſa, vnde in gangrænam, dolorem intolerabilem febrem & delirium incidit, vnde mors ab omnibus expectabatur. Excluſa multa aqua per vrethram, conciſa magna parte gangrænæ, conualuit præter expectationem. Cauendum quoque, ne aſſiduo fotu excoquatur teſticulus & corrumpatur, vt vidimus contigiſſe in aquoſo ramice. *Hernia aquoſa aperta ſalutaris.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 580 sur 805

HErniarum frequentissima enterocele non peritonæi solius, sed ipsius quoque tendinis eius musculi, cui peritonæos tunica innititur, morbus est, isque in situ, ob intestini ad alterutrum inguen, aut ad scrotum prolapsum. Hic si negligatur, testiculi corruptelam affert, vt ad curationem hic quoque sit auferendus. Purgato corpore clysteribus (qui minore quantitate, sed irritante facultate, imperari debent, ne portio in prolapsum intestinum feratur) vel catharticis, adeóq; prægresso fotu intestino repositо, sumpta & admota adstringẽtia proderunt. Itaque ex conseru. symphyti maioris, cortic. citr. condit. cum puluere osmundæ regal. bol. arm. terr. sigill. ros. rub. mastich. & similib. condita parãtur. Admouentur hæc.

℞. mastich. sarcocoll. glut. pisc. ana ʒ. ß. radic. consolid. maior. osmund. reg. sigill. Salom. ana ʒ. 2. Dissoluantur gummi in aceto: radices bene purgentur, cum oleo de spica & costino f. emplastrum, quod pinsatur cum saliua limacum.

Vtilissimum quoque est emplastrum è limacibus tritis cum thure, mastiche, bdellio. Item.

℞. massæ emplastri contra rupturam ʒ. ß. mastich. sarcocoll. glutin. pisc. ana ʒ. 2. cum oleo mastich. & costin. fi. emplastr.

Priusquam applicetur, vngatur locus pinguedine cerui. Mirabilis est Hollerianæ herbæ, herniariã propterea appellant, ad hunc affectum profligandum efficacia. Eius aquæ stillatitiæ arte Chymica extractæ vnico haustu, cùm tentata alia remedia non respondercnt, paucis abhinc diebus curatus est adolescẽs in gymnasio Haricuriano, cui citatior sal-

tus insignem herniam conciliârat. Admotum autem emplastrum huiusmodi.

℞. emplastr. contr. rupt.& de grat. dei ana ʒ.1.sang.drac. puluer.radic.osmund.regal.oliban.puluera.ana ʒ.2.cum modico olei myrtill.molliantur in igne,& f.emplast.super alutã.

De arthritide. CAP. 63.

CVratio in 1 vacuando & roborando. Vacuamus & repellendo, & diuertendo, & propriè vacuando in cautionem, & initio morbi, etiam si arthritis frigida est. Si quidem nihil aliud prohibet, detrahendus sanguis est. Ischio, id est, coxa, vel crure laborante 2 venas brachij diuidimus. Et, si quidem fluxio est à capite, 3 mediam: si à reliquo, corpore basilicam.

1 *Arthritis enim ex humoris morbifici copia & articuli imbecillitate nascitur.*

2 *Ad prohibendũ morbificæ materiæ generationem, & ad fluentis reuulsionem.*

3 *Et hepatis & viscerum ratio habebatur.*

4 Hippocrates non satis manifesta ratione venas post aures aperit, vbi coxendix afficitur. Arabes vehementer laudant phlebotomiam ex interuallo annularis & parui digiti.

Brachiis laborantibus deplendus sanguis est è crure, & perpetuò secundum rectitudinem. In coxendice post phlebotomiam è brachio, venam poplitis & malleoli incidere oportet. Multò magis, si sanguis in causa est.

4 *Aph.22. sect.5.lib.6. τῶν ἐπιδημ.*

Quòd si dextrum crus,dextrum item brachium laboret, è sinistris membris vena secanda est. Si verò in omnia membra dolor sparsus est, ex eo, quod minùs laborat.

Purgatio.

In bilioſa arthritide & seroſa Arabes 6 fortioribus catharticis vtuntur. Alij primùm quidem leuioribus, vt cassia: deinde fortioribus. Melius fuerit

6 *Vt diacarthamo, electario de succo rosarum.*

partem materiæ leui 7 pharmaco repurgare. Quod est reliquum, partim 8 vrinis, partim sudoribus excludendum.

7 *Vt cassia, catholico, syrup. ros. pallidarum laxatiuo.*

In pituitosa aluus magis ducenda, vt cum 9 melancholia in vitio est. Solo 10 potu lactis asinini, & decocto radicis graminis dulcorato cum modico saccharo, calidæ arthritides internæ curantur. Purgationes ex superioribus repetēdæ sunt, & maximè ex morbis capitis. Peculiariter laudatur purgatio, quæ fit ex hermodactylis. Græcis & Arabibus pilulæ sunt de hermodactylis paratæ in officinis: maiores, in causa frigida: minores, in causa calida. Minoribus rhabarbarum: maioribus agaricum adiicies, vt massæ pilularum ʒ.1. sit, reliquorum ϑ.1. Græci hoc modo.

8 *Ad derivationem materiæ.*

9 *Nam melācholicos ex Hippocrate ferio purgare oportet.*

10 *Hippoc. libr. de affectionibus.*

℞. 11 hermodactyl. ʒ. ß. anisi, cumini, piperis communis & longi, croci, medull. semn. cartharmi ana ϑ.1. moschi Gra.2. cum aqua saluiæ fiat massa. Dosis ϑ.4. ex hydromelite. Arabes hoc ℞. hermodactylorum ʒ.3.ß. cumini, zinziberis ana ϑ.1. trita incorporentur cum melle. Datur cum aqua tepida. Hæc in pituita magis cōueniunt. In bilioſa singulis dosibus grana duo aut tria dacrydij adiici possunt. In bilioſa hoc modo componunt.

11 *Vel. ℞. aloës, hermodactyl. myrobala. turbit. colocynthid. sagapen ana ʒ.6. castorei, sarcocollæ, opopanacis, euphorbij, rutæ agrest. ana ʒ.3. cum succo brassicæ f. massa.*

℞. aloës ʒ.1. dacrydij Gra.15. rosarum rubrarum, sem. apij & fœniculi ana ϑ. ß. hermodactyl. ʒ.3. mastichis ʒ.2. rhabarbari ʒ.1. sacchari ʒ.3. Fiat puluis, detur ex aqua calida.

Vtuntur electario de succo rosarum & diacydonio cathartico in bilioſa. In pituitosa ʒ. ß. turbith gummosi in lacte cocti, vt expressio bibatur. Neq; reformidant ϑ.1. dacrydij cum saccharo rosato.

Compar-

Comparant & pilulas ex ʒ.3. ſarcocollæ, ſerapini vel opopanacis. Sed videndū in vſu fortium pharmacorum, ne æger macilento ſit corpore, virtute non ita firma, maximè ventriculi & inteſtinorum. Periculum enim inde fit, ne citetur dyſenteria. Et hermodactylus natura ſua ſtomachum lædit. Propterea quidam è veteribus non radice, ſed herba eius vtebantur: nihilominus adiectis, quæ ſtomachum roborant.

Alexāder loco hermodactyli corronopodio herba vtebatur.

Plurimùm laudantur hæ pilulæ, nec ſtomachum lædunt.

℞.agar.ʒ.1.nucis moſchatæ, zinziberis ana ϑ.ß. infundātur in aqua menthæ. Fiat leuis feruor ſuper calidos cineres. Materiæ expreſſæ adde rhabarbari ϑ.4.pul.hieræ diacoloc.ʒ.1.ß.dacrydij ϑ.ß.cū infuſione, ex aqua menthæ fiāt pilulę. Doſis ʒ.1.vel ϑ.4.

Quinque topicorum ſcopi. Topica ſunt, vt 12 dolorem leniant, 13 repellant, 14 coquant, 15 diſcutiant, 16 roborent. Celebre iam olim, nunc etiam frequentatum remedium.

℞. 17 medullæ panis P.1. diſſoluatur in lacte calido muliebri, bubulo, vel ouillo, cui adde croci ʒ.ß Et ſi vehemens dolor fuerit & calor, adde opij à ʒ. 1. ad ʒ.2.plus minuſve.

℞.tria 18 albumina ouorum benè agitata & deſpumata cū ʒ.1.oleiroſati, miſce. Linteola in medicamento madefacta applica. Aliud.

12 *Temperatiōe humorus & habitus reſtitutione.*

13 *Incraſſando, acrimoniam infringendo.*

14 *Pepaſmō mitificando inducant.*

15 *Inaſpectabilem purgationem & diaphoreſim faciendo.*

16 *Partē nimirùm infirmam.*

17 *At ineūte morbo ſumes micam panis ſiliginei q. ſ. maceretur in aqua roſacea: deinde coquatur in lacte vaccino f. cataplaſma. Ac ſi pars ſit rubore ſuffuſa: ℞. aquæ ℥ß. ſolani ℔.ß aceti ʒ. 1. tūta ſplenia eo oxy-*

erato parti admoueantur. Deinde parari poterit cataplaſma ex foliis hyoſcyami in lacte bubulo coctis, quod mirificè proderit. 18 *Ouorum albumina non æquè proſunt. Nam exitu prohibent humorem.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 584 sur 805

℥.ceruſſæ ℥. 2. diſſolue in aqua endiuiæ & modico aceti, fiat liquidum vnguentũ. Quòd ſi ad narcotica per doloris vehementiam deueniendum eſt.

℥.ol.roſ.℥.4.opij ʒ.2.concorporentur. Aliud.

℥.butyri recen.℥.2.mandragoræ ſubtiliſſimę tritæ ʒ.1.miſce.

℥.lactis muliebris ℥.2.opij ʒ.ß. Alia ſunt etiam aliis locis deſcripta. Sola aquę frigidiſſimè perfuſio, vel niuis, aliquando ſatis eſſe poteſt.

Verbaſci flores & folia, lenticula paluſtris, pſilium nymphea, violaria, portulaca & ſimilia trita per ſe, vel cum roſaceo, apponuntur calida. A quibus leuiter digerentibus vtendum eſt, vt cerato ex oleo chamæmelino, anethino, de liliis, & ſimilibus.

In frigida conuenit oleum, in quo enula, ariſtolochia, gentiana, nepitha, roſmarinua, id eſt, chamæpithys, ſaluia, maiorana, coxerint. Leuius, in quo radix althęæ, vulpes, vermes terreni incocti ſint. Laudatur & oleum raphaninũ, aut in quo 19 galbanum liquefactum ſit. Oleum de terebinthina, oleum expreſſum è granis tritici, vel nuce moſchata in lamina ferrea candente, quibus aliquando ãxungię commiſcentur. Arthritidem frigidam & ventoſam fotus ex decocto origani, meliloti, chamæmeli, & ſpongia eodem decocto imbuta, patientíq; loco applicita, percurat.

Laudatur plurimùm 20 humana & vrſina. Oleũ, in quo folia ebuli coxerint, vel ſuccus radicis eius.

Sunt qui dolentem locum primùm quidem frigidiſſima perfundunt, ídque diutiùs: deinde è petroleo fouent.

Quædam occulta proprietate proſunt, qualia

19 *Imò Caſtoreũ ipſum ſi diſſoluatur in oleo lumbricorum mirificè confert ad frigidam arthritidem.*

20 *Vt.* ℥. *axungiæ humanæ* ℔.1. *fol.lauri, chamæpytheos, ſaluiæ, maiorana an. M.* ß. *Coquãtur ĩ balneo mariæ. Deinde illinatur locus affectus.*

ſunt oſſa comminuta potui data. Deplume caput miluij crematum & tritum, corium canis marini admotum loco, corium torpedinis, ſtercus, vt cum adipe vrſino fiat vnguentum.

Pulli ciconiæ, pulli cigni in oleo cocti, vt oleo medulla ceruina miſceatur. Hiſtoria eſt Sexti Pompei, qui pedibus immiſſis aceruo tritici perſanatus eſt: 21 quod remediũ poſtea Medici ſequuti ſunt.

21 *Minimè tamen probandum eſt id remedium, ſi frigida ſit arthritis.*

In tophis caſeus inueteratus, acris, maceratus in decocto cruris ſuilli ſalſi, vt inde fiat emplaſtrum.

Stercus caprinum in oxycrato diſſolutum cum farina hordeacea. Sed hæc durioribus corporibus. In mollioribus axungiæ, radices althææ commiſcendæ ſunt. Aliud.

℞. collæ, id eſt, viſci, terebinthinæ, ceræ ana ʒ.1. galbani ʒ.3. liquefactis vtitor.

Vſus mythridatij & theriacæ poſt bene purgatum corpus.

Laudantur Græcis & Arabibus balnea, ſi nullum viſcus infirmum eſt, ſi vacuatum corpus, remiſſionis tempore munita priùs ægra parte ex puluere boli armenæ. Incorporato in oui albumine, vel hoc medicamento.

℞. corticis granatorum, ſumach. ana P.2. Coquantur ad mollitiem. Incorporentur cum P.3. farinæ hordei & ſucci ſemperuiui, applicentur loco. Hæc autem, ne balneo liquefactus humor in partem infirmam defluat. Quibus remediis & in repellendo vti licet in fine morbi, & ad cautionem. Origanum, menthaſtrum, nepitha in aqua ſalſa diu coquantur. Inde fit fotus, vel vna parte ſalis, tribus aquæ & olei mixtis, locus affricatur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 586 sur 805

Abstinentia vini multos sanauit. Balnea quoque naturalia ad cautionem conueniunt.

Vere & Autumno podagræ excitantur, Aprili ferè & Septembri. Itaque priùs cauendum est. Humor ferè calidior chiragræ: frigidior podagræ.

22 Ischiadicos vt cures, primùm quidem (si nihil te auocet) iis vomitum imperabis, neq; medicamẽtũ purgãs prascribes. Deinde ad clysteres lenientes, hĩc acres, veniendũ est. Postea verò cum materia pugnãdũ est. Admouendorũ cataplasmatum materiam vide libro 10. κατὰ τόπους.

In 22 Ischiadicis venæ sectio, vt priùs, ita & purgatio.

Clysteres acres, cucurbitulæ loco affixæ. Repellentibus abstinendum. Fortioribus remediis vtendum, phœnigmis, hiberide, nasturtio, dracuntio, batrachio, & similibus. Cauterio, incisione cum ferro, vt in Eupolemo Hippocr. fieri oportuit initio lib. 5. Epid. Hæc eadem reliquis arthriticis, vbi contumacius malum est. Inuentum quoque hoc remedium est, vt superiori parte, qua humor influit in articulum, caro nudaretur, venæ hamulo exciperentur, vinculis interceptæ secarentur, atque ita via fluxioni præciditur. Plurima remedia scripta inuenies apud Aëtium.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Ossa inter se connectuntur tribus modis in vniuersum: vel enim inuicem coalescunt, modò sine alicuius materiæ interuentu, vt in mollioribus & fungosis: modò intercedente aliqua materiâ, vt in duris & siccis, per symphysin: vel ita committuntur inter se, vt obscurum habeant & difficilem motum per synarthrosim: vel manifestum & euidentem, per diarthrosim. In prima connexione articulorum dolores non fiunt. In secunda rarò, nisi tophi & œdematosi tumores, vt in articulationibus carpi, aut metacarpij. Tertia arthritidis sedes est, inter membranas, tendones & ligamenta, quę oriuntur à periostio, & proinde sensum habent, ex quibus omnibus firmatur articulus. Vnde dolor vehemẽtissimus excitatur, si qua materia illĩc intercipiatur, siue acrimoniâ, vt bilis: siue frigiditate, vt pituita: siue asperitate, vt gypsea: siue distẽtione mẽbranarũ

& ligamentorũ, aut inflammatione, quod ab omnibus humoribus fieri poteſt, ſanguine, pituita, & vtráque bile cum propriis ſymptomatis cuiúſque humoris. Oportet autem intra ipſum articulum contineri, antequam verè dicatur arthritis. Si enim vel ſola intemperies adſit, vel humor diffuſus per carnem partéſque circumiacentes, diuerſa eſt affectio. Nam quòd Hipp. ſcripſit articulorum dolores fieri in ſiccitatibus, id non eſt intelligendum de arthritide, vt ſcribit Galenus, ſed dolore, & difficili motu, qui fit abſumpta humiditate, niſi quis, omnes articulorum dolores hoc nomine complecti velit, aut eum locum interpretari de biliosa arthritide, quæ fit immodicè calida temporis conſtitutione, aut ſicca, quibus infirmis redditis articulis talis humor defluit. Imò Galenus podagræ materiam contineri tantùm vult in articulis & ligamentis, quæ tenduntur, non neruis & tendonibus, quæ duntaxat ad tenſionem aliorum contenduntur: argumento quòd inde non fuit viſa conuulſio. Fluxionem enim humoris ſuſcipiunt, primùm quidem loca articulationum, deinceps omnia ad cutem vſque circunſtantia. Veriſimile tamen non eſt materiam ad articulum confluentem imbibi, & duriſſimis ligamentis, non mollioribus neruis, & tendinibus. Proinde Aëtius non ſolum diſtendi, ſed permadeſcere ſcribit. Materia hæc aliquando tenuis eſt, aliquando craſſa vel tenax, nonnunquam ſimul & craſſa & tenax, aut etiam gypſea, reſoluta tenuiore parte. Colligitur enim duobus modis per affluxionem ab aliis partibus, & per congeſtionem malè concoquente parte. Hæc naturam partium retinet, niſi quòd mora & dolore incaleſcit, & aliundè nouam materiam recipit. Per congeſtionem magis fit in morbo Gallico ſine tumore, cum dolore totius perioſtij. Quæ fit per defluxionem, ferè materiam mixtam habet, & diſtentione, ac calore concepto potius dolorem parit, noménque accipit à parte affecta. In pedibus, podagra: in manibus, chiragra: in coxis, iſchias: in multis ſimul articulis verè & propriè arthritis nuncupatur. Tria igitur hîc conſideranda: pars, quæ recipit: origo fluxionis, & via, per quam fit. In parte neceſſe eſt imbecillitatem eſſe, alioqui nunquam admittere fluxionem. Et contrahitur contagione ſeminaria à

Arthritis non fit, niſi humore iam articulũ obſidente.

Ætius ca. 7. Tetrabibl. 3. Serm. 4.

Tria in arthritide conſideranda.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 588 sur 805

parentibus podagricis, in quibus ſemen erat vitiatum: deinde venere: poſtremò conſuetudine fluxionis, & qualibet intemperie, aut laxitate. Non tamen neceſſe eſt, ſi adſit hæc imbecillitas, articularem morbum generari, ſi in vita æger nihil deliquerit, vt ait Galenus. Nam humor non influet, ſi corpus liberum ſit cruditatibus. Vnde etiam Poëtæ Græci podagram Bacchi & Veneris filiam eſſe finxerunt. Hippocrates quoque ob eandem cauſam eunuchos, mulieres, pueros ante vſum venereorum podagra non laborare dixit. Quod intelligendum eſt, modò temperanter viuant. Nouimus tamen eunuchum Podagricum, cúmque vehementer. Seneca quoque epiſtola quadam inuehitur in mulieres, quæ per luxum Hippocratem mendacem fecerint. Sed reuera mulieres multò rariùs eo morbo corripiuntur, quàm viri, ob menſtruam purgationem. Et ſi laborent ſæpiùs menſtrua defecerunt, vel pauciora ſunt quàm prohibendis borbis conueniant. Alioqui vitam maximè immoderatam eſſe oportet. In pueris autem, cum ad pubertatem peruenerunt, naturalis eſt motus ſeminis, vnde rareſcit corpus & relaxatur. Accedente venere, concuſſio, motus, concalfactio articulorum, ex quo celeriùs eò materia decumbit. Atque etiam inde fit vt podagrici magna ex parte ſint ſalaces, tum ob aſſuetudinem, tum ob frequentiorem neruorum rigorem atque intenſionem. Adde quòd crebro in dorſum decubitu humores ad partes genitales confluunt. Ob idque duo præcipua remedia podagræ futuræ eſſe putamus, abſtinentiam à venere & vitam frugalem. Seminaria autem quatuor, imbecillitatem hæreditariam: Venerem: vinum præſertim forte: & cruditatem ex intemperata vita. Origo defluxionis eſt à capite, vel hepate. Illic intra tunicas tendonum per foramen nucæ pituita exudat, quæ per palatum, aut nares expurgari debebat. Hic verò cùm venæ magnæ & hepar copia grauantur, quam continere non poſſunt, aut irritantur qualitate aliqua vitioſa. Sic vel à plenitudine & redundantia venarum fiunt defluxiones in articulos, vel à recrementis aliarum partium, vt cerebri. A capite autem defluxionem fieri intelligimus, ſi grauitas capitis & ceruicis præceſſerit, ſæpéque frigus vel horror paruus ſentitur

Podagra Bachi & Veneris filia.

Arthritide mulieres cur rariùs corripiantur.

Arthritidis futuræ duo præcipua remedia.

Arthritidis quatuor ſeminaria.

A venis magnis internis, si citra hæc dolor præhendat partem aliquam, sed cum febricula, vel aliqua inæqualitate fiat, pars citò intumescat, rubeat, doleat, ab vna parte in aliam moueatur. Quibus autem viis fiat huiusmodi fluxio, non eadem est omnium sententia. Alij à capite sub cute materiam per summa corporis in extimas partes influere aiunt. Alij negant, quòd cùm sit fluxionis species, partibus robustis ad imbecilliores sua excrementa transmittentibus, probabilius sit non solùm secundum membranas neruósque, sed etiam per vasa, id est, venas & arterias eam fieri. Sed hoc vt verissimum est fluxione orta ab hepate, ita minùs consentaneum, cum pituita è cerebri ventriculis per spinalem medullam delabitur. Sic enim oporteret materiam è venis egressam rursus venas subire. Fluxionis modus est, quasi inundatio aluei & eluuies quædam in cauitatem articulorum, & partes vicinas. Sed cum per musculos fit transitus, dolor non percipitur ob laxitatem. Raróque defluxio syncera est à venis, cùm in his humores omnes contineantur. Sæpiùs si vel à recrementis cerebri oriatur, vel per congestionem fiat, humor syncerus est. Podagra fit modò in articulo maioris digiti pedis, modò calcanei extremo, aut cauo pedis. A pedibus paulatim ad genua progreditur: hinc ad coxam & fœmorum iuncturas, postremò ad manus, vertebras humerorum & maxillarum. Coxendicus tamen dolor sæpè fit multis, qui podagra nunquam laborârunt, fortasse à recrementis illius partis illic congestis, vel in eam tantùm partem defluxis. Dolor profundus est, & cum mouetur crus sentitur. Caussa quandoque est eluxatio, aut dissectio ligamenti, quod à periostio nascitur. In mulieribus à partu, aut cum vterum gerunt, dolor in parte interna inguinis, & magis ad interiorem partem, quàm exteriorẽ, continuus quoque, siue crus moueatur, siue quiescat, non est coxendicus, sed à ligamentis vteri ob flatũ, retractionem, refrigerationem, contortionem vteri, & similia. Humor vitiosus deprehẽditur tribus potissimùm modis, doloris proprietate: antecedẽtib. vtvictu, anni cõstitutione, ętate, regione tẽperamẽto: postremò cuiúsq; humoris effectu. Multus enim humor distẽdit: acris erodit, calidus calefacit, & frigidus refrigerat. Qualis quoq; aër est, tales in corpore generat humores

Fluxionis modus in arthritide q. a-lis.

Humoris vitiosi in arthritide dignoscẽdi tres modi.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 590 sur 805

vt & cibus,& temperamentum,& ætas. A ſanguine color rubens, dolor pulſatorius, vehemens, tumor non ſolùm venarum,ſed totius particulæ.Neque refrigerantia admodum, neque calfacientia tolerant. Acceſſiones quotidianæ minùs diuturnæ,quàm à pituita.A bilioſo ſanguine multi caloris ſenſus, irritatio à calidis,à mitigantibus remiſſio : color ſubpallidus, ſubrubeus, quandoque flauo permixtus, nullus euidens tumor.Si locus tangatur,facilè ſanguis ſubterfugit,citiùs ab vna parte mutatur in aliam. Exacerbationes vt plurimùm tertio quoque die.A pituita,color ſubalbidus, aquæ inter cutem ſimilis,tumor tactui cedens,dolor mediocris,ſæpè nullus, exacerbationes quotidianæ diuturniores. A melancholia rariſſimè fit. Color partis niger,frigoris ſenſus, dolor profundior inſtar ſcalpelli perforantis, exacerbationes quarto quoque die. Vere & Autumno magna ex parte mouentur dolores arthritici, vt ſcribit Hippocraces in Aphoriſmis. Signa præcedentia ſunt,quod non tantùm mingunt, aut ſudant, quàm ſolebant, & quò humor craſſior eſt, copioſior, denſiore membrana incluſus, aut imbecillitas maior, eò diutiùs durant huiuſmodi dolores.

Cura in præcautionem & curationem diſtribuitur. Remedia varia,& ex aliis petenda. Admouebimus tãtùm dupliciter hîc peccari in topicis admouendis. Primùm, cum nulla de toto corpore habetur prouidentia:deinde cum digerentibus reſoluta tenuiore parte,calli, artuum durities, articulorum curuitas inducuntur,aut pars affecta immodicè calefit, refrigeratur, ſiccatur, humectatur, aut fortiter attrahentibus materia copioſior è venis extrahitur.

ANTO. VALETII EXERCIT. LXIII.

Gal.cõment. ad apho. 49. lib. 6. Apho.

ARthriticus dolor tactus deprauati ſymptoma eſt:quanquam impropriè inflãmatio dici poſſit,tũ fluxionis ratione, tum quòd inflãmatio huius ſit affectus inſeparabilis comes. Huius cauſæ ſunt duæ,fluxio,& articulorum imbecillitas.Fluxio qui-

dem humorum eſt, non modò articuli cauitatem ſubeuntium,& eiuſdem imbuentium vinculum,ſed præterea ſuperiectas membranas, neruos & tendones, quæ partes propter ſenſum eximium vel calida intemperie,vel frigida,& ſolutione continui per diſtentionem à repletione facta, maximè infeſtantur, occupãtium. Vt eſt humoris ſpecies arthritidis cauſa continens,ita arthritis frigida eſt, vel calida. Fernelius cap.18. lib.6. Patholog. aliquot rationũ momentis,ſed ſanè leuioribus,quàm quæ debeãt à meliore veterum dogmate nos abducere,omnis arthritidis materiam pituitoſam eſſe omnino ac ſeroſam contra Galenum arctiſſimè contendit. Addit & tenuem illum humorem, non è cerebro & interioribus eius ventriculis, ſed à pericranio, parte capitis externa,extráque caluam poſita, non per ſpinalem medullam, per ſumma corporis ſub cute deorſum decurrere. At,quæſo,an calorem,ruborem, febrem, quæ arthritidem ferè comitantur,pituitoſo potiùs, quàm feruenti humori, vt calido & bilioſo, adſcripſeris? Fiunt dices, non à natura humoris,ſed à diſtenſione. Cur igitur idem œdematum generi non vſuuenit? Deinde aliquis (gratia exempli) ætate iuuenili, æſtate media, antegreſſo victus genere bili generandæ accommodato, conſentientibus etiam ſymptomatis humoris bilioſi propriis, arthritide prehendatur, an eam potiùs à bile, quàm à pituita, quæ iſto in corpore nullo modo peccat, fieri dixeris? Quinetiam ad arcendam arthritidẽ non perpetuo idonea eſſe eadem remedia cõmunis docet experientia: ſiquidẽ dolori alicuius ſedãdo, vt bilioſæ, competit oleũ roſaceum, quod pituitoſæ noxium,

Fluxionis modus in arthritide.

Fernelij de arthritide opinio non ferenda.

Sic humorem bilioſum mitia digerentia ſatis reſoluunt: pituitoſum verò minimè, ſed vehementiora longè requiruntur. Quod autem pericranium pars non ſit tranſmittens, à qua omnis fluxio fiat, hinc colligitur, quòd reperiantur multi arthriticis doloribus grauiter afflictati, qui priùs nec capitis grauitatem vllam, nec vllum perceperint dolorem: cùm tamen ex Hippocr. libr. de Natura humana omnis pars tranſmittens, excipiénſque laboret in omni humorum decubitu, ſuiſque ſymptomatis ſe prodat. Præterea à pericranio in ſpinalem medullã qui poteſt eſſe aditus? Probabilius enim eſt fluxiones in ſpinalem medullam fieri à cerebro, ex quo oritur. Et quid vetat, quo minùs ſanguis, qualiſcunque ſit in membranarum & cerebri venis, huiuſque ſinubus, per venas & arterias deuolui, deorſúmque relabi poſſit, omnéque fluxionis genus parere? Adhæc ſententia eſt Hippocratis. *Cui inteſtinum à dextra parte, articulorum morbo laborauit, erat quietior: poſtquam verò id curatum fuit, erat dolentior.* Galenus in commentar. id fieri ſcripſit conuerſo humorum impetu à colo inteſtino in articulos. At humorem eiuſmodi ſemper à pericranio decidere quis dixerit? Accedit hûc, quod pleríque obſeruarunt, à diarrhæa intempeſtiuè cohibita arthritidem nonnunquam ſubſequi. Qui Fernelij partes mordicus tenent, validas huic ſententiæ machinas admotas putant, ſi ſoli capiti adhibitis remediis tentatis fruſtrà aliis, ſe fortè arthritidem curâſſe profiteantur. Sed hoc minùs veriſimile. Reliquum ergo ſtatuamus humorem morbificum magna ex parte ex capite, toto corpore, hepate, liene, manare.

Hippo. ſent. 3 ſect. 4 lib. 6. Epid.

Diarrhæa intempeſtiuè ſuppreſſa arthritidẽ attulit.

Arthritidis à cauſa calida curatio.

Morbus hic vt liberatu, ſanatúque difficilis ſit, non tamen lethalis eſt. Conſuetudo enim fluxionis in habitum cùm conceſſerit, non ſinit magnam, ingentémque copiam colligi, verùm ex facilitate perpetiendi in conſuetos articulos excrementa illabuntur. Statim itaque ſi à calida ſit materia, vena partis oppoſitæ incidatur: aut, ſi venæ ſectioni non ſit locus, clementior purgatio è caſſia, cathol. rheo, ſyrup. laxat. roſ. pallid. imperetur. Atque etiam ipſis in initiis oleum roſaceum, vel omphacinum pauco aceto perfuſum parti affectæ admoueatur, quod repellendo & roborando ſit. Deinde verò temperantur atque incraſſantur humores ſyrupis accommodatis, de quibus in aliis affectibus bilioſis diximus: poſtremò cholagogis vacuantur. Pilulæ de hermodactylis, Arabibus alioqui tantopere commendatæ, ſuſpectæ ſunt, niſi in robuſtis corporibus, quòd hermodactyli ventriculo plurimùm noceant. Adde quod veris caremus hermodactylis. Topica anodyna ſunt infinita. In ardore magno vtiliſſimum vnguentum ex æquis populei & vnguenti nutriti partibus. Vel.

℞. cerat. roſ. ʒ. 1. mucag. ſemin. pſilij ʒ. ß. opij ϑ. ß. croc. gra. 4. hæc poſtrema lacte vniantur, deinde cum aliis miſceãtur addito roſaceo, pro vnguento.

Cum autem inclinat morbus, ex coquentibus oleis, & diſcutientibus, vt chamæm. ſeſamin. liliac. anethino, additis eius generis farinis, pulueribus & adipibus cataplaſmata fingentur. Vel.

℞, mucag. ſemin. lini & fœnugr. extract. in aq. chamæm. ana ʒ. 6. adipis anatis & gallinæ ana ʒ. 2. cum cera pauca & oleo f. vnguent. Inunctæ ex eo parti ſuccida lana ſuperponatur.

Cum de præcautione tantùm agitur, ſufficiet ineunte Vere & Autumno venam ſecare, & purgationem, cæteris non repugnantibus, inſtituiſſe, necnon ad deſicationem humorum, & laxitatem articulorum corrigendam, formenta ex adſtringentibus, balauſtiis, malicorio, vino nigro & auſtero incoctis vſurpâſſe, vini vſu penitus ſubtracto.

Arthritidis à cauſa frigida curatio.

Arthritis autem cum à cauſa eſt frigida, purgantia primùm requirit blandiora, vt ex rheo & agarico in aqua ſalu. beton. aut cephatico decocto infuſis: deinde valida, ſed præparatis antè humoribus, apozematis, & iis, quæ neruoſum genus roborant, ſimplicibus. Materiam valenter purgant pilulæ aureæ, cocciæ, mollitæ cum aq. aut ſyrup. cephal. infuſionis pauci turpethi benè gummoſi. Hûc etiam pertinebunt anodyna ſtatim principio adhibenda: vt ol. chamæm. vulpin. lumbr. tantillo addito roſaceo, donec fluxio deſierit. Diaphoretica ſint valentiora. In tophos aut nodos ſi abierit affectio, ferè ſemper inſanabilis. Iuxta illud.

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram.

Vulgò tamen ad ea emplaſtra parantur ex gummi ammoniac. opopan. bdellio, cum mucaginibus alth. lini, fœnugr. extract. in aq. vitæ, in qua etiam gummi diſſoluuntur, adiectis medullis, adipibus, pulueribus ſalu. cyper. ireos, hermodactylorum cera & oleo ſufficienti.

Iſchiadis curatio.

Iſchias grauiſſima eſt, quę nullum certè præſentius habet remedium clyſteribus ſæpè ac ſæpè repetitis. Etenim præterquam quod humorem in affectam partem ruentem reuellunt, oleorum etiam calore digerunt. Clyſterum forma hæc erit.

℞.malu.biſmal.violar.centau.minor.chamædr.chamæp. orig. puleg. calamenth. ana M.1.ſemin. aniſ. fœnic.ruth.ana ʒ.flor.roſmar.& chamæm.an.p.1.f.decoct.ad ℔.1.In colatur. diſſol. hieræ ſimpl. & diaphœn. ana ʒ.2.mell. anth.ʒ.1.ol.lil. & chamæm.ana ʒ.1.ß.f.clyſter.

Paulatim augebis olea magis digerentia Sectio venæ in cubito lateris eiuſdem reuellendo plurimùm confert, præſertim ſi phethoricus ſit æger. Interim quia acerbiſſimus eſt dolor, exteriùs anodyna applicentur.

℞. olei chamæm. & aneth. ana ʒ.1. puluer. chamæm.ʒ.2. miſce pro fotu partis.

Repellentia hîc nunquam vſurpanda: nam intrò humorem regerendo dolorem augerent. Linimenta verò magis digerentia ſenſim imperatur.Vt.

℞. mucag. ſemin. lini, fœnugr. extract. in aqua. ſtillatitia chamæmel. ana ʒ. 1. puluer. chamæm. ʒ.2. olei lilior. & aneth.ana ʒ.1.axung.anſer.ʒ.6.cum cera fiat linimentum pro parte affecta.

Efficacius erit hoc vnguentum.

℞. vnguent.dialth. vng.reſump. ana ʒ 1.mucag.ſem lini. & fœnugræ. extract.in aq. chamæm. ana ʒ.1.ß. puluer. ireos Florent. iuæ arthrit. ana ʒ.1.ß. emplaſtr. de meliloto ʒ.1.ß. malaxentur omnia in oleo lilior. vel oleo de terebinthin. & modic. aq.vitæ f.vnguent.

Si his linimentis & ſimilibus, quæ quiſque ſuopte ingenio effinxerit, non remittitur dolor, clyſteres iterabuntur: à quibus parti fomenta inſtituentur. Vt.

℞.malu. biſmal. parietar. violariæ ana M.1. origani, calament. puluer. chamæp. chamædr. agrim.ana M.ß.roſ.rub. p.1.f. decoct. in aq. comm. cum pauco vino albo, pro fotu partis cum ſpongiis.

Ex magmate eius decocti parari poterit cataplaſma additis olei liliac. & chamæm.ana ʒ.2. pul-

uer.chamæm.ʒ.3.puluer.ireos Florentiæ ʒ.2. axungiæ anſeris, vel cati, vel teporis ℥.1.ß. cum cera ſufficienti. Syluius probabat fotum ex vrina pueri bilioſi. In cataplaſmatis vitanda nimiùm digerentia, ne tenuiore materia vacuata reliqua occaleſcat. Ad materiam ab alto iſchio euocandam hoc emplaſtro vtebatur Fernelius.

℞.gummi pini, reſinæ nigr.ana ʒ.1.hermodactyl.puluer. ſulphuris viui ana ʒ.6.ariſtoloch.vtriúſque ʒ.3.ireos Florent. ʒ.1.ß.cum oleo lumbr. & cera f.emplaſtrum. Addes, ſi velis, adipes digerentes.

Neque vero interim omittendæ ſunt cucurbitulæ, quę in hoc morbo tantam vim habent, vt primam partem reſpiciant. Affiguntur ſæpè ac ſæpè partibus ſuperioribus, à quibus in coxendicem defluit humor. Si ex calore febris corripuerit, vt ferè fit, electariis vires recreentur. Medicamenta purgantia alternatim ſumantur. Viſcidis alimentis & ſiccis, itémque ſyrup.myrtill.cydon.cum aqua multa chalybeata, vino etiam craſſiore, niſi febris inhibeat, ſanguis ad omnem motum ineptus reddatur. Si ſpes ſit contractæ à lue venerea iſchiados, decoctum guaiacini ligni, Cynaræ, ſalſæ Parillæ eri, ex vſu. Si præ dolore ſomnum inire non potis ſit, frontalia & hypnotici ſyrupi imperabuntur.

De 1 Elephantiaſi vera. CAP. 64.

COnfirmata 2 Elephantiaſi non 3 curatur. Recens 4 curari poteſt & prohiberi. Recentem autem volunt, quæ annum non ſuperat.

Sæpiúſque Medicus, vt de morbo iudicet, quàm vt eundem curet, appellatur. Signis itaque de mor-

1 De cancro vniuerſi corporis, aut tuberoſo corpore, quod elephãtiæ ſimilitudinẽ fingit.

2 Signa ſignificata propria, ex quibus non generatio, verùm perfectio ſignificatur. Cuiuſmodi ſunt rauca vox, riſimæ, patulæ & tuberoſæ nares, labia pratumida, aures retortæ, totũ corp⁹ tuberoſũ, fœdíſq; rimis exaratũ.

3 Quòd in habitu corporis omninò deprauata ſit aſſimilatio, in viſceribus corrupti ſanguinis omniúmq; humorũ perennis generatio

4 Mutatione diætæ, vacuatione & alteratione.

bo 5 pronunciandum est. Temperamentum hominis spectandum est. Qui 6 sanguine sunt crassiore, huic vitio magis opportuni sunt, & aliquando hæreditarium malum est. Locis calidioribus aduſtus sanguis aut à frigore congelatus hoc malum inuehit. A febribus continuis male curatis, ab vsu alimentorum & medicamentorum, quæ melãcholiam gignant, aut pituitam crassam, quæ nimiùm incidunt & attenuant, aut aliter calfaciunt, nonnunquam huius mali initium est. His piger sensus & motus, 7 spiratio retardatur. Durescit 8 aluus, vrinæ 9 crassescunt instar iumentorum, aliquãdo tenues 10 minguntur, spiritus 11 olet grauiùs, 12 frequens ructus & 13 sternutatio incitatur, 14 libido incenditur, 15 concidit appetentia, crassescunt malæ, mentum, superciliorum locus, crura & manus, 16 labia crassescunt, tabescunt musculi, & 18 plurimùm, qui medius est inter indicem & pollicem. Fit corpus grandinosum. Sub lingua varicosæ venæ nigricant. facies rubet ad liuorem. Pili 17 è capite & superciliis, decidũt, habitus corporis commutatur. 18 Fiunt pterygodes, quasi alati. 19 Satyros repræsentant. Somnia 20 molestissima, 21 incubi, mœror & anxietas. Pulsus exiguus, imbecillus, creber, tardus, rubent oculi, & in rotunditatem coguntur, rau cessit vox, narium pinnæ dilatantur inferiore par-

5 *Ne contagione morbus ad alios serpat.*

6 *Ob generationem humoris melancholici perennem, quia abundant fece, & facilè sanguis assatur.*

7 *Oppressione cerebri, musculorum cõtumacia.*

8 *Viscerum incendio, & humorum ἀναῤῥοπῇ.*

9 *Expertur-batione in venis à flatulẽto spiritu cũ calore contra naturam.*

10 *Viarum obstructione.*

11 *Ab aluo, pulmonibus & cerebro.*

12 *Ab humore melancholico in aluum fluente, & coctionis infirmitate.* 13 *Aucto symptomatis plethorica cerebro.* 14 *A sussis humoribus & flatulento spiritu.* 15 *Alui impuritate.* 16 *Continuitate interioris tunicæ quæ aluo & labiis communis est.* 17 *Nam neque aluntur, neque gignuntur.* 18 *Consumptione partis inferioris musculi trapezitæ.* 19 *Mutato faciei colore, charactere, mole, auris retortis.* 20 *Materiæ somnifera corruptione.* 21 *Oppressi iecinis tumore.*

te, nares conſtringuntur, dyſpnœa, mollis auricula contrahitur.

Excrementa olida, interſtitium naſi corrumpitur, fixus intuitus. Quibuſdã detractus ſanguis totus corruptus non cogitur. Sal iniectum calenti & recens extracto ſanguini non diſſoluitur. Acetum iniectum ſanguini non diſſoluitur. Si ad ſpondylia colli transfiguntur, non ſentiunt. Perit tandẽ extremitatũ ſenſus. Oportet igitur vocatũ Medicum, vt de re magni momenti pronunciet, hæc ſigna omnia percurrere. Quæ vt aucta ſunt, ita aucti vitij indiciũ eſt. Conſilium eſt 22 Galeni, vbi eius mali ſuſpitio eſt, vt Vere ſanguis detrahatur, deinde refectis viribus exhibeatur medicamẽtum, quod atram bilem purget. Ratio vitæ inſtituatur, quæ ſanguinem craſſiorem attenuet, ac depuret.

22. Galen. lib. 2. Ad Glauc.

Vitato tamen immodico vſu attenuantium rationem vitæ ex Aëtio & aliis colliges. Conſenſus eſt Græcorum & Arabum initio detrahendum eum ſanguinem. Sed quia magna ex parte corruptus is eſt, particulatim ex vtróque brachio detrahes, eligéſque maiores venas, ſiquidem vires patiuntur, multò magis cùm ſpiratio difficilior eſt. Alioqui venas extremæ manus, vel malleoli aperies. Nonnunquam etiã contentus eris ſanguine, aut cucurbitulis cùm ſcarificatione appoſitis partim tibiis, partim ſcapulis. Auicennas venas etiam capitis incidit & iugulares, ſi ſuffocatio imminet.

A ſanguinis miſſione purgatio ex hiera diacolocynthidos, deinde etiam adiecto dacrydio: poſtremò etiam helleboro, ſed interuallis hæc fieri oportet. Quo tempore ceſſamus à pharmacis, ſero lactis,

lactis, lacte etiam & iis quæ humores 21 præparãt, & depurant. Materia ex capite de melancholia.

Postea verò frequens vomitus. Primùm quidẽ è leuioribus: deinde raphano: postremò helleborismo. Cucurbitulæ 24 inanes stomacho & visceribus admouentur. Caputpurgia, gagarismata, vnctiones primùm, vt è butyro: deinde vbi pruritus est, ex iis, quæ detergent: postremò, cum vlceratæ partes, conueniunt quæ leuiter adstringunt.

Balnea 25 primum dulcia. Persuasum 26 vulgò est balnea comparata sanguine humano morbum hunc persanare. Deinde si pruritus est, naturalia conueniunt. In multis remediis brassicæ & absynthij decoctum, stœchados, ligni 27 sancti, commẽdatur.

Optimùmque fuerit cum his passulas, ficus, violarũ flores, buglossi & borraginis incoquere. Multò magis, si feruidior sanguis est. 28 Castratio, vt singulare remedium, ab antiquis probata est. Scobes eboris, cornu cerui, succus Cyrenaicus, aselli aquarij, scyllæ semen, & hæc duo maximè contra dyspnœam. Smaragdus trita, & ex aqua data, vel cum aqua & gummi illita. Erinacei caput laudatur à Galeno, nepitha, qua eo modo vtendum erit, quo ligno sancto, id est, cum passulis & cæteris. Laudatur theriaca, quæ in calidiore conditione temperari potest, adiecta parte conseruæ violarum aut borraginis. Laudatur vinum, in quo 19 vipera viua extincta sit.

Viperarum carnes abscisso capite & caudâ ad

21 *Vt succo fumariæ, veronicæ, scolopendriæ, cetheræ.*

24 *Ad viscerum collapsorum restitutionem.*

25 *Aquæ gelidæ scilicet ex decocto fumariæ, agrimoniæ, betæ, mercurialis.*

26 *Hoc commentum ridet Gal. lib. 10. de simplic. med. facul.*

27 *Modò marasmus περιφρύγες viscerum te non auocet. Tũ enim tutius decoctum radicis iunctæ imperabis.*

28 *Sic enim retenta materia spermatica abũdat, qua parte solidæ fruuntur & tumescunt: vnde assimilationis depranatio tollitur.* 29 *Lege Galenum c. 1. li. 11. de simplic. medicamentorum facultatibus.*

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 600 sur 805

putrilaginem coctæ cum iure albo veterum, vel iis quæ huic morbo conueniunt, vt & carnes edantur, & iusculum sorbeatur.

Alioqui non tam suspectum remedium, si pabulis caporum & gallinarum iusculum illud & carnes misceantur. Senties penetrasse virus, cum plumæ decidunt auibus, túmque aues ad cibum elixabis. Sed theriacæ & remediorum vsus magis tempestiuus à thermis comparatis è fumaria, borragine, endiuia, nepitha, rosmarino, origano, meliloto, & aliis eiusmodi.

Vstio frequens circa caput satis fuit aliquando, alioqui in tibiis ac genu, aut musculosa parte brachiorum cauteria imprimuntur.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Αλφος, id est, vitiligo, κνησμὸς, siut pruritus aut prurigo, λειχὴν id est, impetigo, ψώρα, λέπρα, ἐλέφας, nomina sunt affectionum, in quibus omnibus malè afficitur cutis à vitioso aliquo succo, qui nequit assimilari, cum aliqua contagione aliàs maiore, aliàs minore. Differunt autem magnitudine & propriis differẽtiis. Nam vitiligo & pruritus ad lichenem: hic ad psoram: psora ad lepram: lepra ad elephãtiasim veluti via quædam est. Vitiligo vitiosa macula est & fœda ex malo corporis habitu excitata, non in tota carne, sed in cute, sine manifesta cutis asperitate, squamis, exulceratione. Cuius tres sunt species: alphos nomen generis retinens ex pituitoso sanguine: color albus ferè subasper, similis quibusdam guttis disperfis: leuce paulò albidior, ad carnem vsque descendens, à pituita lenta & viscosa, vnde pili albescunt: & μέλας ab atro humore cum colore nigro, & vmbræ simili. Leuce dicitur etiam quibusdã lepra alba, in qua nõ iam caro, sed alba caro, media inter sanguineã & exanguẽ, ac pituitosa generatur. Non facilè sanescit, si locus pilosus

Vitiliginis tres species

Leuce seu lepra alba quæ sit sanabilis.

glabreſcat. Cutim incidi iubent, aut acu pungi ad intelligendum, an ſanari queat. Nam ſi ſanguis exit, curationi locus eſt: ſi pro ſanguine humor albidus, ſanari non poteſt. Aliæ duæ ſpecies faciliùs curantur. Pruritus ſine aſperitate etiam eſt & exulceratione cutis, ſed excrementi acris ſub cute ſenſum excitat & dolorem. Excrementum acrenitroſum, ſalſum & amarum, paucius, tenuiúſque, quàm in lepra, aut pſora. Naſcitúrque malum ex ſorditie, cruditate, cibis vitioſis. Lichen deterior eſt, habétque duo ſymptomata perpetua, ſummæ cutis aſperitatem, & leuem pruritum. Gignitur (authore Galeno) ex ſeroſis, tenuibus, & acribus ſuccis cum craſſis permixtis. Si augeatur & cutem in furfures reſoluat, in pſoram degenerat: ſi in ſquamulas ſit lepra ſuecis illis tenuibus diſcuſſis & craſſioribus aduſtis. Initio à ieiuno ſaliua ſi quotidie fricetur, curationem recipit. Hoc nomine comprehendunt mentagram Romanorum & nouum illum morbum ignotum ante Tiberij principatum, de quo multa ſunt apud Plinium. In pſora aſperitas cutis eſt, furfures, pruritus & colliquatio corporis. Sed non tanta profunditate in carnem deſcendit, quanta lepra. Diſtinguitur ergò tum ſquamulis, tum profunditate à lepra. Paulus addit figuram, quæ varia eſt in pſora, circularis in lepra. Materiam habet melancholicum humorem & ſanguinem bilioſum, ſæpéque in ſquamas reſoluitur, exulceratur, ſerpit: puſtulas & ſaniem emittit, vocatúrque ἀγρία Græcis, Cornelio Celſo fera ſcabies. Lepræ propria ſunt aſperitas cutis profundior, pruritus maior, ſquamulæ. Scabendo æger non iuuatur, ſed vlcera & phlegmonas inducit. Subiecta caro colliquatur, & corpus vniuerſum à calore præter naturam. Materia eſt melancholicus humor, multus, viſcoſus craſſus, acris, terreſtris, ſiccus. In quatuor differentias diſtribuitur, ſola intenſione & remiſſione malignitatis humoris diſtinctas. Primæ ſymptomata ſunt rubor, exulceratio maior quam in ſcabie puſtulæ, ſquamulæ. Secundæ, quæ deterior eſt papulæ, aſperitas rubor maior, figuræ variæ, ſquamulæ, roſio maior, & celeriùs, latiúſque procedens. Tertiæ, craſſities, tumor, fiſſuræ, roſio, omnia quàm in prioribus, maiora. Quarta ſubalbida, recenti cicatrici ſimilis, incurabilis. Elephantiaſis ab omnibus differt magnitudine. Eſt enim veluti cancer totius

Lichenis duo perpetua ſymptomata.

Mentagra Romanorum

Lepræ propria ſymptomata.

Lepræ differentiæ quatuor.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 602 sur 805

corporis. Cuius descriptio copiosa est apud Aretæum. Ex deformitate figuræ & magnitudine affectus varia nomina habuit à Græcis. Elephas enim dicitur, quia corij crassitie tenebricoso colore, facie fœda & informi, magnitudine Elephantem refert: λέων καὶ λεόντιον, propter extremarum rugarum frontis similitudinem cum leonibus: σατυρίασις, tum ob faciem satyris similem, tum ob libidinem: ἡράκλιον, quia nullus morbus eo maior est. A liene & iecore initio sumpto ad extremam cutim continuatur, ibique perficitur. Morbus contagiosus est ob materiam venenosam & malignam, quæ aërem, & proxima quæque inficit, sed imprimis saliuâ, quæ cyathis adhæresçit propter lentorem & venenatum limum dentium. Et quia humor melancholicus triplex est, sanguis crassior, fæx sanguinis, & atra bilis, idcirco tres illius differentias constituunt, à sanguine crasso ὑπερυθρους, subrubicundas, mitiores & minùs malignas: à melancholico humore cum pituita mixto, crassa, salsa, nitrosa & acri, ἐκλεύκους, albas: ab atra bile omnibus deteriores, in quibus vniuersum corpus scatet vlceribus, & extrema etiam decidunt. Caussæ ferè sunt, semen parentum elephanticum, victus ratio talem humorem procreans, suppressi mẽses, hæmorrhoïdes, varices cohibitæ, & quandoque lues venerea. Quia igitur morbus hic contagiosus est admodum & abominandus, atque aliquando cognitu difficilis, optimè cõstitutum est à veteribus, vt & extra vrbis pomeria ablegentur elephantici, & Medici doctissimi, tanquam Critici ac Censores constituantur, qui hos explorent, vt apud Belgas, & Arelatæ. Qua de re doctissimè scripsit F. Valeriola in suis enarrationibus. Initium est de annua elephanticorum apud Arelatam probatione vetere senatusconsulto instituta. Signa quædam vniuoca faciunt, alia æquiuoca. Vniuoca quidem, vt ab elephanticis prognatos esse, etiam auis, aut atauis repetita origine, cum elephanticis consuetudo, excretionum consuetarum retentio, ciborum crassorum, salsorum, acutorum, nidorosorum assiduus vsus, vini multi & crassi potus, vita ærumnosa in metu & mœrore, extuberationes in plerisque corporis partibus, sed in facie magis, & secundum frontem, aures acuminatæ nasus simus, labra crassa, horrẽdus aspectus, color faciei ex rubeo liuens, vocis raucitas, oculorum rotunditas. Signa æquiuoca sunt

Elephantiasis varia appellationes vnde petitæ.

Elephantiasis causæ.

Elephantiæ signa duplicia, vniuoca, & æquiuoca.

extuberationes extremorum & crurum, color morpheæ similis & tenebrosus, capillorum defluuium, & tenuium regeneratio, musculorum, præcipuè pollicis, consumptio, stupor, aut sensus amissio in extremis partibus induratis & exiccatis, scabies, impetigines, gutta rosacea, extuberationes rotundæ & duræ sub lingua, palpebris, auribus, vlcerosa lassitudo, cutis crispitudo instar implumis anseris, vnctuosa cutis, & tãquam respersa aqua, sanguis trumbosus, niger, liuens, obscurus. Ex his omnibus notis vel multis simul cõcurrentibus, vel paucis, sed essentialib⁹ & pathognomonicis, explorantur elephãtici.

ANTO. VALETII EXERCIT. LXIIII.

ELephantiasis cancrosus est corporis totius tumor ab humoris assatione melancholici venenatæ qualitatis participis genitus. Ac citra tetram illam qualitatem id affectus non accidere hinc perspicitur, quòd qui toto sunt corpore melancholici, eos non necesse sit elephantiasi prehendi. Alia Arabum elephantia, alia Græcorum & Romanorum. Illa pedum est cum varicibus tumor: hæc lepra vulgò appellata, dira, truculenta, crudelis, membra ad ossa vsque erodens. In hoc affectu triplex morbi genus inest: intemperies calida, sicca, quæ tandem deferuescente humore, imminutáque exustione frigida euadit: morbus organicus, qui figuram totius corporis immutat: continui solutio, suis signis satis manifesta. Morbificus humor impurus & malignus quanquam promiscuè summa & intima corporis inuadit, præcipuè tamen in iecore ac liene residet, à quibus visceribus in corpus spargitur vniuersum. Et vt in cute sese prima prodiderint labis indicia, eam tamen priùs oportuit diu ipsis in visceribus delituisse. Contrahitur vel ab ortu, vt à semi-

Elephantia Arabum & Græcorum distincta.

Gal cap. 7. lib. 2. decauſ. morbor.

Elephantiasi vnde sit generatio.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 604 sur 805

ne parentum elephantico: vel contagione, vt contactu, fomite, & ad distans, vt per aërem: vel proprio corporis vitio, à bile atra plurimùm exuperante, & sensim, per aduſtionem, venenatam qualitatem asciscente. Incipientis elephantiaseos signa sunt, decoloratior cutis, nigricans, flaueſcens, aut albicans, pro humoris, qui in peculiari cuiúsque natura redundare consuecuit, exustione. Eadem cutis densior, durior, asperior, in facie, manibus pedibus protuberantibus. Torpet sensus, & extrema frigescunt, maximéque pedes, ob humorum crassitiem spirituum continuitatem intercipientem. Hinc segnities, spiratio tarda, motus difficilis, alui constrictio assidua, respiratio grauis & fœtida, ructus continui vehemens ad coitum alacritas: & vt malum increscit, sordida ab humorum acrimonia & malignitate pleríſque locis excauantur vlcera.

Elephantiaseos signa.

Miserrimum id mali genus postquam penitus radices infixerit, nunquam curationem admittit. Si enim cancer, veluti elephantiasis quædam, vni obortus particulę inter morbos insanabiles vel ab ipso Hippocrate relatus est, quantò magis elephantia, ceu totius corporis cancer aliquis, ab omni remedio abhorrebit? Attamen si recens adhuc est malum, & manum quis ei rectè adhibeat, eóque quo debet modo præsidia applicet, ne saltem inualescat, augeatúrque, prohibebit. Itaque remedia erunt, missio sanguinis frequens, pharmaca melancholiam vacuantia annis singulis reuocanda, balnea, cornicula, vini abstinentia, aquæ potus, vsus lactis asinini, pullastrorum decocta, hordeata. In qua elephantiasi tota corporis moles putrescit, creber-

Paul. Æg. cap. 1. lib. 4.

Curabilis est elephãtia incipiens.

Gal. comm. 4 d aph. 47. lib. 6.

rimo theriacæ vſu fluxio & corruptela prohibeantur. Quod ſi ſcabie, papulis, & id genus ſimilibus eruptionibus à vitioſo ſucco obortis fœdetur cutis, valebit hoc vnguentum ſæpiùs expertum.

℞.axung.veter.lotæ in ſucco limon. ʒ. 4. ſulphur. viui in aceto triti ʒ.1.ſalis torrefact.& in ſucco fumar.modico extincti ʒ.ß.f.vnguentum.Vel.℞.vng.enulati,nutriti,butyr.torrefact.ana ʒ.1.addito plantag.ſucco f.vng.

Cæterùm præter elephantiaſes ſuperiùs commemoratas habetur vna in ſacris literis lepra appellata,quæ cauſam agnoſcit longè ſuperiorem, Dei, nimirùm,iuſti vindicis iram.Nam pro peccati ratione lepra hæc antiquitus ſequibat: vt ſi peccatum paruũ eſſet, in parietibus domus maculæ pullularent: ſi maius,in veſtibus perciperentur:ſi maximum, peccantium corpora eiſdem deturparentur: qua lepra infecti quatuordecim in diebus à Sacerdote ſummo iudicabantur,an extra conſortium hominum eſſent relegandi.Non enim ad eam profligandam humana manus ſufficiebat, ſed diuina potiùs opus erat,cùm nulla remedia illi adhibita conferrent, ſed ſola Dei optimi maximi voluntas.

De cutis excoriatione,vlceratione,puſtulis & rubore faciei. CAP. 65.

EXcoriationi cutis,qualis eſt ex attritu, longiore decubitu, ceratum ex tribus partibus olei myrthini,vel roſacei,& vna ceræ,conuenit.Quòd ſi calor eſt, ex ſucco plantaginis, decocto ſumach,aut rei frigidę adſtringentis ſubigatur. Eidem rei conuenit vnguentum de ceruſſa. Vbi verò rubor faciei & puſtulę, ſanguis è media vena brachij detrahen-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 606 sur 805

dus est, imperanda purgatio, quę partim flauam bilem, partim melancholiam purget. Cucurbitulæ & ceruici, & scapulis affigendę cũ scarificatione. Sanguisugę malis, extremo naso, extremis labiis, lateribus menti affigẽdę. Abluenda facies primùm ex remollientium decocto, vt ficuum, passularum, ab hísque fumus excipiendus. Tum vel aqua plantaginis, vel terebinthinæ, in qua mellis portiuncula dissoluta sit, faciem lauabis. Inunges autem axungiâ vrsina, vel vulpina: alioqui taurina, vel porcina, in qua farina ciceris incorporata sit. Caseus recẽs ex aceto subactus Æstate conuenit. Vnguentũ mixtũ ex sapone gallico, & vnguento albo. Ex vnguenti albi parte 1. & 3. olei rosarum subactis cum aqua plantaginis, nenupharis, semperuiui. Sanguis leporis calidus & reliquorum animalium vtilis est. Conuenit aqua distillationis florum salicis, succus limonũ, sulphur viuum, cerussa, caphura. Vbi pustulæ eminent, vnguento enulato, siue hydrargyro concidũt. Argentum viuum ex saliua hominis ieiuni extinctum, & cerato, vel adipi incorporatum, efficacissimum est. Hyeme theriaca vti licet, vel vnguento citrino, vel pomulato, vel lythargyro auri, modo Seruitoris præparato. Sed interim dum hęc fiunt, vitæ ratio instituenda est, quæ calorem hepatis attemperet. Deinde etiam quæ fumos prohibeat à cibo. Qualis est dragea communis, puluis communitatis, adiecto coralli modico.

ANTO. VALETII EXERCIT. LXV.

CVtis in facie à carne inseparabilis existit. Et quia assiduè detecta patet, densior fit, illícque

propterea faciliùs puſtulæ inſiſtunt, rubor, &c. Hûc quoque faciunt intemperies & imbecillitas. Vacuato priùs corpore curabuntur puſtulæ, vlcerationes & maculę litu ex radice lapathi acuti ad putrilaginem in aceto cocta. Rubor aquâ ſolatri, morellę, ſucco limonum. Vnicè commendabat Honoratus Caſtellanus Medicus Regius hoc remedium.

℞. ſuccor. plantag. portul. vuæ immatur. ana ʒ.6. album. ouor. numer. 10. farin. hord. ℔.ß. ſemin. papauer. album. ʒ.ß. Concludantur omnia vaſe vitreo, & diſtillentur in balneo mariæ. Reſeruetur aqua vſui, de qua abluat faciem manè & veſperi

Noui celebrem quendam Medicum, cui naſi & faciei totius rubor diſparuit his duobus auxiliorum generibus. Horis matutinis ante paſtum fructu roſæ caninę cydoniati more cum ſaccharo præparato vtebatur. Totis verò quinque menſibus ab initio Martij continuò diluebat vinum cichorij decocto.

De dolore. CAP. 66.

DE dolore iam multis locis dictum eſt, ac poſtea dicetur. Fit autem vel intemperie, vel ſolutione continui. Remedia vel paregorica, vel contraria qualitate pugnantia, vel narcotica. De narcoticis multis locis. Paregorica ſunt, oleum ſimplex, anethinum, chamæmelinum, lini, oleum ouorum, oleum in quo althææ radix cocta ſit, axungiæ ſuis, gallinæ, anatis, vituli, ouum crudum, alia ſæpè enumerata.

Contraria qualitate & hęc paregorica, caryinum, laurinum, oleum de galbano, de ſulphure, & ſimi-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 608 sur 805

lia calida olea ex refrigeratione nato dolori ſubueniunt. A calore verò excitato repugnãt, oleum violatum, oleum roſaceum, de nenuphare, papauerinum, & ſimilia. Dolorem à ſiccitate corrigunt, aqua tepida, hydrelæon, lac, butyrum, oleum, axungiæ, œſypus. Dolorem à ſanguinis copia tollit phlebotomia. A flatu, oxycratum tepidum, decoctum ruthæ, anethi, ſerpilli, & alia, quæ capitibus de morbis inteſtinorum deſcripta ſunt.

A craſſis humoribus cum flatu oxycratum, in quo hyſſopus, thymum, pulegium, calamenthum, & ſimilia coxerint.

A contuſione caſeus recens, aloë, aut maſtix in oleo myrthino liquata. Vbi locus intumuit, ſpongiæ fotus ex ſero lactis, ſi quidem inflammatio non eſt. Sic enim ex aqua tepida fouebimus. Oleum ricininum, caryinum, & in his inculcatus pannus, & parti impoſitus.

EIVSDEM HOLLERII SCHOLIA.

Dolore ſæuiente quæ ſunt obſeruãda ex Gal.

Galenus in aphoriſmis, & pleriſque aliis locis, in doloribus hæc obſeruanda eſſe vult, qualitatem, vehementiam, diuturnitatem, remiſſionem, intermiſſionem, comparationem in diuerſis ægris, & in genere dolorum, ſenſum peculiarem hominis, quòd alij aliis vegetiore ſint ſenſu, vt hinc cognoſcas, præſagias, remedia diſtinguas. Qualitas eſt, vt grauis, pungẽs, rendens, ſtimulans, feriens, torpidus. Vehementia ex natura partium & materiæ, vel eiuſdem qualitate & multitudine, vel loco affecto pendet. Diuturnitatem facit materia pigra, multitudo, naturæ imbecillitas, via intercepta. Ex iiſdem & remiſſio, & intermiſſio. In duobus aut tribus ægris ita differunt, aut ſunt ſimiles. Ex his omnibus periculum, aut contrà, facilè intelligitur. Sed de his omnibus alio loco accuratiùs.

ANTO. VALETII EXERCIT. LXVI.

VT ſunt cauſæ dolorum multæ, ita anodyna numero penè infinita. Communis docet experientia hæc præſertim iuuare.

℞. furfur. ℥. 6. ſemin. lini recent. ℥. 2. f. ſacculus. Bulliat in tribus partib. aquæ decoctionis chamæmel. & vna vini.

Sic ex mucagineis ſeminibus cum furfure licebit alia dolorem ſedantia inſtituere. Vel.

℞. furfur. ℔. ß. frigatur cum ſapa, & fiat caplaſma.

Plura paſſim deſcripta reperias in dolorificorum affectuum curatione.

Hæc ſunt, ſtudioſe Lector, quæ deſultoriè, & nimiùm ſanè feſtinanter, in priorem Hollerij Librum, dum ſub prælo gemeret, exaraui. Tibi, qualiacunque ſunt, ſi probentur, & me meæ præcocis operæ non pœnitebit, & ad maturiora, palatóque tuo gratiora futura, edenda, quæ certior cognitio, iudicium acrius, & peritior exercitatio parturierint maiore accedam alacritate.

SINGVLARES ALIQVOT AVTHORIS OBSERVATIONES, QVÆ AD CONSILIA curandi pertinent.

I.

IN intolerabili cruciatu capitis, qui & assiduus sit, nec aliis cedat remediis, ferro & igne vtẽdum est. Frustrà enim pharmaca, cucurbitulæ, topica, &c. comperta sunt, quia hectica quædam capitis intemperies atque infirmitas adest. Et constat quidem permultos meliùs habuisse in eiusmodi malis, & epilepsia, mania, melancholia, hemicrania, terebellis vel cyclisis aperto capite, vel inusto. Sed ignis toto capite periculosus. Inuenta ergo melior ratio. Locus in brachio medius inter axillarem ferro aperitur. Vulnus continetur, ne coëat, vt hâc perpetuò excurrat materia, atque hîc meliùs, quàm exteriore brachio: quia minùs opportunus locus est occurrentibus externis, minúsque visui patet. Sed interim capiti priùs & vniuerso corpori consulendum, vt pura sint, vt paulatim reducantur ad naturam. Odiosum enim fuerit, si perpetuò locus defluat. Eodem modo in coxariis, & aliis contumacibus malis, ferro & igne vtendum est.

II.

In oculis affectis remedia inſpiratu hominis anhelantur. Declinatur frictio capitis, & pectendum in partem poſteriorem. Quod ſi abluendum caput, reclinatum abluatur, atque oculi muniantur. Cauendum ab errhinis & ſternutamentis: his enim facilè decurrit materia in oculos. In naſo multò magis, ſi ad radicem conſtrictus eſt, videndum ne acris materia capitis illâc deducatur. Nam inde contingit, vt exeſo naſi initio è naſo loquantur, & vox vehementer vitietur.

III.

In dolore capitis ſæpe ſanies ſub eſt inter craniũ & pericranium. Molliter digito contingendus locus, vt ſi quid illîc ſit puris, intelligatur: multò magis ſi fixus illîc dolor eſt, aperiendus locus. Nam ſæpe ſanies aperto loco defluit, & liberantur: atque inde metus eſt, ne os corrumpatur. Si qua illîc vena eſt, aperiri, vel ferro reſcindi debet, niſi admodum ſit inſignis.

IIII.

Cuidam è fluxione acri palati pars mollior ad radicem linguæ perforata eſt. Purgatum corpus, detractus ſanguis, imperatum gargariſma è decocto guaiaci, & lacte, contactus locus aqua alchymiſtarum cocta cum galla, malicorio, & roſis. Acus imperata benè longa, poſtrema parte incurua, & ſub mucronem perforata, quà filum ſuendo loco traduceretur è filo ſericio cerato: prætereà vt primum coagmentum vulneris reſcinderetur, ac rurſus reſueretur. Ex quibus cum conſequuta non fuiſſet integra ſanitas, locus cera, vel ſpongia occluſus man-

sit, & postea benè habuit æger.

V.

Alteri è luis venereæ reliquiis capitis, dolor, aurium tinnitus, & veluti articulorum confractio, dolor, pustulæ paruæ celeriter inarescentes contigerunt. His conualuit remediis.

℞. radic. ireos, acor. fœnic. ana ʒ. ß. radic. gram. & acetos. ana ʒ. 6. summit. lupul fumar. absynt. beton. an. M. ß. salu. p. 2. semi. anis. fœnic. melon. limon. cucumer. ana ʒ. 2. passul. hord. glycyrrh. ana p. 1. fol. sennæ mund. ʒ. 3. agar. trochis. ʒ. 1. ß. f. decoct. ad quart. 3. In colatura dissolue sacchar. alb. quart. 3. f. syrup. mediocriter coctus secundum artem.

℞. supradicti syrup. ʒ. 1. ß. hydromelit. ʒ. 3. f. potus. Vtatur interuallis.

℞. pulueris specier. hieræ diacolocynth. ʒ. 2. puluer. hieræ picr. agar. troch. ana ʒ. 1. mac. ros. & mastich. an. ϑ. 1. semin. citr. limon. an. ϑ. ß. croc. gran. 6. cum syrup. de stœchade f. pilulæ. Vtatur interuallis.

℞. rasur. ligni sancti ℔. ß. maceretur per tres dies in tribus pintis aquæ, deinde coquatur ad dimid. Vtatur mane initio pastus, & sub somnum.

Ab his tempestiuus fuit illitus scapularum, spinæ & articulorum.

VI.

Quidam curatus est tophis & doloribus hac potione.

℞. lign. Indic. ras. ℔. j. aqu. ℔. 12. folior. card. bened. p. 2. semin. card. ben. p. 1. iuæ arthrit. marrub. salu. radic. enul. ana ʒ. ß. summitat. attractylid. ʒ. 2. Macerẽtur diem vnum in olla vitrea: deinde bulliant leui igne, & sine fumo, ad medietatis consumptionem. In colatura refrigerata decoquantur ʒ. 4. palm. sanct. puluerat. ad dimid. In alio vase macerentur per diem ʒ. 2. cortic. palma. sanct. cum vini alb. odoriferi cheopinis tribus: deinde misceantur cum priore decoctione, & coquantur omnia vnica ebullitione, colatura bibatur mane in lecto, initio pastus, & ad somnum.

Rurſus magna ſupradictorum coquatur in ℔. 8. aq. ad dimid. & ſub finem decoct. adde vini alb. libr. 1. Vtatur tempore ſitis interdiu.

VII.

Claudicans ex iſchiade veteri, ſine luxatione, ſed relaxatis & mollitis articulis, ſequentibus auxiliis liberatus.

℞. agar. rh. elect. ana ℈. 1. puluer. hieræ diacolocynth. ʒ. ß. cum ſyr. de ſtœchad. formentur pilul. Poterit addi aliquid pilul. de hermodactyl. Vtatur his pilul. per interualla, aut etiam ſyr. obſeruatione 5. præſcripto.

℞. ſalu. maioran. calamenth. ebul. iuæ arthrit. ruth. roſmar. beton. ana M. ß. radic. acor. ʒ. 1. fol. laur. p. 2. f. decoct. in aq. & vini quantitate ſufficienti. Impleatur vaſculum hoc decocto, benè clauſum plantæ pedũ admoueatur, dum calor ad cruris ſuperioris articulos perueniat. Eodem decocto pars foueatur. Materia cũ oleo laurino ſubacta articulo apponatur.

℞. euphorb. caſtorei, ſtyrac. calamith. ana ʒ. 2. liquefiant in vaſe duplici cum olei chamæm. & laurin. ana ʒ. 3. Cum eo oleo calido f fotus. Vel ℞. olei ſupradicti ʒ. 4. ceræ ʒ. 1. ß. terebinthinæ vnc. 1. miſce pro vnguento.

Pòſt verò vbi materia fuerit reſoluta, vtatur balneis naturalibus, vel factitiis è ſulphure, ſale & alumine, cum dupla aqua. Emplaſtrum etiam valet ex ebulo in vino cocto. Potus hydromeli, & ratio vitæ conueniens.

VIII.

Mulier honeſta, mollis & rara, annorum 30. febre, diſtillatione veteri in pulmones laborabat, fœtum geſtans octimeſtrem. Imperatæ ſunt aliquot purgationes. Phlebotomia iterata. Ratio vitæ ex expreſſis carnium ſuccis, iure crur. ariet. colatit. diſtillatis. Cõtra exulceratum guttur ſic pugnatũ eſt.

℞. hord. mund. benè medulloſi ʒ. 3. decoquantur in aquæ

℔.3. Colatura traiiciatur per manicam Hippoc. cum ſacchar. cand. vel roſacei quarta parte, & modico cinamom.

Extrahatur ſuccus ex amygdal. dulcib. velut lac, ſine igne, & affuſa aqua illa hordei modica, deinde edulcetur cum ſaccharo Cando, roſaceo. Teneat alternatim ore ſaccharum Candum, roſaceum. In difficultate anhelitus cucurbitula alternatim ſcapulæ affixa. In difficultate partus decoctum veteris galli cum modico caſſiæ ligneæ & croci, & tantillo vini odoriferi.

Vnctio pubis & ſub vmbilico cum ol. liliac. mucag. ſem. alth. ana ℥.1.ß. medullæ cerui ℥.1.

Appenſus laſpis, Aëtites, radix ariſtolochiæ, cyclam. & ſimilia, coxæ. Vel admota trita radix cyclamini & ſimilium pudendi orificio.

℔. rad. gram. & petroſ. ana ʒ. ß. arthemiſ. nepith. ana p. ß. ſemin. aniſ. & fœnic. ana ʒ. ß. f. decoct. ad vnc. 3. Transfundatur colatura per manicam Hippoc. cum cinam. elect. ℈. 1. caſſ. ligneæ ℈. 2. ſacchar. vnc. 1. Detur in labore partus. Item. ℔. arthemiſ. nepith. ana p. 2. f. decoct. in vna aquæ parte & tribus vini pro fotu.

Obſtetrix intingat digitos in oleo nardino, vel coſtino, & molliter contingat ſinum pudoris. Si vomitus moueatur, iuuetur oxymelite & aliis præſidiis. Peperit die 7. leuata febris, & omnia imperata, quæ inſtaurant: conſumptum è crure veruecino, capo, & thorace vitulino, dum omnia propè ad tres lances conſumpta ſint, colatitia, expreſſa, vinum album tenue. Amygdalata ad leniendum, hord. decoctum vt priùs, & lac expreſſum ex amygd. lis. Contra tormina decoctum ſeminis fœnugr. benè loti in aqua calida, colatum per manicã Hippocr. cum ſacchar. & modic. cinam. Syrup. capill. ven.

ven.cum ſucco amygdal. Inunctio ex oleis,& litus vt priùs.Sacculi è milio. Prohibitus ſomnus in horam vnam,aut duas, propter multas vacuationes. Stomachus illitus maſtichino.

Contra animi deliquia mica panis intincta vino. Mortua eſt decima hora à partu. Apertæ vterus grumis plenus inuētus eſt,totus venter flatibus tumens,ren dexter purulentus, hepar quantitate peccans,lobo vno nothis coſtis hærens , colore totum vitiatum, aridum ac veluti frixum, aliis partibus quaſi putredine mucoſum. Similiter & pulmones, in quorum ſummo ad arteriam vomica pure plena erupit.

IX.

Mulieri cuidam natæ ann.28.tibia poſterior vehementer intumuit,vt inde dolor grauis, præcipuè noctu, excitaretur, & tendines crurum extenſi nimiùm membrum incuruarēt. Initium morbi quatuor antè annis. In vteri geſtatione puerperio minuebatur. Manſit tamen reliquum quid, & tertio conceptu plurimùm intumuit. Minuebatur reſoluentibus malacticis : ſuppurantibus non conceſſit. Ingraueſcit malum:parit. Apertus tumor cauterio frigido.Nihil exiit,præterquam cruenta ſanies.Caro emortua,inania quædā loca,nullus ea parte ſenſus. Cataplaſma è farina hordeacea & oxymelite, quæq; putredinem arcent,admota. Expuit ſanguinem : commota aluus multa deiecit mala. Biduo priuſquam moreretur, pulſus vehemens fuit & frequens,neque tamen reſpondebat febrilis calor.Decimo die poſtquam aperta vomica eſt, expirauit. Præſagio iam antè facto liberati calumnia Medici

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 616 sur 805

& Chirurgi.

X.

Alteri post 15.annos à connubio parere contigit. Laborauit multum à partu. Secundæ substiterunt: euulsæ frustulatim. Obstetrix asserebat supersse aliquid. Febris nata. Hinc nigra lingua, dentium interualla scabritie nigricantia, facies νεκρώδης. Septimo die mortua. Secta inuẽta caro oblonga adnata vtero, & membranarum pars, quæ computruerat.

XI.

Homini hirsuto, nigro, & habitu melancholico solennis erat singulis mensibus diarrhæa quædam torminosa, declinante Luna. Defluxione in testiculos facta, & sarcocele, exectus est. Nimis laboriosa vita, & itinere per æstus & frigora, incõmoda cœpit valetudine viuere, interuallis leuiter febricitare. Cessabat tardiùs diarrhæa. Correptus est febre lenta, quæ noctu exacerbabatur, & tumore duro, dolentéque in dextris ilibus. Dolor à rene dextro incepit, tum in dextrum ilium & sinistrum progressus. Ad sinistrum renem rugitus erat, & velut borborygmus exaudiebatur. Vomitus vna hora à cibo. Quæsitum vnde ea materia, num ab intemperie earum partium, aut alia parte. Alij ab hepate, quia solennis erat diarrhæa, os amarum, vomitus amarus aliquãdo. Mihi hoc placuit, partes exectas, in quibus obduruerat callus, natura frigidas, equitatione & venere fessas & infirmas fuisse, resistentem diarrhææ materiam, & aliam eò confluxisse, intercepta via refluxisse partim ad peritonęi partes, partim ad obliquos epigastrij musculos, atque ita tumorem succreuisse. Si verò ab hepate id esset,

vel per venas, atque ita potiùs ad inteſtina, vel per ſuperficiem, quia in membrana cingente hepar veſicæ quædam ὑδατώδεις excitatæ exudarent in epigaſtrij medium inter peritonæum & omentum. Os verò amaricare non à bile, quæ ab hepate refunderetur, ſed potiùs à putri humore, & fumis, hydropicis id accidere, & aliis vomitiones in colica frigida, & ſitim, & amarorem, & cætera apparere. Materiam tumoris non eſſe bilem, ſed frigidam, craſsámque pituitam. Itaque videndum fuit, vt reuelleretur materia, quæ influeret, non per vrinas, quia partes genitales infirmæ exciperent, ſed per aluum. Æger enim clyſteribus plurimùm leuabatur, tum medicamentis, quæ agaricum & alia phlegmagoga reciperent. Quod ad tumorem videndum eſſe, vt remolliretur & diſcuteretur: ſed metum eſſe ne ſuppuraret, quia à ventris dolore diuturno (ait Hippocr. aphor. 22. lib. 7.) ſuppuratio expectanda eſt, niſi peccetur ab ægro, aut medico, aut æger præripiatur. Id etiam Aurelianus annotauit in Chronic. Et veteres cataplaſmatis vſi ſunt & potionibus, quibus acceleraretur ſuppuratio, ſperantes vt ea materia tenuata in inteſtina transfunderetur. Id quod ſæpè probârunt, vt aliquando per vrinas, aliquando per aluum purgaretur. Et Aniceti eſt medicamentum apud Galenum, quod hoc polliceatur efficere.

Hoc tamen metui propter virium imbecillitatem.

Crus oppoſitum deinde tumuit, & loco vno ventris perſiſtebat dolor. Tenſio aliquando ad teſticulos. Vtróque crure intumeſcente, & ſurſum

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 618 sur 805

refluente materia, ad diem ferè quadrageſimum mortuus eſt. Facto vlcere in crure, quà materia extra flueret, ſeruari fortaſſe potuit.

XII.

Cuidam podagrico malum ad ſtomachum conuerſum eſt. Vnde dolor tendens & grauis. Imperatum eſt primùm hoc oxymel, & quæ ſequuntur remedia: à quibus præter ſpem multorum integrè curatus eſt.

℞. oxymelit. ſimplic. Galen. ℔. ß. In fine decoctionis eius infunde fol. menth. ſiccor. p. ß. Deinde traiiciatur per manicam Hippocr. cum cinamom. drach. ß. galang. & calam. aromatic. ana ϑ. 1. Vtatur primùm frigido, deinde tepido ad vomitum.

℞. aloës ſuccotr. optim. ϑ. 2. rh. elect. ʒ. ß. maſtich. roſ. cinam. galang. ana gran. 8. Incorporentur omnia cum ſyr. de menth. dentur ex cochleari.

Purgato corpore cucurbitula ſuper vmbilicum applicetur, quæ priùs immerſa ſit in vino decoctionis ruth. menth. abſynthij.

℞. mellis anthoſat. mell. roſ. ana vnc. 2. aqu. vitæ ʒ. 1. Bulliant in balneo mariæ, vel cineribus calid. ad conſumptionem aquæ. Deinde inſperge cinamom. calam. aromatic. galang. maſtich. ana ϑ. 1. Miſce. Vtatur ante paſtum vno cochleari.

Manè vtatur zinzibere viridi, & nuce moſchata viridi, condîtis. Auiculis, alauda, perdicibus &c. cõfixis caryophyllis. Fiant fomenta ex oleis de ruth. ſpic. mentha, abſynthio. Vel.

℞. horum oleor. ʒ. 1. ß. mythridatij ʒ. ß. miſce, & affrica ventriculi orificium.

Vtatur vino albo, veteri, pane albo bene cocto, & aniſo condîto. Item.

℞.puluer. menth. ſiccæ drach. 2. puluer. abſynth. ʒ.1. caryophyl. ligni aloës, xylobalſami ana ϑ. 1. cinamom. mac. ana ϑ.ß.f.puluis. Vtatur mane cum ouo ſorbili, aut in conſumpto.

Mollis frictio circunducta in ventrem, etiam in articul. deinde longè à cibo, vt facta iam coctione.

℞. oleorum de ſpica & menth. ana vnc. 1. ol. rut. ʒ. ß. ol. de caſtoreo ʒ.2. mythridar. ʒ.1. zibetti gr. 8. miſce pro litu ſtomachi.

Fiet fotus hepatis cum oleo de abſynthio & chamæmelino, vt Hyeme. Vel.

℞. ceræ albæ nouæ vnc. ß. ol. roſac. chamæm. & abſynt. ana ʒ. ß. f. cerotum molle: malaxetur cum vino albo leuiter adſtringente. Intendatur in linteo molli, & tepidum apponatur.

℞. fol. rut ment. abſynth. roſar. ana p. 1. cumini conquaſſati, carui, dauc. aniſ. ana ʒ. 1. galangæ, piperis lougi ana drach. ß. Conquaſſata omnia diſtemperentur in aquæ vitæ vnc. 4. Deinde cum vnc. 4. olei de ſpica leuiter coquantur in balneo Mariæ ad aquæ conſumptionem. Expreſſum oleum ſeruetur. Cui adde zibetti gran. 6. mythridatij vnc. ß.

℞. olei de ſpica, abſynth. & menth. ana ʒ. ß. caryophill. mac. cinamo. cardamom. roſar. corall. galliæ moſchatæ ana ϑ. 1. cum cer. maſtich, aloës ana drach. ß. f. linimentum. Loco roſar. & corall. addes galang. granor. paradiſ. ana ϑ. ß. vbi non ita magnus eſt calor.

XIII.

Quadragenarius febre ardentiſſima correptus, doluit etiam à latere. Detractus mediocriter ſanguis ad vaſcula duo. Perſeuerant omnia, neque cedit dolor remediis. Sexto die detractus iterùm ſanguis ad duo vaſcula, putris & corruptus. Sudor ſeptimo leuis, tenuis, & tantùm in capite & thorace. Nihilo melius habet. Deliria nocturna, æſtus & inquietudo magna, vrinæ turbidæ, ſudauit, nono

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 620 sur 805

& vndecimo, nihilo leuata febre. Decimo leuiùs habere viſus, nocte eadem patitur. Vndecimo vrinæ ſubſident, ſed diuulſo & nigro ſedimẽto. Sudat vt priùs. Pulſus perpetuò frequens & magnus cum pauca inæqualitate. Iam tendines manuum ſine manifeſto membri motu reuelli ſentiuntur. Vrinæ benè coloratæ & corporatæ cum ſedimento nigro. Decimotertio floccos colligit, manibus reuelluntur digiti, delirium ferè perpetuum. Decimoquarto media nocte mortuus eſt. Pulmonibus corruptis, nigricantibus, inuentus eſt.

XIIII.

Puero annos nato 12. repentè ſyncope correpto & muto, in lecto repoſito, temere, quaſi geſticulando, mouebatur corpus, crura & manus. Subinde garrulus vocatus non reſpondebat. Diem integrum ita habuit. Clyſteres non retinebat. Balano acuta cum hiera diacolocynthide, & cucurbitulis in ceruice redit, & ſanatus eſt.

XV.

Principi Lotaringo, magno priori ordinis Rhodiorum Equeſtris, ancyle in dextro cubito ſequentibus remediis curata. Poſt habitam totius corporis rationem, victus & domicilij, hæc ordine ſunt inſtituta. Frictio partis è molli manu: ex quo vapor è decocto molliente: immerſio in idem decoctum partis ægræ: ſiccatio loci: inunctio ex axungia humana benè purgata, colata, lota in aqu. miſtura. Ceratum ex cera molli, pingui mollita ad ignẽ, manibus intinctis butyro, deinde liquata cũ butyr. recent. & axung. humanę ſupradictæ æqua quãtitate.

Ab vnctione ſuperdatum molle goſſipium.

Decoctum inſtitutum guaiaci ex vnguinoſa, odôra, & media parte ligni, initio.

Interuallis acetum album, aqua vitæ decocto vaporationis intermiſta. Ex quo ceratum œſypi deſcriptione Philagrij.

Capiti tunſo goſſipium conſperſum puluere caryophyllorum. Errhina, maſticatoria.

Saluia in ſartagine concalfacta, & conſperſa aqua fœniculi, vel ſaluiæ, frictio capitis & ſpinæ.

Immerſio totius brachij in animal recèns mactatum. Exercitium molle partis. Effectum fotu & axung. vt octo diebus diſſoluto tumore, liberatis neruis omninò, ſanus euaſerit, liberis omnibus motionibus totius membri.

XVI.

Quinquagenarius longo corpore & collo, ſatis oportunus tabi, tuſſicula, flatibus, pituita tres annos laborauit. Audiebatur quaſi aqua fluctuans ad diaphragma & vẽtrem. Alij vitium lienis cauſabantur. Purgationibus, decocto guaiaci, & aliis vexatus nihilo meliùs habuit. Subrabidus, malè coloratus. Tandem decretum eſt, deſperantibus Medicis & ægro, vt aperietur thorax primùm cauterio potentiali, deinde cultello. Nam propriùs admota aure intelleximus materiam diaphragmati inſidere, non eſſe in ventre. Itaque inter quartam & quintam vertebram aperta via eſt, monitis ægri amicis, quãtum periculi immineret, ægro quoque monito, & id poſtulante. Effluxit pus multum crudum. Quinque pòſt diebus mortuus eſt. Diſſecto ægro inuentus pulmo aridus, ſcirrhis plenus, ſyderata pars

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 622 sur 805

membranæ ſuccingentis & coſtarum. Venter inferior integer. Nunquam pus expuerat, neque ſanguinem. Laborauerat longo antè tempore, vt ferè triennio, pleuritide.

XVII.

Cuidam perforatus venter acuto enſe, inteſtina tenuia vulnerata, & pars craſſorum. Exierunt inteſtina per vulnus & ſtercus. Deſperatus erat à Medicis, ſed longa cura conualuit.

XVIII.

Alteri ad ſcapulas inflictum pugione vulnus, deorſum inclinans. Apertum latus ad quartam & quintam vertebram, vt pus, quod in diaphragma decumbebat, hâc efflueret. Vixit annum aperta plaga. Expuebat ſanguinem & pus.

XIX.

Nobilis adoleſcens annor. 15. Baro Deſſaulx, Prouincialis, molliter educatus, deinde ad aulam tranſlatus, febre ardente correptus eſt, deinde lenta. Ortis exanthematibus tumuit ab vtróque hypochondrio: & velut materiam purulentam ſeorſim ab excrementis alui, & aliquando ante alui excrementa reddidit. Erat autẽ, qualis eſt materia atheromatis. Quæſitum vnde prodiret. Nam ab abſceſſu credebatur. Alij pituitam eſſe à cerebro, alij ab inteſtinis autumabant. Sed quia nihil mordebat, nec iniecto clyſtêre ſenſus vllus doloris erat, & pituita tantùm detergebatur, veriſimilior ſententia putauit abſceſſum eſſe in inferiore meſenterio. Data viſceribus quæ molliant, & leuiter diſcutiant. Atque cùm clyſteribus non iuuaretur abſceſſus, vſus fuit conuenientiſſimus apozematum ſolutiuorum, terebin-

thinæ,pilul. ex hiera picra & aloë,datęque hæ ad ʒ. ß. iuſto effectu. Imperatum decoctum ligni ſancti. Conſultum viribus. Deſiit pus excerni: manſit tenſio in dextro hypochondrio, & febricula poſt retẽtum pus,non à medicamento,ſed à reliquis obſtructionibus. Imperatum eſt catharticum è ſyrup. de cichor. compoſ. cum rhabarbaro,& decocto radic. oxalidis & gram. Conualuit.

XX.

Quinquagenarius,aut ad circiter,è febre tertiana æſtiua Autumno in quartanam ſimplicem, hinc in quartanam triplicem degenerauit, atque ad Nouembrem in hydropem. Deſperatus eſt à Medicis, quia Practici confirmatum hydropem dicunt poſt ſecundum menſem. Relata cauſa ad hepar refrigeratum partim morbo, partim vſu aquarum diſtillatarum acetoſ. & cichor. quibus plurimùm fuerat vſus. Itaque læſa ſanguifica virtute viſum eſt primùm hepati roborando conſulere oportere his tabulis.

℞. diarhod. ʒ. ß. lign. aloës & raſur. ebor. ana. ʒ. 1. cinam. ϑ. ß. ſacchar. in aq. agrimoniæ ſolut. q. ſ.f. tabell. quæ pendeant. ʒ. 2.

Deinde etiam ſyrupo de cichor. ſimplic. ad obſtructiones liberandas,&c. Frequens fuit fotus ſaculis ex iis, quæ deſcutiunt & roborant. Datæ ſunt pilulæ Rauedſen. auctæ rh. & agar. troch. infuſo in ſucco ireos. Syrup. laxatiuus præſcriptus, qui reciperet aperientia,ſemen cartham. polypod. ſennam, agaric.&c. cum ʒ. 1. ß. ſucc. ireos. Deinde thermæ ſiccæ,illitus primùm ex ol. aneth.& chamæm. deinde ex fermento, emplaſtro de baccis lauri, ſterco-

re caprillo, postremò cauter.in tibiis.Instituta diuretica. Atque omninò in roborantibus hepar & ventriculum, in purgationibus per interualla, reliqua curatio posita. Mortuo Februarij initio inuenta sunt syderata intistina, similia aquatilibus Colubris, omentum corruptum, hepar multis occupatum scirrhis,

XXI.

Quidam Germanus adolescens 18. annorum, vsus antea Beria, in Galliam venit: vbi crapulæ indulgens cœpit vertigine laborare, reuomere quę sumebat, dolere ad ventriculum. Adhibito remedio cessauit vomitus & vertigo. Meliùs habuit. Sed post quartum aut quintum diem rediit malum. Languit leui febricula. Inuasit leue delirium, vnde facilè redibat ad se. Pulsus languidus. Decimoquarto sudor multus, perturbatio, pulsus cõcidens. Decimoquinto in eo sudore mortuus. Aperto inuentum epiloon putrefactum, hepar, siccior ventriculus interior ad finem quasi contusus, nigro succo ex dimidio plenus.

XXII.

Hispanus nobilis, qui seruiebat Duci Albano, quo tempore Carolus Quintus cogitabat bellum contra Germanos Anno 1545. Lutetiam venit, frustrà petitis auxiliis in Italia, Hipania Germania, remediis sequẽtibus curatus est. Ad venerẽ ineptus erat, quòd flaccido esset pene, quíque erigi non posset. In quam rem cùm ad me venisset, vocatis è senioribus & celebrioribus Medicis Parisiensibus ad consilium, visum imprimis malum ab vlcere esse, & læsis neruis atque arteriis, quæ impletæ flatu

penem erigunt, partes ita lædi, vt ſpirituoſum ſanguinem non exciperent. Curandum fuit vlcus, inſtituenda omnia quæ calidos flatus gignerent, & partes genitales corroborarent. Atque habita primùm ratione corporis totius per medicamenta, leuem phlebotomiam & decoctũ guaiaci, hæc compoſitio ſingularis & diuina erigendo peni, & excitandæ veneri inſtituta, qua cum, remediis aliis fruſtrà tentatis, conualuit.

℞. vitellor. ouor. ʒ. 1. ß. butyr. recent. pudend. tauri, cice. galang. ſatyrion. zedoariæ, zinziberis conditi, menth. teſticulor. galli, teſticulor. vulpis ana ʒ. 1. cerebellor. collumbar. & paſſer. benè coctor. & aſſor. ana ℔. 1. medull. auellanæ Indicæ, pineolor. mundator. fiſticor. iuiubar. amygdal. dulc. mund. ſemin. maluæ, ſem. mercurialis, auellan. excorticatarum, dactylorum ana ʒ. 1. ſemin. dauc. caryophyll. piperis, trium generum linguæ auis, ſemin. cæpæ, porri & ſcariol. cinam. an. ʒ. 1. Coquantur ſimul omnia in lacte ouino: poſtea fortiter terantur. Omnia conficiantur cum melle roſaceo, & ſaccharo albiſſimo: coquantur lento igne, benè miſceantur.

Poterunt aromata poſt coctionem aliorum inſpergi, quo modo fit in conſeruis, conditis.

℞. diaſatyrionis ex 2. deſcriptione Meſuæi ʒ. 2. vtriúſque diamargariti, aromatic. roſar. ana ϑ. 1. cinamom. ϑ. ß. pudend. ceru. ϑ. 1. cum melle anthoſato & radic. vna zinziberis viridis miſce omnia. Detur manè & hora ſomni ad modum maioris auellanæ cum vino albo. Item. ℞. ol. de ſpica, lilior. & maſtichini ana ʒ. 1. adip. cunicul. & anat. ana ʒ. ß. adip. paſſerculor. farctorum radice ſatyrion. & modico zedoariæ, adipis columb. ana ʒ. 6. ſemin. eruc. raphan. cæpæ puluerat zedoariæ ana ʒ. ß. croc. gran. 6. f. linimentum pro lumbis, pectine & perinæo.

His ſanatus remediis abiit.

XXIII.

Nobilis Picto, cui paulatim ganglium excreuerat

in inguine dextro tam magnum, quàm pueri caput, cum adnato craſſiore tuberculo, in conſilium adhibuit medicos, Fernelium, Syluium, Hollerium, Chirurgos, Thierryum, Riuierium, Ambroſium Paræum. Medicis cum Ambroſio periculum declarantibus, ſi excinderetur (nam hoc vnum erat remedium) alij contrà ſenſerunt ſine periculo incidi poſſe. Vicit conſilium plurimum, quia metuerent hæmorrhag. gangrenam ab inciſione, claudicationem. Poſt aliquot dies reuocatus æger cum Chirurgis de incidēdo agentibus, altero voluit die rem longa diſputatione agitari. Tandem conuentum, ægro impellente, & profitente ſe mori malle, quàm diutiùs malum perferre, quia & armis ineptus eſſet, & cōiugio atque coïtui, oportere in circulum molem incidi, circulo longiùs ab inguine & ſcroto circumſcripto, deinde ad membranam tumorem paulatim exſecari, paulatim quoque pellem ſeparari, quæ eſſet verſus radicem: venas & arterias, vt deregebantur, contra hęmorrhagiam ligari. Quod poſt aliquot dies Fernelio & Hollerio præſentibus à Theodorico Thyerrio & Riuierio, tribus aliis Chirurgis aſſiſtētibus, effectum fuit. Euulſa moles cum tunica, glanduloſa, albicans, intus ſine ſanguine & carne, multis conſtans glandulis, à ſua pellicula ſeu pediculo facilè ſeparabilis. Glādulam pinguem repręſentabat. Iam ſaneſcente vulnere, febricula, oris amaror, faſtidia incurabilia, virulenta ſanies, fœtida, dolor in altero inguine, pube, ventre. At tandem ſoluta aluo, liberatur amarore, & aëri commiſſus, vt ad ſuos rediret, perbellè habuit.

XXIIII.

Cuidam deuorata piſcis ariſta difficilis labor in gutture,abſceſſus,raucedo,difficultas ſpirãdi.Iuſſus vt ex longo traheret ſpiritum,facilè trahebat: vt ſemel & confertim audiebatur ſtrepitus in gutture,aperto ore, nihil vitij apparebat. Collum anterius erat ſubtumidum. Viſum itaque vitium eſſe imbibitũ muſculis laryngis,& vicinis partibus.Inſtitutũ pharmacum quod vniuerſum purgaret corpus: errhina,quæ caput:frictiones quæ diuerterent: decoctum ficuum,in quo oxymel ſimplex,ſcyllitic.& ſimilia diſſoluta. Foris,quæ leuiter diſcuterent, cum lana ſordida. Iuſſus æger non bibere frigidum, tenuiter viuere, lacte amygdal. & ſimili victu detergente,incidente & tenuante vti.Mox curatur.

XXV.

Brito quidam nobilis correptus febre tertiana in prima acceſſione ſumma viriũ imbecillitate laborauit,vt videretur mori.Tertio die in ſecũda acceſſione eodem modo habuit. Somnolentus in vtráque, vt vix ſomno poſſet prohiberi. Alijs acceſſionibus vigil, neq; ad ſomnum verti potuit. Sexta mortuus eſt.Adhibita etiam ab initio fuerant remedia, quæ vim vitalem ſuſtinerent.

XXVI.

Cuidam mulieri Aurelianæ excreuit caro à gingiuis parte interna durior,externa mollior, inſignis vtráq; magnitudinis. Mulier erat ſterilis, malè purgabatur, habitu melancholico. Adhibitum conſilium,monitúmque iam ab annis tribus initium eſſe mali, creſcere in dies cum dolore, ſed ſine putredine,odore graui, ſine dentiũ vicinorũ corruptione.

Vnicum in inciſione remedium. Sed ab inciſione metus hæmorrhagiæ, conuulſionis, irritationis partis, vnde cancer. Tandem viſum fuit exteriorem debere vel ferro incidi, vel filo præligatum tabefieri. Vt videretur num quid oſſis, quod erat ad pediculum, corruptum eſſet, vt inureretur radix, & ſi quid eſſet corrupti oſſis, igne corrigeretur. Quod vt ſuccederet, ad interiorem ſimili ratione veniendũ eſſe, à qua periculum maius, quia durior, quia interior pars propter tunicam & neruos magis periculoſa: ac cauterium, quod inderetur, deciſa carne immittendum per canaliculum. Hæc omnia poſt purgationes frequentes, phlebotomiam, cucurbitulas, deriuationes, integram ſanitatem attulêre.

XXVII.

Cuidam adoleſcenti annor. 15. tumor, velut inflãmatio, ad malleolum dextrum. Adhibita iuſta remedia. Quarto die cœpit balbutire, cauſari ſtomachum, delirauit. Cùm autem videretur qualitas venenoſa efferri à pede, putaui adhibẽdum loco cauterium potentiale, aut locum eum ſcarificandũ eſſe. Quod minimè factum eſt, reclamante pertinaci & imperito barbitonſore. Clyſter iniectus, à quo conueniẽter deiecit. Auctum delirium. Phreniticus eodem die quarto mortuus April. menſe, Anno 1548. in collegio Barbarano. Febris erat latens & obſcura, ſitis ingens, lingua fuliginoſa.

XXVIII.

Stephanus Hacqué cœpit leuiter è catarrho laborare. Rubor quidam apparet in facie: multa loquitur, prudens futuri delirij coniectura. Quarto die, quo ſtatim detractus ſanguis, meliùs habere

viſus. Sexto delirauit nocte. Matutino melius habuit. Sequenti nocte phreniticum auctum malum, conuulſio totius corporis & maxillarum. Adhibitis remediis ceſſat phrenitis & conuulſio, niſi quod leuis quidam tremor ſubapparebat. Decimo apparuit vrina melior cum leui ſedimento diuulſo,acuto.Sub meridē ſudor frigidus.Eodem die, ritè omnibus alioqui inſtitutis, & nullo peccato ab ægro, neque à miniſtris,morbi malignitate mortuus eſt.

XXIX.

Quidam apoplexia correptus frictione, motione, phlebotomia excitatus eſt. Sequuta febris continua ſatis mitis, ſed cum delirio. Negligentiùs curatus, neque expuens, quæ in pulmones defluebant nono die à febre, decimo ab apoplexia ſuffocatus eſt.

XXX.

Qua parte recti muſculi ad ſternum pertinent, puero cum abſceſſu in ventre tumor manifeſtus, digito cedens,obtigit.Vocati ferè omnes iudicārūt abſceſſum in rectis muſculis:alij in ventre,qui attenuato vehementer puero, & conſumptis muſculis facilè emineret tumor. Pauciſſimi in hepate, quòd quibuſdam hepar totum ventrem ad partes ſiniſtras pertendat. Aperto loco exiit pus viroſum & grauiter fœtens, corrupto peritonæo.Abſceſſus ſedes in parte hepatis, quæ illîc perueniebat. Quod magis apparuit mortuo & diſſecto puero.

XXXI.

Quidam Lutetiæ dum dentem euellit, ſimul & partē maxillæ, & vicinos dentes detrahit. Hæmorrhagia ſequitur periculoſa. Vocat⁹ in ius Chirurgus

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 630 sur 805

liberatur, quia inuenti dentes non inſeri, ſed omninò maxillæ continuari.

RARA QVÆDAM.

1 Quidam Lutetiæ vomicam membrana tectam, ouo ſimilem, è pulmonibus expurgauit, cùm antè fuiſſet aſthmaticus: & ita paulò pòſt extinctus eſt.

2 Aluis eminxit multa quidem ſimilia liquidis margaritis, admodum pellucida, alia craſſiora, mediocriter cocto oui albumini ſimilia.

3 Nouimus quendam, cui è regione hepatis vena per interualla dehiſcebat, quę ſanguinem funderet. Reſtitante ſanguine veſtigium non apparebat.

4 Rigida Hyeme anno 1543. ad fines Ianuarij & initia Februarij ſalutares pleuritides graſſatæ ſunt: quarum quidem aliquot per vrinas nigras, craſſas, in quibus ſupernatabat multa ſpuma crocea, craſſa, glutinoſa, iudicatæ ſunt.

5 Aperta mulier à nobis in Scholis Medicorum Lutetiæ lapidem habens in vtero, in cranio anteriore, & quæ ſine liene inuenta ſit.

6 Viſa mulier à nobis, quæ in altera mamma duplicem papillam lac reddentem haberet.

7 Cuidam mulieri Lutetiæ totum corpus molle, flexile, & ſine ſolidis oſſibus fuit.

8 Lutetiæ cuidam mulieri grauidæ fœtus exerta manus eſt per vmbilicum, & quindecim dies ad partum ſic ſtetit, ſaluáque matre euaſit viuus, & vitalis.

FINIS.

IACOBI
HOLLERII STEMPANI,
MEDICI PARISIENSIS CELEBERRIMI, DE MORBIS INTERN. Liber 11. febrium Hiſtoriam & curationem continens.

ANTONII VALETII OPERA IAMnunc multò quàm anteà auctior ac integrior factus, & ſcholiis non pœnitendis illuſtratus.

Quid ſit febris.

FEBRIS, 1 calor eſt præter naturam, 2 accenſus in corde. Subſtantia 3 ergo febris, eſt calor præter naturam, qui omnino in corde accenditur. Aliàs verò 4 toto corpore ſparſus, aut ſaltem in quamplurimis partibus, vel certè principibus ineſt. Peſſimum genus febrium, cùm vruntur interiora, exteriora frigent, 5 vt in lipyriis, & cùm viſcera interiora inflammantur.

1 Hinc eſt, quod febris ad intemperiem calidam, tanquam ad ſummum genus, Galeno referatur, cap. 5. libel. de differēt. morb.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 632 sur 805

2 Cor cùm ſit fons innati caloris, principium quoque ſit febrilis eſt neceſſe: ſi quidem non alius ab illo calor ſit, qui in igneum conuertatur. Gal. com. ad aph. 14. lib. 1. & ad ſent. 18. lib. 1. de vict. ratione in morb. acut.

3 Galen. comm. 3. in lib. de fractur. ſent. 8. & in aphor. 5. libr. 6.

4 Satis tamen eſt ad febris conſtitutionem, ſi calor ille plurimas, aut nobiliores occupet partes. Gal. comm. ad ſent. 29. ſect. 1. lib. 6. Epid.

5 Neque enim in cauſo, neque in tertiana, quæ febres omnium calidiſſimæ perhibentur, internæ partes vſque adeò aduruntur perfrigerata cute, atque in lipyriis: quas propterea Gal. maximè malignas appellauit comm. ad aph. 48. lib. 4.

Malignum quoque, 6 quod ἀσσώδες vocatur: in quo exteriora quidē moderatè calida ſunt, intus ardor eſt, ſitis inſatiabilis, perpetua corporis iactatio, vigilia, deliriū: quod ferè fit craſſo atque contumaci humore in primis venis putrefacto. Aliquando in corde vehemens æſtus eſt, quod vehemēti palpitatione (cordis motu præter naturā) intelligitur, moderatus tamen ad manū calor eſt. Pereunthij celeriter, & ſub mortem tenuis quidam & frigidus ſudor effluit. Itaque febrilis calor 7 nō perpetuò toti corpori ęqualis eſt. 8 Optima ratio diuidendæ febris ex Galeno lib. 1. de differentiis febrium, eſt, vt è ſubſtātia, hoc eſt, iis, quæ definitio eius continet, differentiæ ſumātur: è calore videlicet, iis in quib. calor eſt.

6 Ασσώδες id genus febres ſeu faſtidioſæ comitem habent anxietatem ingentis malignitatis indicem, ex Gal. comm. 2. in lib. 3. Epid.

7 Imò multis in partibus ſæpè non apparet, vt in lipyria febre.

8 Variæ febrium diuiſiones, de quibus Hippocr. ſub finem ſect. 1. lib. 6. Epid. & fuſiùs Gal. in commentar.

Calor itaque alius 9 ſiccus, 10 alius humidus, alius 11 vaporoſus: ex quo febris alia ſicca, alia humida, quædam vaporoſa, Maligna ſicca eſt. In hac ſqualeſcit cutis, arida lingua eſt, vehemens ſitis & vigilia, calor acris, nihil vaporum, nihil ſudorum excluditur. Talis eſt exquiſitè ardens, Hæc autem aut 12 breuiter occidit, aut in hecticam vix curabilem cõuertitur. In humida perpetuo ſudore ac madore corpus reſoluitur: quales ſunt 13 typhodes & elodes. Quanquam typhodes ab Aëtio & quibuſdam aliis dicitur, quam eriſypelas hepatis, lienis, renis, aut cuiuſuis partis, incendit. Salubris ferè, in qua madidus & mollis calor eſt, cutis quoque eiuſmodi, & ſudores in tempore erumpunt.

9 Vt in hectica, cauſo, & reliquis febribus biliosis.

10 Vt in febre ſanguinea, pituitoſa.

11 Vt in diaria.

12 Exquiſitè ardẽs vt plurimùm funeſta, cauſæ magnitudine, ſymptomatũ vehemẽtia, & excrementorũ ſuppreſſione.

13 Gal. ex veterum placitis febres typhodeas ſine vllarum inflammatione partium fieri aſſerit, eaſdémque humidas in ſummo Lib. contra Lycum deſcripſit.

Rurſus calor quantitate & qualitate diſtinguitur. Nam alias 14 copioſus, 15 aliàs paucus, 16 nonnunquam in medio eſt. Similiter hic acerrimus, hic (vt febris eſt, & quantum natura febris patitur) ſuauis, & mitis, ille medius: magna vis eſt febris, cùm & plurimus, & mordaciſſimus.

14 Vt in ſynocho vtráque, maximè verò plethoricis in corporibus.

15 Qui ſcilicet in pauca materia accenſus, vt in tertiana exquiſita.

16 Vtq copia moderatus, & in ſanguine, aut pituita, accẽſus, vt in ſynochis febribus & pituitoſis: & tum eſt eſſentialis.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 634 sur 805

Febris alia morbus, v ardor: alia ſymptoma, vt in pleuritide: alia ſimplex, alia cum grauibus ſymptomatibus,& iis,quæ ἐπιγινόμενα Græci vocant: vt quæ febris cum frequenti ſyncope, cum ſingultu, cum ſynceris deiectionibus. Rudis illa & nimis antiqua 17 Hippocratis diſtinctio, laudanda tamen,vt fuit ætas. Febres aliæ manu mordaces, aliæ manſuetæ: quædam vehementer rubræ, nonnullæ admodum flauæ, aliæ croceæ, aliæ crudæ,&c.quæ pluribus 6.Epid.ab Hippocrate & Galeno,tum initio librorum de differ. feb.explicata ſunt,nondum tamen ſatis intellecta: quòd 18 vox Pemphigodes ſatis oſtendit,non ſatis intellecta interpretibus.Alij enim ad peſtilentiales,nonnulli ad vaporoſas & humidas transferunt. In qua ſententia fuiſſe viſus eſt Galenus in exegeſi vocum Hippocratis.

17 Hæc ex ſent.29.ſect.1.lib.6.Epid.
18 De hac vide Gal.comm.in citatum Hippoc.locum.

Alia verò diuiſio febrium, quia hæ acutæ ac celeres, vt ardens & tertiana: aliæ longæ, vt typhodes & quartana: nonnullæ mediæ, vt quotidiana & ſemitertiana. Acutæ ſunt, quia propria tempora ad finem vſque celeriter percurrunt. Acutum enim & celer idem eſt.

Sunt è Græcis, qui ex ratione prægreſſæ cauſæ ita diuidunt. Aliæ febres derepentè atque ex cauſa manifeſta ortæ ſunt.Hę minùs periculoſæ,minúſq; fallax præſagium oſtendunt.Aliarum cauſa ignorata, quòd latenter atque longo tempore cõtracto in humoribus vitio ortæ ſint, de quibus hoc verbum Hipp.maximè pronuntiatur,cõmune quidem reliquis morbis acutis, 19 Acutorum morborum non

19 Hippo. aph.19.li.2.

omninò certè ſunt pronũciationes ſalutis aut mortis. Atque hæ ferè periculoſiores.

Longas item ex cauſarũ varietate diuidunt. Longæ enim ſunt vel quia materia frigida, craſſa & cõtumax eſt, vt quartanæ: vel multa, vt typhodes: vel quia pars affecta frigidior eſt, vnde primùm calor ſuccenſus eſt, vt quartana à liene longior, ab hepate breuior: vel imbecillitas ratione, ex quo 20 in ſenibus longior, in iuuene breuior: vel denique exteriorũ vitio, quæ τὰ ἔξωθεν vocat Hipp. ægri, Medici, miniſtrorum, loci, aëris, temporis anni, & ſimil.

20 Facultas enim naturalis ſenibus infirma: iuuenibus robuſta. Vnde illi tardius: hi celeriùs febre defunguntur.

Aliæ item febres 21 peruigiles, aliæ 22 ſoporoſæ nonnullæ mediæ. Somnus atque vigilia, vtráque ſi modũ exceſſerint, malum. ex lib. 2. Aph. Praxagoras quaſdã febres ſoporoſas annotauit, ab anno 12 ad 16. & 17. driuata quadã pernicie. In ſoporoſis, 23 grauius periculum eſt, ſi præter ſoporem & ſilentium, ſaltus partium, ac veluti cõuulſio, faciei rubor, oculorum fixus intuitus, à ſomno manuum neglecta abiectio, mœror, anxietas, deliria conuulſifica, motio articulorum, frigus.

21 Quod acres profundant vapores, ſua caliditate & ſiccitate cerebrum continuò percellentes.

22 Ab oppreſſione cerebri nimia humiditate perfuſi, nimiúmque perfrigerati.

23 Hæc enim cerebrum grauioribus auctum ſymptomatis oſtendunt.

Sed, quod ad inſtitutum maximè pertinet, alia febris in ſolidis partibus, hectica: quædam in ſpiritibus, diaria: tertium genus in humoribus, putrida-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 636 sur 805

De hæcticæ differentiis & diariæ ſuo loco dicetur. Putrida fiet vel à bile, quæ tertiana: vel pituita, quæ quotidiana: vel atra bile, quę quartana. An 24 verò à ſanguineo, poſtea diſſeretur.

24 Agitatur hæc quæſtio paulò pòſt, capite de febre continua putrida.

Putrida rurſus vel intermittit, vel continua eſt. Quæ intermitit, Hippocrati quidem aph. 43. lib. 4. ſine periculo eſt: Diocli minus periculoſa, quã continua, ac ferè ſalutaris: ſed quæ tamen aliquãdo interficit, & maximè vbi talis eſt, qualis ſoporoſa quę proximè deſcripta eſt. Continua magis periculoſa, quæ tertio quóque die exacerbatur, auth. Hipp. & Archigene. Accedit ad periculum, ſi quarta die vel tam grauis eſt, vel etiam aſperior, quàm fuit tertia.

Cæterùm quandoquidẽ hîc de curatione febriũ agitur, primum eſt, vt febris ſpecies cognoſcatur, ex propriis ſignis, communibus, & externis cõiecturis. Cognita febris ſpecie, cauſæ magna ex parte innoteſcũt. Secundũ eſt, vt febris cõſtitutio intelligatur. Quod fiet, ſi obſeruemus qualia ſint, & quanta fuerint & futura ſint vniuerſalia febris tẽpora, principiũ, incremẽtũ, ſtatus & declinatio. Deinde 25 quod in toto morbo, idẽ in particularib⁹ acceſſionib⁹ obſeruemus, & has rurſus inter ſe cõparemus. Poſtremò adiũgemus externa, anni tẽpus, ętatẽ, locum, regionẽ, peculiarẽ ægri naturã, &c. eiuſmodi: videbimúſq;, ne quid miniſtri peccent, & vt æger imperata faciat. Ita fiet, vt & morbi natura cognoſcatur, & remedia medica fideliter adhibeantur. Certũ denique ac minimè fallax præſagiũ de febre inſtituatur.

25 Vt ſi ex longo morbi principio morbum eundem fore longum dignoſcamus.

De Tertiana.

TErtianam facit 1 putrefacta bilis, 2 non quidem in venis, sed toto corpore dispersa. Tertio quoque die accessiones habet (vnde tertiana appellatur) quódque putrefactum accessionibus singulis excernitur ; ferè per sudores & insensibilem transpirationem, aliàs etiam 3 vomitu, 4 & deiectione alui repurgatur. Duodecim 5 horas exquisita tertiana non superat accessione particulari, nec pluribus quam septem accessionibus sollicitat. Sic enim scriptum ab Hipp. aph. 59. lib. 4. Quanquam in Coacis præsagiis 5. 7. aut 9. circuitu ad summum iudicari scribit. Statũ ferè habet quarta accessione, hoc est, die septimo. 9. 11. Decimotertio, qui septimę accessionis dies est, declinat: atque ita soluitur. Initium ferè prima accessione, incrementũ secunda ac

1 Quæ libet, pallida, rubra, vitellina, porracea, æruginosa: cuius certus locus est fomes, propria cystis, hepar, mesenterium, aut quæ circum præcordia, cauáque viscerum sunt loca.

2 Alioqui enim ardens esset, cõtinuáve febris, à qua tamen sola intermissione differt. Gal. cap. 3. lib. 2. de crisibus.

3 Effusa scilicet in ventriculum bile, sed non primis diebus. Præpropera nánque isthæc esset excretio, nec melioribus naturæ rebus instituta, quæ ante concoctam materiam veniret.

4 Prout bilis viam affectat.

5 Accessio longior aut breuior pro bilis copia maiore aut minore, eiusdémque tenuitate aut crassitie, ægrorum viribus raritate aut densitate corporum. Adde quod miscella pituitæ cum bile efficit, vt his in regionibus vel paucas exquisitas tertianas, vel propè nullas agnoscamus. Vnde nihil mirum, si paroxysmi vltra horas 12. 20. 30. etiam, itémque circuitus vltra septem producantur : siquidem pituita bili admixta à natura non facilè superetur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 638 sur 805

tertia: accessionis tempus, à quatuor horis ad duodecim: inuadit cum rigore, in quo veluti pungentes aculeos sentiunt ægri: initiò quidem vehementior, paulatim mitescit, ex quo increscit calor. Intima vrũtur, 6 iactatur corpus, vexat sitis & vigiliæ, solitudo quæritur. Hæc verò vt progreditur accessio in statum, calor admodum acris & mordax est. Pulsus 7 initiò tardus, paruus, rarus, debilis: postea magnus, celer, frequens, velox, & vt declinat accessio, paulatim redeunt omnia ad naturam. Post vigorem vomitus, sudores aut excretiones: & vbi iam concoquitur ad salutem febris, vt principio tertiæ & quartę accessionũ, vomitus, in fine sudores fiunt. Vrina 8 subrufa, subflaua, rufa, mediocri substantia, aut, vt Arabes, rubra, tenui, substantia ignea. Parte quidem inferiore subtilior: superiore vmbrosa atque nebulosa. In qua si 9 nebula alba, aut eiusmodi sublimamentũ initiò appareat, nõ trãscendet quartum circuitum. Si verò primo die vel secũdo 10 sedimentum album est, læue & æquale tertio circuitu terminabitur febris. Quod si talia non apparent primis diebus, id est, prima vel secunda accessione.

6 A bile per ipsum delata, quæ maius ac maius eundo acquirit incendium.

7 Primis enim febris inuasionib⁹ calor ab inuicta adhuc materia oppressus, non potis est citatiore pulsu emicare. Huc accedit, quod tum temporis nondum accensa bile habitus corporis refrigescit.

8 Ab ardore & bilioſi humoris permixtione. Ex commentar. ad sent. 26. lib. 2. Prognost.

9 Nebulæ enim albæ in vrina concoctionum sunt notæ. Cõm. 3. in Prorrhet. & in sent. 43. li. 4. de vict. rat. in acut.

10 Nam certius coctionis signum ab hypostasi, quàm ab aliis contentis, sumitur.

ſeptimus circuitus expectandus eſt: túmque rufæ magis ſunt vrinæ. Et ſi contingit longiores eſſe acceſſiones, id efficit materiæ copia, aut craſſior conſiſtentia. Alioqui ad denſitatem cutis, aut ad imbecillitatẽ naturæ cauſa referenda eſt. Deſcribunt autem Græci & Arabes tertianã, quæ ſit veluti 11 idea quędam & exemplar tertianarũ omnium, quæ vt proprius ad ideã illã accedunt, ita & manifeſtiora ſigna proferunt, vel minùs manifeſta. Excitãtur hæ febres ferè ęſtate, tẽperie calida & ſicca, cœlo, ętate, ratione vitæ & aliis, quę corpus reddũt calidius & ſiccãt.

11 In naturis enim quantumuis biliosis, victus ratio, aut vitæ inſtitutum, aut quippiam ſimile generandæ pituitæ accommodatum concurrit ſemper, quod tertianam à ſola fieri bile prohibeat. Ex cap. 3. lib. 2. de differ. febrium.

Curatio ad duos ſcopos relata eſt veteribus Medicis, alterationẽ & vacuationem. Alteratio, refrigerantibus & humectantibus: vacuatio per ſudores & vrinas, perficitur. 12 Paulus rectè quidẽ infirma hęc remedia credidit, propterea quòd non tertiana illa, quę idea & exemplum quoddã eſt reliquarum, nobis curanda eſt: ſed quæ iam aliquid pituitæ cõmixtum bili habet. Oportebit ergo intendere in ſcopos illos veterum, ſed ita temperare, vt quantùm declinet curãda febris ab idea illa, tãtùm curatio euariet. Initio ergo, ſi reſiſtit aluus, 13 clyſtere leni, vel debili.

12 De hac re ampliùs nihil apud Paul. Æginetam cap. 20. lib. 2. ſcriptum, quàm apud Galen. lib. 2. ad Glauc.

13 Clyſter eiuſmodi parabitur ex decocti remollientium & refrigerantium, & lactucæ, portul. violariæ, florum nymphææ libr. 1. vel ex decoctionis eorundem refrigerantium & ſeri lactis ana ℔ß. caſſiæ, aut cathol. diſſolut. ʒ. 1. vel cathol. & diapruni ſolutiui ana ʒ. 1. ſaccha. alb. mell.

viol.ana ʒ. 1. olei violacei ʒ. 3. Verùm hic non niſi ante paroxyſmum, vel poſt immittitur.

14 quodam pharmaco mouenda eſt. Medicamenta ſunt, vt Caſſia fiſtula ex decoct. violarum, prunorum, tamarindorum, & ſimilium.

14 Vt ſi bolum è caſſia præſcripſeris, addito, ſi velis, rheo, atque etiam, ſi nihil vetet, diaphœnico pauco. Vel hanc potionem imperabis. ℥. cathol. ʒ. 6. diaphœnici ʒ. 2. ſyrup. capill. vener. aut ſimil. ʒ. 1. cum aqua cichor. aut decocto conuenienti f. potio. Nunquam tamen adducêre, vt paroxyſmi die purges, ne geminum naturæ negotium faceſſas.

Vehementer cõmendant hanc potionem. ℥. ſucci granati acidi & dulcis ana ʒ. 1. ß. per noctem ſalubri loco reſideat, poſtridie in eo ſuc. diſſolue ſaccharı optimi ʒ. 1. Et ſi vehemens calor eſt, ſacch. violaceum ſit, & addatur potioni aquæ roſ. ʒ. 1. Si verò pituitę aliquid mixtum eſt, loco aquæ roſ. miſce 15 vini tenuis ʒ. 1. Lenies aluum, reuocabis appetitum, partes naturales roborabis. Quòd ſi 16 obſtructionis ſuſpitio eſt, aquam end. aut hordei, vnius ʒ. 1. cõmiſcebis. Alij ʒ. 2. 17 oxyſacch. ſimplicis, ſucci end. depurati ʒ. 1. vtuntur eadẽ vtilitate. Vbi verò plus pituitæ mixtum eſt, pro ſucco end. ſuccus rad. fœni. pro oxyſacch. oxymel ſimplex miſcendũ eſt. Atque vtilius oxymel volũt, in quo ferbuerint fron-

15 Ad pituitam incidendam, & ventriculum roborandum, quòd cætera omnia refrigerent.

16 Obſtructionis notæ erunt, tenſio, durities, dolor hypochondrij dextri.

17 Loco huius licebit zulapia concinnare è ſyrup. de cichor. ſimplic. capill. ven. acetoſi ſimplic. granator. & aquis conuenientibus, cichor. end. bugloſſ. borrag. Vel

hoc apozema ℔. radi. polypod. quern. cicho. oxylapath. ana ʒ. 1. rad. petroſ. aſparag. fœnic. in aceto per noctem vnam (ſi magnus æſtus) maceratarum ana ʒ. 1. folior. agrimon. cicho. end. non lotæ, ſcariol. ana M. 1. capill. omnium ana. M. ß. ſemin. frigid. minor. (ſi æſtus ſit) vel maiorum (ſi hyems) ana ʒ. 1. ſemin. aniſ. & fœnic. ana ʒ. 2. flor. cardiacorum ana p. 1. f. decoct. In colatura pro doſib. iij. diſſolue ſyrup. de cichor. ſimpl. & capill. vent. ana ʒ. 1. ß. f. apoz. clar. conditum pauc. cinam. & ſantalo citrino. Ab eo, ſi videbitur, purgato.

des nucis, vel tenues aſparagi & hyſſopi ſummitates. Alij 18 contenti ſunt ʒ. 4. decocti prunorum cum ſaccha. viol. ʒ. ß. Eodem modo & tamarind. vti licet. Iam remollita aluo de phlebotomia ſtatuendum. Saluberrimum, 19 inquit Gale. febrib. omnib. non modò continuis, ſed iis quæ ex putredine natæ ſunt, ſecare venam, ſi ætas, vires, &c. permittant. Omiſſum tamen hoc remedium à Græcis, & omittendum quidem, ſi exquiſita tertiana eſt. Alioqui admodum ſalutare : quod tamen temperare oportet, 20 vt tertiana, quam curamus, vel ad exquiſitam accedit, vel ab ea recedit. Arabes ex vrina rubra conſilium ſumunt phlebotomiæ, fallaci quidem coniectura : quòd eam dominantis ſanguinis, vel grauioris incendij, indicium eſſe putent. Talis enim vrina, aliquando infirmo

18 Hoc remedium aluum tantùm mollit, non purgat.

19 Id ſcriptum paſſim reperias lib. 11. Meth. med.

20 Vt videlicet ſanguinis minor ſit detractio, ſi tertiana propiùs ad exquiſitam accedat : amplior, ſi minùs propè. Cæterùm auocare nos à venæ ſectione minimè debet, quod iampridem eſt ab Arabibus proclamatum, ſanguinem nempè bilis frænum eſſe & refrigerium : nam & phlebotome totius corporis refrigerationem inducit, in qua magnum eſt ad curationem momentum.

ex hepate, vel rene plus æquo attrahẽte, aut aliis de cauſis, non ex natura febris, procedit. Addunt præterea non eſſe detrahendum ſanguinem ante tertium paroxyſmum, obtrudúntque experientiam, quòd quibus aliter ſanguis detractus eſt, iis ferè exaſperatum malum: ſecant ferè ſexto die: aut prædici iubent fore, vt proxima acceſſio, quæ quarta eſt & die ſeptimo, grauiſſima, ne id ex phlebotomia & peccato Medici contigiſſe videatur. Conueniunt cum Græcis in vſu eorum quæ vrinas mouent & ſudores. Vtuntur plurimùm oxyſach. ſimpl. ſyrup. acetoſo. Græci, ſi materia ſurſum aſcendit, & æger nauſeat, vomitiones adiuuãt: ſi mordentur inteſtina 21 lenib. clyſt. excludunt, alioqui lotia & ſudores mouent. Vomitus cient ptiſanæ tepidæ ℥.4. ſac. ℥.ß. Aliud. ℔. decoct. lact. atripl. portul. an. ℥.ß. olei communis ℥.ij. 22 tepido vtatur. Sed abſtinẽdum vomitionib. in iis maximè, qui ex conſuetudine nõ vomunt. In clyſt. caſſ. ℥.ß. aut catholici, plus etiam, vt res exigit, diſſol. debet oleo viol. In iiſdem vtendum eſt ſacch. potius, quàm melle. Apio & anetho mixtis in potu, aliiſque leuiorib. diuret. vtebantur. Sudores mouendi ſunt, ſi quidem reſiſtunt, ſub finem acceſſionum. ℔. ptiſanæ vulgaris calidæ ℥.4. aut ℥.3. cum ℥.1. decoct. flor. cham. vel diluto oxymel. in quo nepethæ modicum ferbuerit.

21 Iuxta aph. 21. lib. 1. Quæ ducere oportet, quò maximè vergunt per loca conferentia, eò ducere oportet.

22 Vbi plus pituitæ adeſt, oxymellitis ℥.iiij. v. vel vj. ex tepida propinãtur. Interdum ptiſanæ ℥.iiij. cum ℥.j. ſyrup. acetoſi ſimplic. Cietur autem vomitus initiis acceſſionum, ſi per ſe natura ſatis non moueat.

ídque magis, ſi craſſior humor fuerit. Vſitatus eſt ptiſanæ vulgaris potus calidus cum ſubduplo ſyrupi acetoſi, vt ſint ptiſanæ ℥.3. ſyrupi acetoſi ℥.1.ß. Vinum 23 quoque album, tenue, oligophorum, & vrinas & ſudores mouet. Verùm neque vrinæ mouendæ ſunt, neque exprimendus ſudor, niſi cùm apparuerint manifeſta ſigna coctionis: multò maximè, cùm iam perfecta ſigna coctionis apparuerint, & quæ vomitiones mouent, 24 tepida: quæ ſudores 25 calida exhiberi debent. Quòd ſi ſuperioribus remediis non concedit febris 26 rhabarbaro vtendum eſt ad ℥.1.ß. vel ℥ 2. Si verò neque his concedit, & 27 vires ſuſtinent, phlebotomia de eadem vena axillari interna dextra repetenda eſt. Alioqui catharticis paulatim deducenda materia eſt, quale hoc eſt. ℞. ſyrup. de cichorio ſimpl. ℥.6. rhabarbati puluerati, & nodulo raro incluſi ʒ.2. ſuſpendatur nodulus, & ſyrupo immergatur, capiat diebus intermiſſionis ℥.1.ß. ſyrupi, cum aquæ hordei in calidiore conditione, hydromelitis in frigidiore ℥.2. Atque iam declinante morbo, & longiùs progreſſo medicamentis catharticis 28 aliquid eorum, quæ melancholiam purgant, miſcendum eſt. Pars enim materiæ ardore febris in melancholiam verſa eſt. In acceſſionibus, vbi vehementer ſitiunt, ſed maximè in ſtatu, aqua hordei, 29 iulep violatũ, ſyrup. violatus cum aqua frigida, vinum etiam album oligophorum, ſi quidem iam tempus eſt ſudoris promouendi & vrinæ, exhiberi debent. Nec hoc quidem exigua quantitate, 30 ſed ſemel quantùm appetunt. Ratio victus, quæ refrigeret & humectet, non tam tenuis, quàm ab antiquis præſcri-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 644 sur 805

pta eſt, propter conſuetudinem victus. Licet enim vti iuſculis plurimùm alteratis cum lactuca, acetoſa, portulaca, hordeato cum ſeminibus frigidis alterato. Poſtea verò apparentibus ſignis coctionis, lacte amygd. pedibus ouillis, piſcibus ſaxatilibus, caneris, percis & ſimilibus, vitellis ouï: de quibus quia controuerſia eſt, poſtea dicetur. Túmque iuſculis cõmiſceri debent, quæ aperiunt, & vrinas mouent. Vſitatæ ſunt radices acetoſæ, petroſelini hortẽſis & cichorij. Sed per omnia meminiſſe oportet, maiora remedia, vt venæ ſectionem & cathartica, conuenire diebus quietis. Excrementa verò promouenda, cùm iam manifeſta coctio apparuerit in vrinis. Vigilant, æſtuant, ſitiunt, & alia patiuntur, contra quæ remedia ſuo loco dicentur ad finem libri huius.

23 Nam omnem in partem celerrimè diſtribuitur, cùm tenuium ſit partium. Sed vinum antequam tutò imperetur, febre facta remiſſiore concoctionis ſigna apparere eſt neceſſe. Poterunt etiam ſudores excitari frictionib. inunctionib. & ſudorificis potionibus: vrinæ quoque cieri, decocto aperientium cum ſyrup. capill. ven. aut ſimil.

24 Talia ſiquidem ventriculum relaxant.

25 Vt celeriùs diſtribuantur, & ad habitum corporis perduadant.

26 Vel hæc potio præſcribetur. 2. rhei electi ʒ. 2. infundantur in decocto refrigerante: vel in decocto è paſſul. mundatar. & tamarindor. ping. ana ʒ. 3. additis ſemin. aniſ. melon. ʒ. 1. flor. cardiac. p. 1. In expreſſ. diſſolue cathol. ʒ. 6. ſyrup. capill. ven. aut de cichor. ſimpl. aut viol. ʒ. 1. f. pot. vel ex ſyrup. de cicho. compoſ. cum rheo ʒ. 1. aut ʒ. 1. ß. cum decocto conuent. aut lactis ſero purgatio inſtituetur. Pauperioribus imperantur diaprunum ſimplex & ſolutiuum, electar. de ſucco roſ. diaph. diacarth. Sed hæc calidiore cœli tempeſtate nõ carent periculo.

27 Atque tum ſi vires effœtæ langueant, eas imprimis

confirmare oportebit, maximè verò hepatis & ventriculi robori consulere. Vt. ℥. conseruæ borrag. & bugloss. ana ʒ. 1. electar. triasantal. & diarhod. Abbatis, vel aromatici rosat. an. ʒ. 2. rasur. ebor. & cornu ceru. an. ϑ. ß. cum syr. de limonibus aut de bugloss. f. opiata, vel cum saccharo rosaceo conditum. Et quoniam non rarò humor aut flatus in præcordiis colligitur, tumorem, duritiem, aut tensionem faciens, optimum erit, si prætumida, vel tensa sint hypochondria, fotum & litum imperiare. Fotus erit huiusmodi. ℥. malu. bism. cichor. agrim. scœnuanth. absynth. an. M. 1. flor. chamæmelin. violar. anet. ros. an. p. 1. f. decoct. in aqua & vinum album tum aceto pauco in fine addito pro fotu hypochondrij dextr. cum spongia. Post fotum exsiccatus locus illinetur ex olei liliac. olei amygdal. dulc. & absynth. ana ʒ. ß. cum cera pauca comparato linamento. Si ardor vrgeat, epithemata refrigerantia, itémque ceratum santalinum, vitata nimio perfrigerio expirationem cohibente.

28 Vt folia sennæ, diaphœnic. diacatholicum.

29 Aut syr. nenupharinus, acetosus simpl. oxysacch. syr. de limonib. cum tripl. aqua, aut quadrupla.

30 Vt calor febrilis extinguatur, & partes contemperentur.

Remedia quædam sunt vulgaria, quibus quidem vti licet, non neglectis aliis, quale hoc est. Sonchus tritus, sambuchus, plantago, ex aceto subiguntur, & carpis alligantur. Sunt, qui & 32 semperuiuum, & alia eiusmodi refrigerantia trita hepatis regioni applicent. Suspectum quidem hoc remedium, quãquam aliquando febrem extinguit. Sed nunquam hoc vtendum est, vbi obstructionis suspitio. Alij pul. fuliginis è furno, & saluiam contusam vnà miscent cum oui albumine, & ita imponunt carpis. Nonnulli eandem fuliginem cum aliis, cæpis, albumine oui & germine, miscẽt, acetum affundunt, admouéntque carpis. Temeraria vero remedia cau-

ſtica, quæ veſicas excitant: quale eſt, quo vulgus vtitur, radice ranunculi trita, alligata carpo. Eadem quoque 33 exteriori gutturi admouent. Itaque prudenter vtendum eſt vulgi remediis.

31 Ex his vulgi remediis alia refrigerando, & febrilem calorem extinguendo prodeſſe creduntur: alia calida foras humorem mortificum trahendo. Sed temerè his non fidendum. Eorum enim vſu ſæpè fit, vt feruor quidem & intemperies reprimatur, materia adhuc reſtitente, quæ recidiuæ ſit ſoboles.

32 Satius fuerit oleo roſaceo hypochondrion, irrigare, pauco aceto addito.

33 Hac enim arte ſcabritiem à fuligine oriri ſolitam prohiberi putant.

De Tertiana notha.

TErtiana 1 notha cum rigore quidem incipit, ſed 2 languidiore. Materiam habet pituitam commixtam bili. Inuadit, vt plurimùm, febris hæc otioſos iuuenes & intemperatos, ſub Autumnum frequens. Signa eadem quæ tertiana, niſi quod habet commutata ex proportione pituitæ ad bilem, media quodammodo inter ſigna quotidianæ & tertianæ. Alternis diebus inuadit: aliquando tamen, vt etiam tertiana duplex, 3 ſingulis diebus. Neque enim ſingulis inuadere diebus, neque alternis tertianam facit: oportétque non tantùm ex periodis, ſed propriis ſignis & ſymptomatis, cuiuſque febris ſpeciem conſtituere. Acceſſio vltra duodecim horas producitur: aliquando ad triginta & eò plures. Non terminatur ſeptem periodis, vt tertiana vera, víxque duodecima periodo, aut 14. terminatur. Sæpè etiam in menſem, quadrageſimum

gesimum etiam diem extenditur. Nonnunquam sex menses integros perseuerat, feréque desinit in 4 vitia lienis. Hîc plurima grauitas corporis, dolor vertebrarum, inflatio ventriculi, fastidia, sitis, magna oris amaritudo, vrina citrina & crassior, quàm in vera, ob crassitiem humoris à pituita permista. Clysteribus primum 5 non ita mollibus vtendum est deinde leui pharmaco: vnde primæ venæ repurgentur. Postea consentientibus numeris, phlebotomia, è basilica dextra. Auicennas post tertium vel quartum paroxysmum venam apperit, dextram æstate, hyeme sinistram.

1 Hæc vel ex vitellina bile (quam parit adustio) in ventriculo putrente ac tenaciùs inhærente, vel ex permixtione bilis & pituitæ, vt antè dictum est, gigni cõsueuit.

2 Languidior & diuturnior est rigor, quia pituita bilis acrimoniam, velocémque motum impedit. Hinc fit vt mitior sit rigor, sed alioqui longior.

3 Id accidit propter humoris copiam, & pituitosæ accessionem materiæ: quæ ambæ quotidianis accessionibus efficiundis sunt satis.

4 Nam in tanta febris longitudine melancholicus accumulatur succus à quo lienis tumores, obstructiones.

5 Vt. ℔. malu. beton. mercurial. origan. calamenth. ana M. 1. semin. anis. fœnic. ana ʒ.1. hord. integ. p. 2. flor. chamæm. melil. ana. p. 1. f. decoct. ad ℔.1. In colatura dissol. cathol. & diaphœnic. an. ʒ.1. vel catholic. ʒ. 6. diaphœnic. ʒ. ß. aut diaphœnic. loco tantundem hieræ. mellis ros. aut anthos. sacchar. rub. an. ʒ.1. olei chamæmel. & aneth. ana ʒ.1. ß. f. clyster.

Victus aliàs parcior, aliàs plenior, vt breuitas, vel longitudo febri expectatur. 6 Nam in longis pleniùs nutrimus: in celebribus, parcius. 7 Victus sit incidens & abstergens, coctu facilis. Vrinæ & sudores paulò calidioribus, quàm in tertiana moueã-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 648 sur 805

tur. Iam apparẽtibus ſignis coctionis, Gal. hordeatis aliquid piperis adiecit. Amigdalino lacti aliquot amygdala amara commiſcere licet, alioqui amygdala diſſoluemus ex decocto rei, quæ incîdat & detergeat. Græci mulſa vtebãtur, in qua hyſſopus ferbuiſſet, aut aliquid tale, quod videlicet ſine inſigni calfactione & exſiccatione vrinas ducat. Qualia ſunt, ſpica Celtica, cinamomum, radices apij hortẽſis, ſemina anethi, fœnicul. comę abſynthij, ſed quę, cùm adſtringant, non tam ad mouendas vrinas & ſudores, quàm ad ventriculi robur, & bilioſi humoris euacuationem faciunt. Oxymel quoque conuenit condîtum aliquo aromate, vt ſpica vel cinamomo, puluere hyſſopi, mẽthæ, calamenthi, ſtœchade.

6 Ex aphor. 7. libr. 4.

7 Qui bilis craſſitiem, quam permiſta efficit pituita, tenuet. Idem verò victus ſit διάπλος, id eſt concoctu facilis, vt qui partium naturalium imbecillitati proſpiciat.

Potiones autem dilues magis aut minùs, 8 pro ratione febris, materiæ, quæ febrem facit, temperamenti, ætatis, temporis & ſimilium. Iam ferè paratur hydroſachar. ex ℔ .1. aquæ coctæ col per manicam Hippocratis cum ʒ.3. ſacch. & ʒ. ß. cinamomi, vel ʒ.1. Veteres loco hydroſacch. mulſa vtebantur. Nunc verò in frigidiore conditione, loco ſacchari, melle albo vti licet, vel partim ſaccharo, partim melle albo.

8 Vt ſi plus affuerit bilis, vinum ſit dilutius: ſi vberior pituita, meracius. Idem eſto de melle iudicium in hydromelitis, aut oxymelitis vſu.

Vbi iam apparuerint ſigna coctionis, molliter

ſubducenda aluus eſt ex iis, quæ poſtea dicentur. Non omittendum, quod Hippoc. primùm, deinde Gal. & Auicennas annotârunt, 9 vomitum à cibo tam efficacem eſſe in hac febre, antecedentem morbi cauſam vacuando, vt hoc vno remedio permulti conualuerint.

9 Vomitus à paſtu potiùs excitatur, quia morbificus humor cibo miſtus faciliùs expellitur. Adde quod tranſuerſæ ventriculi fibræ, cibo & potu humectatæ, ruptioni minùs ſunt opportunæ.

Hiſtoria eſt apud Hipp. de vxore Theotimi, quã mulſo ſucco granatorum percurauit, inde vomitu citato. Licebit itaque vti oxyſacchara tepida, vel oxymelite ſimplici cum aqua tepida, in qua ſex rotulæ raphani coxerint, ſtatim à cœna. Alioqui.

℞. hydromelitis ℥.2. decocti hyſſopi ℥.2.ß. detur tepidum à cœna.

Noſtra ætas non feret tenuem victum, quem veteres, tertio tantùm quoque die ægrum nutrientes, præſcripſerunt. Nutriemus itaque, 10 vt ſemel in die comedant, remiſſionis vel intermiſſionis tempore. Vino tenui vti licet extra acceſſiones. Pullus iam ſatis adultus in aqua coctus 11 cum borragine, cerephyllo, oxalide, petroſelino, hyſſopi modico: coques autem ad putrilaginem, & ſi vis, iuſculo ſacchari aliquid iniicies, vt oui vitellum omphacio diſſolutum.

10 Cibandi anſam ſuadebunt longiores acceſſiones, vires debiliores, ægrorũ naturæ biliоſæ, & pleniori victui aſſuetæ.

11 Hæc comparantur cùm ad compeſcendum incendium, tum ad obſtructa liberanda.

Hordeato & lacte amygdalino vteris, ſed benè cõditis 12 ſaccharo, vel melle albo. Ptiſana vulgari, in

12 Vt pituitę lẽtor magis detergeatur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 650 sur 805

qua anethi coma,aut aliquid ſeminis eius, apij, fœniculi, ſpicæ, cinam. piperis maduerit, vti oportet: aut in ea octauam partem ſacchari, vel mellis albi liquefacies. Poteris imperare hanc ptiſanã. ℥. hordei mundati pr.j.hyſſopi,glycyrrhizæ mũdatæ ana ʒ.ß.iuiubarum,paſſul. mundatarum, cicerũ rubrorum ana ʒ.i.fiat decoctio in aqua puriſſima ad ℔.2. Colatura transfundatur per manicã Hippocratis cũ ʒ.4.ſacchari. Fiat 13 ptiſana clarificata & aromatizata cum ϑ.ij.14 cinamomi, vel mulſa, vel hydroſacch.parabitur ex aqua,in qua pugillus ſpicæ Celticæ,aut ſtœchados efferbuerit. Materia clyſterum, quibus interuallis vtendum eſt, furfures, hordeum, chamæmel.melilot.abſynth. anethi coma,beta,ſcariola,ficus pingues,addita etiam lactuca,portulaca, acetoſa,ſi refrigerandi conſilium eſt. Quòd ſi aluus ſit durior,addenda ſunt remollientia.In decocto ad ℔.i.olei communis aut chamæm. ʒ.3.mellis cõmunis ʒ.2.diſſolues.Nonnunquam etiam vel cathol.ʒ. vj.15 vel diaphœni.aut benedictæ ʒ. ß.Suppoſitoria acuantur cum ϑ.2.hier,picrę & ϑ.i.ſalis gemmę.

13 Refrigerat,deterget,incidit,tenuat, ſitim ſedat.

14 In vehementiore febre, & capitis dolore, aut cinamomum nullum,aut paucum exhibendum, quòd ſuo calore febri afferat incrementũ,& vaporoſa ſua ſubſtantia caput tẽtet.

15 Plerunque duorum ex his ana ʒ.ß.vel tantundem hieræ picræ diſſoluitur.

Purgationes 16 conueniunt ex rhab. mixta parte agar.trochiſcati,vt vtriúſque ϑ.2.cathol. ʒ.6.incorporentur.Alioqui pauperibus imperabis ʒ.6.catho. ʒ.2.diaphœnici cum hydromelite.

16 Iis præſertim diebus quibus minimè febris exacerbatur,2.morbi die,4.6.8.

Vel diaphenici ʒ.2.agari ʒ.1.cum hydromel. Quòd si ab infirmitate ventriculi metuatur, ℔. pul.hieræ picræ recentis, rhab. electi torrefacti & subtiliter puluerati an.ϑ. 2. incorporentur ʒ.3. terebinthinæ, fiant bol.cooperti auro,vel nebulis, vt faciliùs trãsglutiantur.Laudantur pilulæ de rhab. maximè Autunno,de eupatorio.℔.17 aloës,rhabarbari, myrobala.citrincrum,succi agrimoniæ ana ʒ.ß.vniantur cum succo endiuiæ, aut fœniculi. Laudatur trifera Sarracenica sine scammonio. Syrupi imperandi, 18 oxymel simplex, oxysaccharum, syrupus acetosus, de scolopend.capillorum veneris,dilutum cuscutæ, cichorij, absynthij, cicerum rubrorum, sed diluta saccharo & tantillo cinamomi cõdienda sunt.Maximè probatur syrup. de cychorio compositus, qui etiam catholicus est, & ad omnes humores valens. Datur ad ℥.2.

Nonnunquam quia metuitur, ne degeneret in quartanam, imperamus dissecandis humoribus & aperiendo,quale hoc est.

17 Harum pilularum ϑ. 2. sumat æger per horam ante cibum semel in hebdomade, maximè si ventriculus malè sit affectus, vt ferè est semper in hac febre. Aut integra drachma semel capietur à somno noctu, & intermissionis tempore.

18 Hæc continuis quinque, aut sex diebus mane atque etiam vesperi duabus ante cœnam horis exhibita humores præparant, obstructiones explicant & reserant. Licebit etiam vrgente in ipsa accessione siti eadem imperare,si refrigerantibus,vt syrupo acetos.simpl. oxysaccharæ, & similibus, oxymellitis pars aliqua adiiciatur.

℔. summitatum lupuli,cich.an.M. ß.rad.apij.petroselini,gramin.an.ʒ.ß.sem. melonum, cuscutæ,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 652 sur 805

aniſi an.ʒ.1.ß.glycyrrhizæ raſæ ʒ.1.fiat decoctio ad ℔.ß.pro doſib. 2.In col.diſſolue ſyrup. de biſantiis & capill.vene. an.ʒ.1.ß. fiat apozema clarificatum & aromatiſatum cum tantillo cinamomi, vel puluere diarhodi Abbatis,vel triaſantali. Aliud.

℞.rad.petroſelini,acetoſæ,graminis an. ʒ. ß. ſeminis aniſi & fœniculi torrefacti,liquiritiæ an.ʒ.ß. ſummitatum lupuli,fumariæ,cichorij cum toto an. P.1.trium florum cardiacorum ana P. ß. fiat decoctum ad ℔. ß. In colatura diſſolue ſyrup. capillorum veneris ʒ.2.oxymelitis ſimpl. ʒ. 1. fiat apozema,vt priùs, pro duabus doſibus:19 tempeſtiuus vſus erit tempore remiſſionis febris.Ab his verò cathartica imperanda ſunt, quale hoc eſt.

℞. paſſularum mundatarum, hordei integri ana ʒ.ß.cinam.ſantali citrini an.ʒ. 1. violarum P. 1. fiat decoctio pro vna doſi:in qua infunde rhabar.elect. ʒ. 2. expreſſioni colatæ adde ſyrup. de cichorio ſimpl.ʒ.1. 20 fiat doſis. Aliud.

19 Tale apozema in febris declinatione ſi propinetur,vrinas mouebit,aut ſudores.

20 Doſis hæc molliora tantùm corpora mouerit,non robuſtiora,& duriorem aluum habentia, præſertim tempeſtate Aquilonia. Verùm valentior fiet ſi addideris cathol. ʒ. ß. vel diaphœnici ʒ. 2. vel ſi ʒ.2. fol. ſennæ in decocto infundantur.

℞. hordei integri P.1. ſummitatum lupuli & abſynthij, cichorij, eupatorij ana P. ß. ſeminis melonum,& cucumeris ana ʒ.ß. ſtœchados arabic.ʒ.1.foliculorum ſennæ mundatorũ ʒ.3. fiat decoctio ad ʒ.iiii. In colat. infunde rhabarbari electi ℈. iiii.

agar.trochiſcati ʒ.ß. Expreſſioni adde ſacchari albiſ. ʒ.ß.vel,vt purget efficaciùs,ſyr.laxat.roſ.pallid.ʒ.1. ſantali citrini & cinamomi an. ϑ.1. Probatur inunctio hypochõdriorũ ex oleo de cydoniis,de abſynthio,chamęmelino,anethino,&aliis quę ſtomachũ corroborant.Balneum quoque probatum antiquis poſt ſigna coctionis.Sed iam vſus exoleuit, & perit induſtria parandi, quæ ſuſpectũ auxilium reddunt.

De 1 Semitertiana.

DE hac febre 2 parum cõſtat inter veteres Medicos, dubitatúrque, vtrum continua an intermittens : qua in re etiam Gal. dubius eſt. Ex tertiana interim ſemitertiana fit, inquit Gal.cap.3.lib. de typis, & contrà : eadémque ferè habet accidentia, ſed hæc periculoſa. Stomachum & neruoſa lædit, lethargicas attonitáſque paſſiones infert,colliquat corpus, animi deliquia excitat, profunda vehementer commouet, typo fero 3 & periculi pleniſſimo,ætati virili familiaris, 4 Autumno peculiariter commouetur, túmque periculoſior, frequens Romæ,in Æthiopia & toto littore tractúque terræ, vbi cœlũ calidius cum aduentitia humiditate. Non ſemper cõtinua,ſed aliquãdo intermittens, 5 acutis non ſolùm, ſed diuturnis cõnumeranda ex Hippocrate.Auicennas author eſt ad ſeptimũ menſem aliquando protrahi. Mitiſſima acceſſiones habet 24 horarũ:mediocris, 36 fortis 48 aut iam cõtinua eſt. Primo epidem.& 2.de diff.feb.multis diſputat Gal. contra Agathinum & Archigenem cõtinuam eſſe, nec poſſe ex 6 duabus intermittentibus componi, aut 7 ex duabus continuis.Peſſimum verò hoc genus febriũ, quæ in crudis & bilioſis humoribus in-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 654 sur 805

cenduntur. Cæterùm duplex eſt ſemitertiana: altera ſimpliciter, id eſt, exquiſita, quæ ex quotidiana continua, bilioſa, tertiana, æqualiter mixtis bile & pituita, conſtans, primo die 8 horrificas habet acceſſiones, & ingeminantes: horrificas quidem ex natura intermittentium. Tertiana enim rigorem, quotidiana frigus facit. Itaque mixtis cauſis frigoris & rigoris initio acceſſionis fit horror, qui horũ medius eſt. Ingeminatio verò propter naturam humorum: cõmota bilis putrefacit de integro pituitam. Pituita putrefacta calorem accendit, & bilem acuit, ita fit ingeminatio, horrórque inæqualis. Hæc ſtomachi labor eſt, totiúſque neruoſi generis. Secundo die, quo quotidiana continua ſola regnat, nullus horror eſt: tertio die idem horror qui fuit primo. Eſt & altera ſemitertiana non exquiſita, in qua alter humor ſuperat. Vter verò ſuperet, ex ſignis coniicies. Nam ſi bilioſę febris indicia ſuperãt, bilis pituitam vincit: vtriúſque autem ſymptomata concurrunt, ſeſéque proferunt. Quo enim tempore bilioſa inuadit, 9 rigor: quo deſinit, vomitus, ſudor, deiectio. Cùm verò pituitoſa, frigus, cęteráq; quotidianæ propria ſeſe oſtendunt. Quo verò tempore vterque humor confuſus incenditur, ſymptomata confuſa medium quid efficiunt. Sed interim 10 ſemitertianæ tertiana complicatur, qualis eſt hiſtoria mulierculæ 2. de Criſibus, variè quidem ſcripta in Græcis codicibus, nec ſatis fideliter verſa à Latino interprete. Ergò ſemitertiana cum horrore inuadit, diebus imparibus: paribus verò tantùm frigus eſt, inæqualis pulſus, 11 calor quoq; inæqualis. Modò enim increſcit, quaſi procedat acceſſio in

ſtatum,aut in medio ſit augmento:modo derepente horror inuadit,extrema frigent,calor in medium corpus contrahitur, ſoporoſi fiunt, è ſtomacho laborant, conuelluntur, vrina ferè craſſior, ac turbulenta.Animaduertendúmque in hac febre,num aliquando proferant ſe ſigna propria tertianæ. Sic enim tertiana complicata ſemitertianæ. Rurſus videndũ eſt,num ſemitertiana ſit, cum tertianæ quotidiana complicata eſt. Neque idem eſt apud Medicos ἡμιπλοκὴν, id eſt,complicatio febrium & ſemitertiana.In ſemitertiana, bilis & pituita omninò confuſa ſunt, & æquali proportione mixta. In ſemitertiana quotidiana, ferè cõtinua eſt,tertiana intermittens.In ſemitertiana, neque quotidianæ, neque tertianæ propria ſigna apparent: ſed veluti ex duplici horum genere vnum quoddam confuſum & mixtum genus coaleſcit. In complicatione verò manent integra ſigna tertianæ, integra ſigna quotidianæ,quæ ſuis interuallis proferuntur. Huius febris ſemitertianæ & proximorum generum Cornelius Celſus lib.3. ex Aſclepiade, ex eodémq; authore Aurelianus meminerunt. Eſt & alia de nomine controuerſia. Ridet Gal. primo Epid. qui nomen tale ſemitertianæ indiderunt, propterea quòd potius dupla tertiana appellanda ſit.Duplicat enim accidentia omnia tertianæ, eadémque duplo peiora habet,non dimidio minora,vel clementiora, quod ſonare nomen ſemitertianæ videtur.Secũdo de differẽtiis febrium inſtitutionem nominis approbat, quòd dimidio ſui ſemitertiana cõſtet tertiana. Nec id reprobat ex Agathino lib.de typis. Ratio nominis ad curationem nihil pertinet. Recentiores Me-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 656 sur 805

dici eadem ferè dicunt. Alij tria genera inſtituunt. Minus, in quo pituita in vaſis putreſcit: extra vaſa, bilis. Medium, in quo bilis putreſcit in vaſis, & extra vaſa pituita. Peſſimũ verò tertium genus, quod continuum eſt, ac ferè interficit. Vrinæ rufæ, ſpiſſæ, ſuperiore matulæ parte ex liuido flaueſcunt, pulſus durus, inæqualis, frequens, dolor eſt capitis, grauitas, ſopor, ſed à quo vocati ſtatim excitantur, cui ſi ſuccedit acuta febris, admodum lethalis eſt. Curationes temperant mixta curatione tertianæ & quotidianæ. Eadem ferè curatio, quæ tertianæ nothæ, niſi quòd in ſemitertiana 12 maior pituitæ ratio habenda eſt. Itaque deſcripta curatione quotidianæ, & repetita, quæ in tertiana dicta eſt, ſemitertianæ curatio fiet manifeſta.

1 Semitertiana febris dicta eſt, quòd ex quotidiana continua & intermittente tertiana ſit temperata, vt ſcribit Gal. cap. 8. lib. 2. de differ. febr. Iſtam tamen appellationem idem reprehendit comm. ad ſent. 5. ſect. 3. lib. 1. Epid. quòd tantùm abſit, vt ſemitertiana quicquam tertianæ concedat, cùm continuitatis cauſa longè grauior exiſtat, tum verò duarum acceſſionum, quæ tertio quóque die prehendunt, atque etiam longitudinis ratione.

2 Etenim Hippocrati citato loco lib. 1. Epid. continua eſt: nec non Galeno cap. 8. 9. & 10. lib. 2. de diff. febr. Ac. cap. 4. li. de typis intermittentem aliquando vidiſſe Gal. profitetur.

3 Sic Gal. eodem cap. de typis hanc febrem ait eſſe pernicioſiſſimam, quam ſæuiſſima comitantur ſymptomata. Vnde eam Hippoc. φρικώδη, id eſt, horrificam, appellauit.

4 Propter retorridam ab æſtate prægreſſa bilem. Febrem verò eiuſmodi periculoſiorem faciunt maligna qualitas bilis, & morbi longitudo.

5 Habet enim à cõtinua quotidiana vt chronica ſit, ſeu lõga: à tertiana, vt acuta, propter ſymptomatũ magnitudinem.

6 Quæ alioqui non eſſet continua.

7 Nam tum horrifica non esset: siquidem rigor & horror periodicus solarum sit intermittentium, non continuarum.

8 Maximè verò cum contingit vtriusque febris reduplicationem in idem tempus incidere, horrificæ istę accessiones ingeminatur. Horror verò potiùs excitatur, quia bilis pituitæ permistione refracta verum rigorem facere nequit.

9 A delata per partes extimas bile: quanquam & ab ea, quę mouetur per partes internas circa viscera, materia, rigor etiam suscitari possit, vt recentiores Medici obseruârunt.

10 Vt si quæ bilis semitertianam parit, in alia parte corporis putreat, & alius biliosus humor in alia quoque parte succendatur, & hic moueatur alio die ab illo, qui semitertianam facit.

11 Quia bilis faciliùs, pituita difficiliùs inflammatur.

12 Maior enim est pituitæ prouentus in semitertiana. Vnde alterantia magis incidere, attenuare & detergere debent, cùm medicamenta, tum alimenta.

De febribus horrificis.

ΦΡΙΞ Græcis, horror est, vnde febris 1 φρικώδης, horrifica. Horror remissus est rigor, media quædam affectio inter rigorem & frigus. Is autem fit calore flauæ bilis 2 humorem crudum commouente, & putrefaciente. Itaque febres omnes horrificæ, succensa bile in crudis humoribus enascuntur, atque vtróque humore æqualiter mixto, si quidem cruditas putrefit in venis, bilis extra vasa, exquisita fit semitertiana.

1 Febris horrifica est, non cui inuasionis, atque etiam accessionum ipsarum initio comes est horror, sed in qua per plurimam totius accessionis partem horroris Symptoma extenditur. Gal. comm. ad sent. 24. sect. 1. libr. 1. Epid. Cæterum non hîc noua febris species, sed eius quæ horrorem, vt symptoma perpetuum, habet, mos & natura explicatur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 658 sur 805

2 Alta enim & profunda bilis est putredo propter eius incendium ingens.

Aliæ febres horrificæ, in quibus horror repetit, breuibus interuallis & eadem accessione, éstq; eiusmodi motus horrificus inęqualis, cùm videlicet natura conatur excludere materiam. Sed hæc propter crassitiem, aut quia densior cutis est, vel denique quòd natura non ita robusta est, resistit, nec potest discuti. In hoc genere tardissimè incalescunt, longáque sunt & principium accessionis & incremẽtum. Aliis simul atque motus bilis remissus est, nouus redit insultus, quia dum calor affligit corpus, frigidi humores putrefiunt, nouámque accessionem commouent, & inde frequens reduplicatio, quam ἀναδίπλωσιν vocant: fitque vt succedens accessio longè sit deterior præcedente, 3 quia iam lassata virtus est priore accessione. Sudores in his febribus mali. Etenim vi exprimuntur, non victoria naturæ effluunt: ídque vel propter crudorum humorum copiam, vel virium imbecillitatem. Frigent extrema vrũtur intima, soporosi fiunt, vẽtres cruda deiiciũt, vrinæ crudæ, decolores, tenues, aliàs turbulentæ, & crassitudine præditæ, nullo sedimento, aut malo, inæquali, diuulso. Fastidia, animi deliquia, syncopę, conuulsiones, mala omnia. Pessimæ enim febres, vt antè diximus, in quibus crudorum copia bili confusa est.

3 Horrore etenim affecti multùm insuper exudantes, difficili, funestóque malo implicantur. Hippocr. in Coacis animaduersionibus.

Curatio, vt antè, mixta, nisi quòd summa ratio adhibenda est, vt intelligamus vtra materia superet, cruda, an biliosa.

De pituitosis febribus, & primùm de quotidiana.

OMnem humorem frigidum & humidum in corpore pituitam appellari scribit Gal. 2. de diff. feb. Generatio pituitæ ab infirmo calore est, cibis phlegmaticis, intemperantia vitæ, otio, intempestiuis exercitiis, ætate puerili & senili, hyeme, constitutione cœli humida. Tria eius genera à Gal. ferè statuuntur. A forti frigiditate, acida: à calore præter naturam, salsa. Vbi verò leuiter affectus calor, & pauca est frigiditas, dulcis & fatua. Salsa sitibundos: acida famelicos: dulcis somnolentos facit. Acida concoqui debet: salsa repurgari: dulcis & fatua naturæ relinquendæ sunt, quia facilè in sanguinem conuertuntur. Fit aliquando, vt phlegmaticus cibus non coquatur in ventriculo: quod inde generatur, cruditas est, non pituita, aut pituita cruda dicitur, quæ appetentiam tollit, inducit fastidia, & pallorem. Qui humor à cerebro per nares emungitur, aut distillat in corpus, pituita non est: quemadmodum nec humor ille vitiosus & crudus, vnde pruritus, vlcerosus affectus, lepra, scabies, & alia eiusmodi.

Saliua ore contenta potius pituita est, ad pituitã naturalẽ propiùs accedens. Vniuersali nomine hæc omnia pituita sunt. Frigidissima & humidissima pituitæ species, quæ vitrea appellatur, ouorum albumini persimilis, vel vitro fuso, vehementes dolores infert, & quasi palo fixo impetentes, vbi loco calido, aut laxiore intestino impingitur, frigus infert, si immota est. Si verò mouetur per sensilia, rigorem, vt acida, commouet: nam & acoris est particeps. Vnde sub acidarum genere sunt, qui compre-

hendant. Leuiter hæ putrefactæ, aut ex parte epialam inferunt. Vbi verò putrescunt magis, præcedit rigor, febris. Alia dulcis rigorē non infert. Oportet ergo cum de pituitosa febre agitur, diligenter animaduertere in quo genere pituitæ febris incenditur. Nam ex eo & curandi ratio euariat, & præsagium certius instituitur. Græci ferè in genere de febre quotidiana scripserunt: Arabum familiæ pleniùs distinxerunt. Febris 1 autem quotidiana rarò aduenit sine 2 offensione stomachi & hepatis, 3 pulsu minimo, raritate medio inter pulsum tertianæ & quartanæ, tarditate simili tarditati pulsus quartanæ. Accessionum initia habet circa vesperā: & noctu magis, quàm interdiu, vexare consueuit, quòd pituita eo tempore moueatur. Vnde Hippocrates lib. 3. Epidem. nocturnas febres quas appellat, intelligit quotidianas. Non inuadit cum rigore, sed frigus vehemens est partium extremarum: aliquando & 4 horror quidam est.

1 Hæc febris omnium est rarissima, si exquisita intelligatur, quòd ægrè pituita putreat. Seruatur enim à natura tanquam sibi familiaris, vt quæ deficiente sanguine cedat in idoneum naturæ alimentum. Gal. comment. 2. in lib. de rat. vict. in morb. acut. sent. 44.

2 Nam superuacua potissimùm multa pituita in intestinis, mensenterio, circum ventriculum, viscera iámque caua sæpè coërcita putrescit, febrilem qualitatem nanciscens, quæ plurimum partibus illis negotium facessit.

3 A calore natiuo crudorum copia humorum obruto, impeditis instrumentis, & minore necessitate instimulante. Gal. lib. priore ad Glauc.

4 Cum pituita putruit, vel salsa est.

Difficulter eius materia accenditur, víxque in calorem commutatur frigus, vnde longum habet incrementum : materia eſt craſſa & frigida, pigra ad motum, calor non ita magnus, 5 pori anguſtiores ac ferè conſtricti: ex quo fit, vt materia non poſſit tam celeriter diſcuti. Atque inde acceſſiones producuntur, aliquando ad horas octodecim : atq; vbi deſiit acceſſio, veſtigia quædam febris reliqua ſunt. Vnde nonnullis non tam intermittens, quàm continua credita eſt. In declinatione 6 ſudores nulli, aut ſi qui ſunt, à multitudine materiæ, non victoriâ naturæ excitantur. Poſtea iam progreſſo morbo, 7 paulatim ſudor effluit. Primùm quidem certis partibus, deinde verò toto corpore emanat : calor ferè ſimilis ei, qui fumoſo igni comparetur, humidus, vaporoſus, non deurens, 8 ſed tantùm leuiter acris eſt.

5 Pituitoſa enim corpora minùs ſunt perſpirabilia, quia frigidioris temperamenti dominatu tenentur.

6 Primis præſertim diebus, in quibus humoris craſſities, lentor, caloris infirmitas, & cutis denſitas ſudores erumpere vetant.

7 Cum ſcilicet cocta aliqua ex parte eſt materia, & obſtructiones liberatæ.

8 Qualem dixit Hippocrates initio quidem ad manum mitem eſſe, ſed paulatim increſcentem eſſe, ſub finem ſect. 1. lib. 6. Epid. Hîc enim calor tardè augeſcit, quia materia ligni viridis more tardè inflammabilis exiſtit.

Ægri non 9 vruntur, non iactant corpus vehementiùs, non nudant pedes, aut pallia deiiciunt. Neque vehementer ſpirant, aut efflant igneum. Non appetunt frigidam, 10 & leuiter ſitiunt.

9 In his enim calor minimè eſt acris, ſed vaporoſus.

10 Id fit quia ventriculus multa madidus eſt pituita quæ calorem & ſiccitatem ſitis effectrices cauſas reprimit.

Vrinæ albæ,tenues,aqueæ, crudæ initio ab infirmitate caloris, progreſſu temporis,vt facta concoctione & obſtructionibus ſolutis, craſſeſcunt,multúmque deponunt ſedimẽtum. Frequentior febris hæc conſtitutione phlegmatica,quam proximè deſcripſimus. 11 Longa quidẽ ex ratione materiæ, ſed non ita periculoſa. Addunt Auicennas & Arabum ſectatores, grauitatem capitis, totiúſque corporis, ſopores initio acceſſionis, inæqualitatem frigoris partium extremarum,animi deliquia, 12 ſyncopas. Atque ex ratione generum pituitæ ita diſtinguunt. Primùm quidem ex eo quod guſtus indicat ſalſus, dulcis aut acidus. In ſalſa horrificus motus eſt, vrina rufa, mediocri ſubſtantia. Pulſus fortior, velocior,denſior quàm in cæteris pituitæ generibus, incertis nec ſtatis temporibus cõmouetur, ſitis maior eſt,nauſea à frigore, calor ſequitur,à calore ſudor.

11 Ex Gal. lib. priore ad Glauc. Quo loco quotidianam periculi non expertem eſſe ſcribit, cùm breue tempus naturæ relinquatur:quo ſuas vires colligat.

12 Quales dixeris ſtomachicas, vitio ventriculi orificij à crudis humoribus perfrigerati obortas.

In phlegmate naturali fatuo, ſaliuatio, vrina citrina vel alba & ſpiſſa, pulſus tardus, rarus, nullus ſaliuæ guſtus, grauitas capitis. In phlegmate dulci vrina rubra vel ſubrubra, per totum ſpiſſa, pulſus velox,denſus, paruus, inuadit media nocte. In declinatione ſudor, oris 13 amaritudo, ſitis, capitis grauitas,excrementa fœtida. De vitreo in epiala & aliis.Excrementa omnibus quotidianis deiectiones & vomitus periculoſa.

13 Quæ putredinem materiæ morbificæ inſequitur.

Curatio.

Curatio.

14 Primis diebus cùm tenues ſunt vrinæ, ſæpe etiam albæ, vtendũ eſt incidentibus & aperiẽtibus: materia enim craſſa, quam incidi oportet, & iiſdem medicamentis liberantur obſtructiones. Verùm in ſalſa & dulci, iis quidem 15 leuioribus & pauciori-bus diebus vtẽdũ eſt. In vitrea & acida, fortioribus, ídque pluribus diebus Græci & Arabes ad ſeptim. diem vtuntur. Iuſtus terminus definiri non poteſt.

14 Curandi ratio euariat ſecundum morbi tempora, & materiæ naturam. Initio itaque antequam ad iſta incidentia & aperientia veniatur, oportunum fuerit clyſtere aluum ſub-ducere, aut blandiore cathartico: à quibus interdum de venæ ſectione cogitatur, vt cum aucta febris, & quæ generis eiuſ-dem coeunt indicationes, id præcipiunt faciendum.

15 Pituita enim dulcis, itémque ea quæ ſalſa, minus eſt contumax, leuioribúſque cedit incidentib. & aperientibus cum alioquì à vehemẽtioribus metuendum ſit, ne in vtraque febrile incendium magis inualeſcat.

Conueniunt itaque oximel ſimplex, & hoc le-uior, ſyrup. acetoſus, aqua ſacchari cõdita cinamo-mo. Fortiora 16 ſunt oxymel diureticum, ſcylliti-cum, ſyrup. de duabus & quinque radicibus, & alia deſcripta capitibus morborum phlegmaticorum.

17 Laudatur plurimùm melicratum, hyſſopi, thy-mi, pulegij, ſtœchados, rerúmque ſimilium.

16 Hi ſyrupi craſſos humores potenter incidunt, extenuant ſeparant.

17 Huius aut illorum loco hoc poterit apozema ſuffic. ℞. rad. polypod. quern. petroſ. aſparag. cichor. totius ſe-minis cartham. & paſſul. mundatar. ana ʒ. 1. agrimon. cuſcut. fumariæ ana M. 1. thym. aſpleni, adianth. ana M. ß. glycyrrhiz. raſ. ʒ. ß. ſem. aniſi. fœniculi, melonum & cucumeris ana ʒ. 2. flor. cardiacor. & anth. ana p. 1. f. decoct. ad ℔. 1. In colatura diſſol. oxymeli. ſimpl. & ſyrup. capill.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 664 sur 805

ven. ana ʒ.ß. vel(ſi valentiùs incidendum, attenuandum & detergendum) eiuſdem oxymelitis & ſyrup. de duabus aut quinque radicibus tantundem,f.apoz.clarum, conditum cinamomo,pro doſib.iij.

Verùm habenda eſt ratio,vt iuſta ſit proportio mellis ad aquam. Nam vbi natura ægri frigida eſt, materia febris contumax, frigidum anni tempus, & cætera eiuſmodi,18 ſexta pars mellis miſceri poteſt,alioqui vel octaua vel nona.Hócque perpetuò meminiſſe oportet,in vſu ſyruporum oportere aliàs plus,aliàs minùs dilui. Neque conſuetudo recipiẽda, quæ tantùm duplum aquæ aut ſimilis liquoris imperat,vt ſyrupos diluat.

18 Contra verò in naturis ægrorum calidis, calida tempeſtate, morbifica quoque materia calida, dilutius melicratum eſſe debet:promptè enim alioqui bileſceret, & morbum adaugeret.

Iam præparata materiâ,ſi quidem vrinæ craſſæ & rubentes appareant, videndum eſt, an phlebotomia conueniat. Nam & antè, ſi tales vrinæ fuerint,conueniet multo magis,vbi vel pituita dulcis, vel ſalſa eſt.Arabes calida conſtitutione cæli, dextram baſilicã:frigida, ſiniſtrã pertundunt. Oportet autem parùm detrahere,quia affectus eſt frigidior.

Quod autẽ ad purgantia pharmaca attinet,neque caſſiam,neque tamarindos, aliáque eiuſmodi leuiora recipiunt: quia ſtomachum offendunt, & tantùm quod eſt ſubtile,euacuant.Itaq; & 19 aloë, turpetho,carthamo,& aliis,quæ dicẽtur,vti malũt.

19 Vt ſi in doſi vna ſuperioris apozematis infundas agaric. recens trochiſcati ʒ. 2. zinziberis gran. 6. & in expreſſione diſſoluas diacartham. & diaphœnic. an. ʒ.1. ß.& ſyrup. de abſynth.ʒ. ß. f. potio accommodata. Catapotia quoque clementiore ac humidiore cœlo poterũt imperari.

Et quia ſemel non poteſt repurgari tota materia febris, 20 epicraſi vtendum eſt. Primùm enim, vt antè dictum eſt, materiam incidimus, & obſtructiones liberamus, tum pharmaco vtimur, eóque leuiori, ſed quod ſtomacho non noceat. Quinetiam omnibus medicamentis commiſcere oportet ea, quæ ſtomachum roborant. Etenim in quotidiana ſtomachus ferè laborat : ídque meminiſſe oportet, ſalſam & dulcem pituitam leuioribus educi poſſe, vitream & acidam non poſſe. Propterea in dulci & ſalſa poterit conuenire hæc potio.

20 Vt ſenſim quod noxium eſt, vacues. De epicraſi vide Galen. cap. 10. lib. 9. Methodi.

℞. ſummitatum abſynthij P. 2. paſſularum P. 1. glycyrrhizæ. ſem. aniſi, & fœniculi ana ʒ. 1. Fiat decoctio : in qua diſſolue catholici ℥. 1. mellis roſati colati ℥. ß. Fiat 21 potus.

21 Hæc potio vt ſit efficacior, addetur ʒ. 1. aut ʒ. 1. ß. diaphœnic. Pauperioribus ℥. ß. diaphœnici, vel ʒ. 3. diacarthami, vel electarij Indi (quod Pariſiis præparari minimè conſueuit) totidem drachmæ in aqua abſynthij, menthæ, bugloſſi vel cichorij diſſolutæ ſatis erunt.

Catharticum Auicennæ.

℞. maſtichis, zinziberis, turpethi benè gummoſi ana ϑ. 1. ſacchari albiſſ. ʒ. 1. cum decocto paſſularum fiat potus. Licet vti pil. elephanginis, de hiera, aſſaieret, vt ſint harum alicuius ϑ. 2. agarici ϑ. 1. & incorporentur ſyrupo roſ. pallid. laxatiuo. Laudantur quoque hæ pilulæ.

Pilulæ compoſitæ.

℞. aloës lotæ in ſucco maioranæ, qui ventriculũ roboret, ʒ. 1. agar. ϑ. 1. maſtichis, cinamomi, piperis ana Gra. 8. cum ſucco abſynthij formentur pilulæ.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 666 sur 805

Alioqui.

℞.maſſæ interioris pilul.hieræ picræ Galen.ℑ.4. agarici trochiſ.ʒ.1.ſem.carthami,ſem.vrticæ ana ʒ. ß.turpethi bene gummoſi ℑ.1. maſtichis, roſarum, cinamomi,galangæ ana Gr.6.ſacchari in vino albo tenui diſſoluti q.ſ.cum oxymelite fiant duæ lozengæ pro duabus doſibus, ſumendis tertio, aut quarto quoque die.Aliud.

℞. 22 pul. hieræ diacol. ℑ.2. agarici trochiſ.ℑ.1. nucis moſchatæ & cinamomi ana Gr.8.cum ſyrup. de abſynthio fiant pilulæ.

22 Hæ pilulæ potentiores ſunt, & extirpandæ materiæ dicatæ: quibus cautè vtendum.

Pilulæ probatæ.

Auicennas agarici ʒ.1.aut ℑ.4.corporat melli,aut candē doſim 23.ſem.vrticæ prȩcipit,dátq; breuibus interuallis. Quæ ſequuntur pilulæ,multis probātur.

23 Vrticæ ſemen ſoluit aluum, non trahendo, ſed pungendo & inſtimulando,ac veluti titillando,ex cap.13. lib.6.de ſimpl.med.fac.

℞.pul.hieræ picræ ʒ.1.agar.troch.ʒ.ß.pulpæ colocynth.ℑ.1.maſtichis ℑ.ß.nucis moſchatæ & cinamomi ana Gra.6. cum ſucco abſynthij, formentur pilulæ pro duabus doſibus.Aliæ.

℞.agar.albi,turpethi benè gūmoſi ana ʒ.2.aloës, rhab.corticū myrobalanorum citrinorum, & chebulorū ana ʒ.1.ſem.cuſcutæ & abſynthij, eupatorij ana ʒ.ß. maſtichis, laccæ, aniſi, ſacchari albi, ſpicæ nardi,glycyrrh. ana Gra.18. 24 eſulæ pulueratæ ʒ. 1.cum oxymelite ſcyllitico 25 formentur pilulæ.

24 Quæ ad purgandas aquas eſt valentiſſima.

25 Idem præſtabunt pilulæ de agarico ſolæ, vel cum iis, quæ vulgò ſine quibus vocitantur. Aggregatiuæ quo-

que & aureæ,adiectis,vt videbitur,gran.3.aut 4.trochiſcorum alhandal.Pilulas ſi æger abhorreat, ad potionem ex agarico & rheo infuſis in decocto conuenienti recurrendum.

Conueniunt tempore frigido ad ʒ. 1. nec his tamen recentibus vendum eſt, 26 ſed poſt menſem. Quæ ſequuntur, caput & ſtomachum viſceráque purgant,ſenſus acuunt,colorem reddunt,& diuturnam quotidianam ſanant.

26 Tum enim ſingula medicamenta cum ſingulis meliùs permixta,fermentatáque ſunt.

℞.aloës optimæ ʒ. 3. maſtichis ℈.4. roſarum,epithymi, caryoph. abſynthij ana ℈.1. laccæ, cuſcutæ ana ℈ ß. croci, eſulæ ana Gra. 8. cum ſucco abſynthij fiant pilulæ Doſis ʒ.1.ad 2.Dantur breuibus interuallis.Simul atque apparebunt vrinæ craſſiores, & magis coloratæ, ſtomacho conſulendum eſt per ea, quæ poſteà dicentur. Conueniunt 27 fotus ex oleo cham.anethino, iaſmino:quibus totus venter fouendus,ſpina inungenda eſt,idque cum frictione. Laudata eſt veteribus frictio ex tela araneæ, quæ imbuenda eſt priùs oleis ſupradictis.

27 Fomentis iſtiuſmodi locus nullus erit in viribus minimè conſtantibus, & febre plurimùm intenſa. Fomentaria autem talis erit formula.℞.origan.calamēthi.ſalu. maioran. abſynth.ana M.1. ſeminum aniſ. & fœnic. ana ʒ. 1.cyper.& calam. aromatici an. ʒ.2. flor. chamæmel. melilot. & roſ. rubr.ana p. 1. f. ſacculi: qui bulliant in aqua & vino albo pro ſtomachi fotu, vel etiam alterutrius hypochondrij. Licebit litum comparare,qui fotum proximè ſequatur, ex olei abſynth.& maſtich. ana ʒ.1. olei nard. ʒ. 1.addito caryophyl. nuc.moſcha & roſ. rub. ana ℈. 1. cum pauca cera. Oleum moſchatæ nucis chymica arte extractum horum omnium inſtar eſſe poterit.

Laudantur quoque diuretica. Balnea quoque

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 668 sur 805

in declinatione.

Sed neq; frictionibus,neq; diureticis,neq; pharmacis,multò minùs balneis vtendũ eſt initiis febris.

Quod ad clyſteria & ſuppoſitoria attinet,vbi reſiſtit aluus,imperari poſſunt. Cõparantur autem ex eorũ decocto, 28 quæ incîdunt,attenuant,& flatus diſcutiũt. Inflãtur enim magna ex parte præcordia iis,qui quotidiana laborant. Vomitus quoq; maximè,vbi nauſea eſt,& iis qui facilè vomũt,vtilis eſt.

28 Vt ex decocto parietar. mercurial. origan. calamenth. hord.ſemin.aniſ.fœnic.& ſimilium.

Poſt initia iam vacuato corpore dantur horâ antè acceſſionem quæ ſequuntur.

℞.29 theriacæ vel mithradatij ʒ.1. propinetur ex vino tenui , Probatur quoque decoctum apij, vel quod ſequitur.

29 Theriaca præterquam quod in domitorum humorum contumaciam diſcutit,& viribus ipſis confert, ad refrigerationem etiam ineuntis paroxyſmi inhibendam conducit.

℞.zinziberis,origani,ameos ana ʒ.3. coriandri præparati ʒ.4.roſarum,calamenthi ana ʒ.3.paſſularum ℥.1. coquantur in ℔.6. aquæ ad conſumptionem medietatis.Dantur ℥.3.horâ ante acceſſionem. Vitæ 30 ratio inſtitui debet ex iis,quæ coquunt , attenuant,incîdunt:&vt progreditur morbus,horum vis augenda eſt.Vinum ſit album,tenue,aut vermiculum,vel hydromeli vinoſum.

30 Eadem fermè vitæ ratio ineunda , quæ in tertiana notha,ſed quæ humida ſit minùs. Et quia quotidiana eſt longior,paulò pleniorem victum requirit,parciorem,cum tendit ad vigorem.

Abſtinẽdũ eſt multis iuſculis,quia nec decoctionẽ ita iuuant,& replẽt caput,nec ſtomacho amica ſunt.

Quibus si vtimur, alterare oportet iis, quæ has noxas prohibeant. Adultis auibus vtẽdum est potiùs, quàm iunioribus, quæ sunt humidiores, & excrementosiores.

De febre epiala.

HΠίαλον Græci vocant algorem, & febris genus, in quo sensus totius corporis inæqualis est. Nam 1 partes simul algent & calẽt: ac algor quidem vehemens est, & calor mitis. Hinc epialon appellatum volunt: Ἤπιον Græcis blandum & mite est. Febris huius materia est pituita vitrea, omnium humorum, qui in corpore sunt, frigidissima. Illa, siquidem integra est, neque putrefacta, 2 inexpugnabile frigus infert corpori, & ea, quæ superiore capite pituitam inuehere diximus, symptomata. Vix multa colligitur in corpore: eiúsque causa, vel ciborum materia, vel languidus calor, vel vtrúmque. Si tota putrescit, quotidiana febris est: si tantùm ex parte, epiala. Quæ ergo pars non putruit, algorem: quæ putruit, vapores calidos demittit in corpus, vnde febrilis sensus. Initio oscitatio, pulsus minimus, tardus, rarus, vrinæ crudæ & aquosæ, quotidie ferè inuadit. Accessio à quatuor horis ad vigintiquatuor sed ferè breuior. Aliquando tertio quoque die, aut quarto commouetur, fortasse etiam maioribus interuallis. Neque falli oportet, vt tertianam existimemus, vel quartanam: quia tertianæ vel quartanæ periodis moueatur. Ad cognitionem huius febris antecedens vita, cœlum, ætas, temperamentum, & cætera adhibenda sunt.

Hîc abstinendum 4 phlebotomia. Medicamentis 5 incidentibus & calfacientibus vtendum est: vt

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 670 sur 805

hyſſopi,calamenthi,origani,thymi,ſtœchados, melicratis,quibus quarta pars vini poterit commiſceri. Alioqui ſyrupis vtimur in curatione quotidianæ deſcriptis,initio facto à leuioribus,vt ſyrupo acetoſo,oxymelite,ad fortiores,vt oxymel compoſitum, ſcylliticum,& ſimiles.

Iam inciſa & concalfacta ex parte materiâ, vtendum erit medicamento ex 6 puluer. hieræ picræ Gal.pul.hieræ diacol.ana ʒ.ß.videndúmque erit,vt recentes ſint, & electæ ſpecies, ex quibus pulueres componuntur. Poſt purgationem redeundum eſt ad incidentia medicamenta & alimenta. Atque interuallis glandibus & 7 clyſteribus acrioribus vtendum, in quibus pulueres proximè dicti diſſoluuntur ad ℥. ß. Probant thermas ſiccas, vbi iam ſe produnt ſigna coctionis. Meliores thermæ, ſi ex rebus incidentibus & calfacientibus comparentur.Itaque calamenthum, mentham, origanum, roſmarinum, thymũ,ſatureïam,ſtœchada, & alia eiuſmodi, quatuor partibus aquæ, & vna vini (albi, in fine decoctionis poſiti)incoquemus, atque inde pro ratione virium,8 thermas comparabimus. Valent ſtatim à thermis diatriumpipereon, diacalamynthes, aurea alexandrina,dianthos,& ſimilia data ex vino tenui. Doſis ʒ.i. Poterit quoque his vti tẽpore matutino. Sed optimum fuerit ſtatim à thermis fricari corpus, ſed ſpinã maximè: deinde inungi oleis ſuprà numeratis cap.de quotidiana, aut iis,quæ capite de paralyſi ſcripta ſunt. Poſt hæc reponatur in molli lecto, & ſumpto diatrio pipereo,vel ſimili,conquieſcat.

Vitæ ratio eadem,quæ in quotidiana,ſed attenuet magis,& incîdat.

1 Ex libr. 2. de different. febrium, & libr. de inæquali intemperie.

2 Vt pote sæuissimum rigorem: quemadmodum de colico Galeni dolore ab eiusmodi pituita vitrea oborto scribitur lib. 2. de loc. malè affect.

3 Non enim, vita superstite, tanta vis vnquam frigoris corpori inest, quæ multam congerere possit.

4 Ex quo febrilis caloris, non intensi, certa fit significatio.

5 A misso námque sanguine tenacior pituita magis recrudesceret, vnde febris diuturnitatis metus impenderet.

6 Qualia erunt, syrup. de hyssop. oxymel scylliticum, syr. de duabus & quinque radicibus de bizantiis, cum aquis absynth. bugloss. borrag. Vel apozemata è radicibus aperientibus, itémque enulæ campanæ, ireos, & quæ capite superiore scripta.

7 Raro in potu datur ob amarorem insignem, quo plurimùm ingrata est.

8 Tales ex origano, calamenth. centaurio minore, seminibus calidis, decoquendis, diaphœnico, electar. diacarthamo, hiera, melle anthosato, & oleis calidis, dissoluendis, instituentur.

9 In eorum simplicium decoctum igniti lapides iniiciuntur, & æger papilione vndiquaque tectus toto corpore vapores excipit.

10 Hæc antidota emendandis affectibus frigore conceptis inseruiunt. Idem præstabit mythridatij, & theriacæ vsus. Vel talis opiata præscribetur. ℞. conseruæ anthos, acor. conditi ana ʒ. 2. mythrid. ʒ. 1. puluer. aromatic. ros. descript. Gabriel. ʒ. 1. cum syrupo conseruationis citri fiat opiata, detur ad ʒ. ß.

De Quartana.

QVartanæ materia succus melancholicus, vel atrabilarius: quorum generatio apud Græcos superassatus sanguis, vel flaua bilis.

Arabes torrefacta pituitâ 1 etiam melancholiam

gigni existimant. Quartana alia primùm inuadit, alia febres alias sequitur, 2 maximè erraticas, quam κατὰ μετάπλωσιν appellant, de specie in speciem facta febris mutatione. Arabes verò quartanam nothan hanc faciunt, de qua sent. 29. lib. 3. Prognost.

1 Imò Græci pituitam sua consistentia crassam, ob idque melancholici humoris naturam referentem, quartanarios circuitus efficere profitentur. Qua in sententia est Galenus lib. 2. de crisibus.

2 Harum enim humor non integrè vacuatus, exuritur, crassior fit, melancholiæ naturam induit, tandémque putrescens subiecta quartanæ materia subsistit.

In quartanam verò firmatur febris, quoties intermittit, prehenditque modũ erraticum. Autumno 3 propè est, & cùm tricesimus, aut tricesimus quintus agitur annus. Febrium enim præcedentium materia non solùm putrescit magis cum tempore, sed torrefit, ac velut cinis quidã relinquitur. Quæ materia torrefacta, si aliis quidem partibus putrescit, feruet & commouetur: aliis verò non putrefit, neq; commouetur, quibus febris erronea fit. Contrà verò, si æqualiter hæc fiunt in corpore, quartana fit. Hoc genus quartanæ nothæ ætati consistenti magis familiare. Quæ verò quartana vera est, 4 declinanti ætati, hoc est, post trigesimum quintum annum.

3 Vnde aphorismus Hippocratis 25. lib. 2. Æstiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales, longæ, & maximè quæ hyemem attingunt.

4 Hinc ille Hippocratis aphorismus lib. 5. *Apoplexiæ fiunt ab anno quadragesimo ad sexagesimum.* Quod intelligẽdum scribit Galen. de melancholicis apoplexiis, quòd ea ætas melancholico succo coaceruando opportuna sit.

Qua ætate langueſcit calor, ſanguis melancholicus colligitur, denſatur cutis, & putrefacto ſanguine melancholico quartanæ excitantur. Æſtate breuiores magna ex parte, quia humor tenuior eſt, cutis laxior, & materia facilè diſcutitur. Autumnales longiores, maximè quæ hyemem attingunt. Harum materia craſſior, cutis durior, externum frigus eſt, quod excretionem prohibet, & materiam febris intrò repellit. Nec perpetuò æſtate breues, ſed cùm materia tenuior, ſanguis tempeſtiuè detrahitur, & iuſta vitæ ratio obſeruatur.

Aliæ febres, vitio 5 hepatis: aliæ, vitio 6 lienis: nonnullæ, vitio ventriculi. Ab hepate color albidus, ſubtumidus corporis habitus, vrinæ ſubrufæ ſandarachæ colore: dextrum hypochondrium intumeſcit, 7 maior ſpirandi labor & tuſſis, quàm à liene. Atque hinc 8 ineuitabilis ferè hydrops. Aliquando vitio ventriculi crudus humor verè potiſſimùm colligitur, tam craſſus & contumax, quàm atra bilis.

5 Hepar feruidius atram generat bilem, febris quartanæ ſuſcitabulum. Idem eſto iudicium de cæteris melancholicis affectibus, quorum materia ſæpè vitio hepatis non minùs, quàm lienis, congeritur.

6 Qui infirmus ſi fuerit, impotens eſt ſanguinis fæcem ſecernere: à qua retenta obſtructio, putredo, febris.

7 Obſtructum enim & repletum iecur magis diaphragma ſuo pondere premit.

8 Siquidem hepatis iſtius materiæ multitudine grauati natiuus calor ſanguinis author obruitur, atque adeò extinguitur: vnde στέρησις τῆς αἱματώσεως, ſanguificationis priuatio.

Hinc quartanam gigni posse scribit 9 Aristoteles, id est, febrem, quæ quarto quoque die repetit. Nec id quidem repugnat Græcis, aut Arabibus Medicis. Etenim pituita quantitate pauca, sed consistentiâ multùm crassa & viscida quartanarios, aut etiam rariores, circuitus facit. Sed quæ quartana hæc est, ad epialam referri potest. In vera ac simplici quartana, quæ sæpissimè contingit, 10 initiò quidē frigus est, quod in altum penetrat, vt etiā ossa pertundere videatur, calor sequitur non ita magnus. Non desinit in vomitus bilioſos, sed ferè pituitoſos. Tenues 11 sunt vrinæ & aqueæ, pulsus paruus, rarus, debilis, tardus, occultus, quarto ferè die repetit. Aliquādo tardiùs Autumno, & ætati declināti familiaris, melancholicis naturis, magis etiā, si constitutio anni frigida & sicca est, vita refrigerans & siccans.

9 Scribit enim Aristoteles problemat. 19. sect. 1. pueros quartanæ obnoxios esse, forsan quia in his melancholici humoris (cuius nomine pituitosum & crassum subintellexerit cum Hippocrate, & aliis antiquis Medicis) fit exuperantia.

10 Quartana vera, quæ est ab humore melancholico, his, quæ nunc colligit, circunscribitur signis.

11 Octo primis diebus: quia tum materie crassæ nimium in venas intrat, ingentis obstructionis necessariam consecutionem afferens. Quo fit vt crassior portio nequeat in principio excolari. At longiùs progresso morbo, coloratiores & crassiores prodeunt vrinæ, natura concoquente, & obstructa liberante.

Post initia rigor fit, in declinatione sudores fluūt,
Quòd si etiam lien intumuit, 12 diuturnius malū
est, quàm si ab hepate ortum sit. Resistit aluus, facilior in sinistrum latus decubitus, metuitur hydrops.

Soluuntur quartanæ vrinis craſſis, aliàs albis, aliàs nigris, euntibus mẽſtruis, aut hæmorroidibus fluentibus, profluuuio ſanguinis è naribus, abſceſſu in crura. Acceſſionem 13 ferè habet viginti quatuor horarum, aliàs breuioré. Quartana 14 ſalubris eſt, neminémque iugulat. Quòd tamen intelligi debet non ſimpliciter. Senes 15 enim magna ex parte interficit. Aliquando quoque viſcerum tumor eſt, defluxio in viſcera, aut aliquid tale, vnde mortis periculum eſt. Producitur ferè in tertiũ vel ſextum mẽſem, aliquando in annum, Auicennas in duodecimum annum produci ſcripſit. Nec id mirum. Nam Mecœnas 16 tota vita perpetua febre laborauit, ſupremo triennio nunquam dormiuit.

12 Et ad hydropem ferè ſemper ducit. Eſt enim lien ſanguinis depurandi officina. Vnde ſuo ſi ſuperſedeat officio, aqua in omentum affluens hydropem accerſit. Hippocr. lib. 2. de morbis mulieb. Cæterùm difficiliùs curatur lien, ob eius calorem imbecilliorem.

13 Quinetiam quartanarum acceſſiones ita interdum inualeſcunt, vt duplicem & triplicem quartanam repræſentent, atque etiam ad continuitatẽ progredi videantur. Quod craſſiori & copioſiori materiæ acceptum ferendum eſt. Gal. lib. de typis.

14 Hippocr. ſent. 4. ſect. 3. lib. 1. Epid. & Gal. commentar. in ſent. 71. ſect. 3. lib. 3. Epidem.

15 Omnes enim febres in ſenibus periculo non vacant. Funeſtæ verò his ſunt maximè quartanæ, quia, vt vincantur, multo calore egent, cùm facultas cõcoctrix in ſenibus elangueat, & expultrix quoque ſit infirma.

16 Vide Plinium cap. 51. lib. 7. Sic Antipater Sidonius poëta omnibus annis vno die tantum natali corripiebatur febri: & eo conſumptus eſt longa ſatis iam ſenecta. Ex eodem Plinio.

Ad genus quartanarum longiores periodi referri

possunt. Hippocrates sect. tert. lib. primi Epid. quasdam 17 quintanas, hásque pessimas, facit : quæ aliàs ante tabem fiunt, aliàs tabidis superueniunt, & interficiunt. Idem septimanas longas, verùm non lethales. Præterea nonanas cæteris longiores, sed non lethales.

17 De his quid Galenus senserit, videre est comment. ad sent. 7. sect. 3. libr. 1. Epid. Vbi febris accessiones quinto quoque die, atque etiam septimo, recurrere quidem posse fatetur, sed nouas febrium species constituere negat : quòd illarum causa non alia agnoscenda sit, præter materiæ humoralis portionem, & prauam victus rationem. Vnde vel ad quotidianam, vel ad tertianam, vel ad quartanam, circuitum referantur.

Verùm Gal. in commentario hæc non Hippocratis, sed alterius esse putat : scribítque nullas se vidisse periodos vltra quartanariam. Agnoscit tamen aliquando fieri posse, vt à præcedente febre semen aliquod relinquatur, neque iusta vitæ ratio obseruetur, atque inde fieri, vt vel 7. vel 9. 5. vel. 6. 18 die repetat febris. Verùm non protinus quintana, sextana febris est. Quòd si in ratione vitæ nihil peccatum est, & fiant eiusmodi periodi, quintana fit febris, sextana, &c.

18 Pro maiore, aut minore humoris synatrismo, celeriore vel tardiore putredine & motu.

Paulus lib. secundo quartanæ periodos interim producit vltrà quartum Epialæ circuitus rariores aliquando, quàm quartanarij.

Rhazes & Auicennas, aliorum quoq; experientia, eiusmodi circuitus cognoscunt. Rariores etiam,

vt qui repetant decimoquinto quoque die, ſemel in menſe, ſemel in anno. Exiſtimántque hæc fieri à materia melancholica, pauca & craſſiſſima, quam exuſta craſſior pituita generauit. Nec, ſi vltrà quartanarium, circuitus quintani, ſeptuimani, & alij admittentur, propterea nouæ humorum ſpecies fingendæ ſunt.

Curatio.

Cum quartana 19 clementer agendum eſt initio: neque medicamentis catharticis natura irritanda: medicamenta quoque incidentia, & (vt vocant) digerentia media ſint. Nam quicunque initio non ſolùm catharticis, ſed etiam fortiùs incidentibus, & digerentibus vtuntur, ex ſimplici 20 quartana duplicem omnino maiorem & difficiliorem, ex duplici triplicem, vel omnino ambas maiores, difficilioréſque reddiderunt. Nonnunquam in tempeſtiuo vſu remediorum continua fit, quæ ægros occidit. Tempora igitur huius febris diligenter animaduertenda ſunt. Neque vrina ſola, ſed omnia accidẽtia conſideranda ſunt. Paroxyſmi inter ſe comparandi, videndúmque an grauiora, an minora accidentia ſuperueniant. Verùm quod ad pharmaca attinet, 21 non perpetuo expectanda ſunt manifeſta ſigna coctionis. Aliquando enim multa materia eſt corporibus neruoſis impacta, ſequitúrque paralyſis: cuius ſi qua oſtenduntur ſigna, etiam ſi manifeſta coctio non apparet, maioribus remediis vtendum eſt. Neq; leuioribus pharmacis & clyſteribus interdictum eſt. Verùm, vt primæ venæ leuiter repurgentur, exhibebitur caſſiæ fiſt. ℥. ß. æſtate in ſero caprino diſſolutæ: hyeme verò in hoc decocto.

19 Non deſunt, qui vehementioribus vtendum medicamentis præcipiant, quòd à leuioribus humores tantum commoueri, non educi, putẽt. At melius fuerit ad Galeni mentem totam curationem conuertere, blandiora vniuerſali morbi principio exhibere, ne naturę perperam irritatæ vlla inferatur noxa, inſtante verò coctione valentiora. Lib. 1. de art. cur ad Glauc.

20 Validiora enim incidentia & digerentia febrilem calorem accedendo maiorem putredinem accerſunt.

21 Vulgò lene catharticum, minoratiuum appellant, propinatur: cuius vſu ſubducta parte aliqua materiæ, reliquam natura iam leuata euincat, ex Galen. comm. ad aph. 29. libr. 2. Quale erit. ℞. caſſ. ʒ. 6. rhei elect. puluerati ϑ. 4. vel rhei loco (ſi purgare valentiùs eſt conſilium) confect. hamech. ʒ. 2. cum ſacch. f. bol. Sed vtilius fuerit potionem imperare. ℞. cath. dupl. ſenn. & rh. ʒ. 1. cum decocto conuenient, vel ſero lact. vel aqu. lupul. ſcolop. cichor. f. potio.

℞. paſſul. P. 1. foliorum 22 ſennæ ʒ. 1. cinamomi & ſeminis aniſi an. ϑ. ß. Fiat decoctio pro vna doſi: in qua diſſolue vel caſſiæ, vel catholici ℥. ß. Alioqui ex iuſculo galli vel capi alterato cum multa borragine, bugloſſo, apio hortenſi, lactuca, ſcariola, infundimus, & cum nodulo incoquimus ʒ. 2. foliorum ſennæ, & iuſculum colatum ſorbendum exhibemus: vel eadem folia liquidiore iure piſorum, aut cicerum rubrorum incoquimus, butyrum & modicum ſalis adiicimus, cinamomi etiam puluiſculum, & ita damus. Eadem folia in puluerem redacta 23 pondere ʒ. 2. inſpergimus decocti abſynthij ℥. ʒ. Frequens vſus veteribus fuit epithymi. Nunc folia ſennæ plurimùm vſurpantur. Iam apparentibus ſignis coctionis vtimur agarico, 24 pul. hieræ picræ, hieræ diacol. quibus folia ſennæ trita cõmiſcemus. Veteres etiam elleboro, quidam lapide armeno & lazuli,

lazuli, fortioribúſque catharticis, quæ ex cap. de melancholia repetenda ſunt. Quod ad digerentia attinet, conueniunt ſyrupi 25 capill. ven. de lupulis, ſcolopendrio, adiantho, violatus, de pomis, de fumoterræ, oxymel ſimplex.

22 Parua nimiùm hæc ſennæ doſis. Itaque poteris ad ʒ 2. vel ʒ.3. imperare.

23 Doſis hæc ſatis efficax, plúſque facit, quàm ſemuncia foliorum eorundem infuſorum. Sunt qui eundem puluerem pari doſi cum vino albo aſſumunt, ſed nimis torminoſum illud eſt medicamen.

25 Vt ſint puluer. hier. diacolocynth. ℈.4. puluer. epithy. & fol. ſennæ ana ʒ.2. quæ modico melle excepta in ſero caprino diſſoluantur, ſed huius remedij tutus non eſt vſus in calidiore tempeſtate.

25 Ex his ſyrupis parabuntur zulapia aquis conuenientibus additis, ſcolopendr. fœnic. cichor. fumar. borrag. bugloſſ. vel apozema inſtitues hac forma. ℔. polypod. q. ʒ. radic. cappar. tamariſc. petroſ. & fœnic. an. ℥. 1. agrimon. ſcolopendriæ, aſpleni (ceterach vocant ſeplaſiarij) adianth. bugloſſ. lupul. fumanæ ana ʒ.1. ſemin. frigid. maior. & aniſ. ana ʒ. 1. flor. cadiacorum & geniſtæ ana p. 1. f. decoct. ad ℔. 1. In colatura diſſol. ſyr. de ſcolopend. & de bizantiis. vel oximelitis ſimpl. & ſyr. de lupulis ana ℥. 1. f. apozema, vt decet.

Deinde etiã apparentibus ſignis coctionis, 26 oxymel diureticum, ſyrupus de bizantiis, ſyr. de epithymo, Saboris, oxymel ſcylliticum. Alioqui melicrata ex abſynthio, eupatorio, chamædri, ſcolopendrio, radice capparis, fœniculi, petroſelini, ruſci. geniſtæ, fraxini, polypodij, tormentillæ, tamariſci, glycyrrhizæ, & ſimilium. Aut ex his ſyrupos, apozemata, comparamus, feréque paſſul. borrag. 27 cuſcutam, ſcariolam, cichorium, quatuor ſemina frigida ma-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 680 sur 805

iora,ſe.aniſi, fœniculi,carui,ſem.portulacæ,coriandri commiſcemus. Mel item paſſularum priùs deſcriptum,aliquid aceti,decoctum limacum,28 ranarum viridium,ſuccum pomorum odoriferorum,ex quo etiam ſyrupus concinnatur.

26 Hic, ſi vitium aliquod iecur obſederit,miſcentur ſyrupide cichorio,de endiu.acetoſus.

27 Hæc præſertim adduntur,ſi atra bilis ſit vſta.

28 Remedia id genus empirica minimè vſurpanda ſunt. Ranæ autem virides ſi cui quartanæ ſunt vſui, eum à venenata ſua qualitate, qua virus quartanæ oppugnant, depromunt.

Sed in his omnibus diiudicandum: initiò enim leuiora conueniunt, vbi neque fortiter calfaciendum, neque refrigerandum eſt. Eligendáque ſunt, quæ vel temperata, vel proxima temperatis ſunt. Vſus calidorum, cum iam viget morbus, & apparent ſigna coctionis manifeſta, vt ſudores & vrinas moueant.

Quod ad 29 phlebotomiam attinet,ſi quidem corpus craſſo ſanguine abundat & redundat,ſi gracile corpus eſt,ſi 30 venæ turgidę,ſi ſuppreſſa aliqua ſolennis purgatio, vena ſecanda eſt,ſatis amplo foramine facto.

29 Satius fuerit poſt purgationem initio inſtitutam venam pertundere, quàm febris incrementum expectare, maximè verò ſi affulſerit plethora, aut ſolennis aliqua vacuatio fuerit ſuppreſſa. De temporis miſſionis ſanguinis delectu non inter omnes conuenit. Aliis placet hora paroxyſmi, qua commotus humor ſe ſequaciorem præbeat:aliis improbatur. Sedtutiùs die paroxyſmum præcedente vena ſecatur.

30 Vide ne flatu tantùm turgeant.

Atque vbi niger & craſſus ſanguis effluit, pro ratione virium & multitudine ſanguinis deplendum eſt. Si tenuis & flauus, ſtatim claudenda vena eſt, feréque aperitur baſilica ſiniſtri brachij, vel ſaluatella, ſiue ſplenica vena inter annularem & auricularem ſita, ſi quidem 31 viribus metuimus. Atque aliquando periculi gratiâ, vt qualis ſit ſanguis, cognoſcamus, vena inciditur.

31 Interna enim axillari pertuſa maior fit præ vaſis capacitate ſpirituum effluxio. Attamen ſplenicæ illius & paruarum eiuſmodi venarum ſectionem Gal. irridet lib. de curatione per ſang. miſtionem.

Suppreſſa purgatio ſuo modo incitanda eſt. Eſt & in quartana thermarum & balnei vſus. A balneis (inquit Galen. lib. 1. ad Glauc.) penitus arcendi non ſunt: à quibus ſi omnino abſtineant, ſolis contenti frictionibus plurimùm iuuari poſſunt. Galenus videtur omnino reiicere, niſi conſuetudini 32 aliquid concederet. Hippocrates & Arabes, recentioréſque practici hoc modo vtuntur. Ante ſigna coctionis 33 dulcia quidem balnea, leuiter calfaciẽtes thermas, vt breuis mora ſit, permittunt, ídque ante cibum, obſtructionis metu, 34 extráque paroxyſmum, vt die acceſſionem præcedente. Apparentibus verò manifeſtis ſignis coctionis, fortiora balnea & ſtuphas permittunt, eadémque frequentiora. Quorum iuſta ratio eſto. Nam in quartana, per initia quidem, 35 omnis motus corporis & animi, qui quidem vehemens ſit, vitandus eſt. Poſtea verò is conuenit, ſiue fiat 36 per pharmaca, ſiue 37 per potiones, & alia quæuis remedia. Debent autem & thermæ, & balnea ex dicta materia comparari: gra-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 682 sur 805

tia exempli. Chamæmelum, melilotum, anethum, herba fœniculi, posteà etiam calamenthum, melissophyllum, pulegium, stœchas, origanum: coquãtur aquâ, vnde lauacra fiant, & vapor thermarum excitetur. Iam apparentibus signis coctionis, à thermis & balneo tempestiuus vsus est theriacæ. Quartanarios (38 inquit Gal.) multos sæpè hoc ordine curaui: eo die, quí accessionem præcedit, vomitũ à cœna commoui: postridie mane cremorem absynthij exhibui, tum duabus horis ante accessionem, theriacam dedi, ídque tam fœliciter cessit, vt postea nõ redierit accessio. Hoc modo igitur ex Gal. Arabibus, & recentioribus Medicis in quartana te habebis. Vbi iam apparent signa coctionis manifesta, pridie accessionis, ex decocto sem. atriplicis vel raphani ad ℥.5. vel 6. dato, aqua, vel ptisana tepida digito immisso in gulã, penna illita oleo, 39 vomitum à cœna commouebis. Stomachum oleo absynthij inunges, somnum in noctem procurabis manè.

32 Cui tamen perpetuò parendum non est. Non enim semper inhærere iis, quibus assueuimus, sed & contraria tentare nonnunquam nos oportet. Gal. comment. ad aphor. 50. lib. 2.

33 Qualia, quæ ex aqua potabili comparata calore temperata sunt, & leuiter digerunt.

34 Quam cibi nondum cocti, & humores crudi caloris impetu ad cutim protrusi ingenerarent.

35 Quamuis enim tum temporis mitis sit febris, & intermissionis diebus ad consueta munia æger redire possit, concitatiore tamen corporis motu, aut animi contentione, verendum ne melancholia efferetur, & proinde concepto incendio febris ingrauescat.

36 Vt si in expressione ʒ. 2. aut ʒ. 3. folicul. sennæ in quantitate suff. apozematis superior, cum ʒ. 1. seminis

anis.infusorum dissolueris cathol. & syr. de scolopend. aut capill.ven.vel lupulor. ana ʒ. 1. confectionis hamech ʒ.2. vel huius loco, diacarthami, aut electarij de succo rosarum tantundem.Pridie accessionis,quo tempore se admotum natura componit, commodiùs sumetur.

37 Præparantes, roborantes, vt per electaria, condîta,&c.

38 Ex Gal.lib. de Theriaca ad Pison. cap. 26. Theriaca (inquit) exugens atram è venis & liene bilem, veluti virus quoddam, quartanis & melancholicis affectibus plurimùm confert.

39 Impuritas enim ventriculi cibo permista faciliùs vacuatur,iuxta aph.13. lib.4.

℥.summitatum absynthij M. ß.fiat decoctio in aqua ad ʒ.3.colatura detur, quæ modico cinamomi cõdiri potest.Ex quo duabus horis antè accessionẽ, ℥.40 theriacæ bonæ & antiq.ʒ.1. vel ϑ.2. dissol.in vino albo tenui ad ʒ.3.in quo calido chamædreos pugillus maduerit.Alij etiam initio paroxysmi eundem potum imperant: hócque meminisse oportet, eum diem, qui præcedit paroxysmum commodissimum esse & pharmacis,& aliis remediis.

40 Videndum diligenter, ne theriaces vsu intempestiuo, vt pote ante coctionẽ, febrem ingemines, & ex euentu fermè incurabilem reddas.

Alia quoque 41 antidota interuallis sunt danda, multò magis vbi manifesta signa coctionis apparent.Plurimus vsus theriacæ, mythridatij,aureæ alexandrinæ,Dosis à ʒ.1.ad ʒ.2. ex vino, decoctione chamædreos, aqua ligustici (quæ ad stomachi inflationes pręcipuè valet)cuscutę,scolopẽdrij,fumariæ,lupulorum,capill.ven.valerianæ,calamenthi & rerum similium.Probatum quoque & hoc.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 684 sur 805

41 Cuiuſmodi erunt, quæ incidant, obſtructa ſoluant, cruditates tollant, flatus diſcutiant, vt diatria ſantalum, diatrium pipereon diaſpolitic. & ſimilia.

℥.42 cinamomi ʒ.2. piperis ʒ.1. croci, myrrhę, ſtyracis, ſagapeni, ana ʒ.ß. benzoini ʒ.3. rad. gentianæ ʒ.2. excipiantur melle. Doſis ʒ.ß. aut ϑ. 2. ex aqua calida. Eadem doſis caſtorei, vel bituminis Iudaici. Dentur autem duabus horis ante paroxyſmum. Fotus & 43 illitiones non ſolùm ſtomachi, ſed & viſcerum, lienis præſertim, primùm quidem ex iis, quę remolliunt & relaxant: deinde additis, quæ flatus diſcutiunt & apperiunt. Conuenit oleum chamæmelinum, aneth. abſynthij. Adduntur & ſemina apij, rutæ, cumini. Solenne fuit veteribus Medicis, obſeruatum quoque recentioribus, vt præter ſupra dicta remedia, quæ antè paroxyſmũ deſcripta ſunt, 44 ſpinam, ſcapulas, brachia quoque inungerent, imminente febre. Cui rei conueniunt oleum chamæmelinum, de cucumere agreſti, oleum, in quo roſmarinus coxerit, & ea quæ in paralyſi dicta ſunt. Sic enim præciditur cauſa paralyſeos, quæ aliquando quartanariis accidit, ob craſſos humores neruis impactos. Deinde rigor anteuertitur. Probatum hoc linimentum.

42 Hæc vſurpari non ſolent: quæ ſi in vſum reuocentur, ſumma cum cautione præſcribentur. Facit autem hæc miſtio ad ventriculi cruditates, flatus, obſtructiones, & coctionem mirificè iuuat.

43 Sæpiùs enim hîc inflatur ventriculus, intumeſcit ac induratur lien: quibus partibus malè affectis litubus, fomentis, emplaſtris, & aliis eius generis remediis ſuccurritur.

44 Ad lenienda ſymptomata, atque imprimis horroris vehementiam. Illitæ ſiquidem oleis calidioribus hæ partes præterquam quod frigori fortiter reſiſtunt, ſudoribus ſæpè ſenſim diffluunt: vnde ſubtracta materiæ, quæ factura erat paroxyſmum, parte, vel nullus ſequitur paroxyſmus, vel certe multò minor.

℞. ſucci rutæ ʒ. 2. olei ſcorpionum ʒ. 4. vini maluatici ʒ. 3. feruefiant ad ſucci conſumptionem, & addito ceræ momento fiat linimentum. Aliud.

℞. cinamomi, piperis ana ʒ. 2. terantur tenuiſſimè & miſceantur: & poſtquam ſpinam oleo chamæ. inunxeris, puluerem inſpergito: ſequentibus paroxyſmis idem & in ſcapulis & brachiis facito.

Poſt hæc autem, quæ fieri debent imminente paroxyſmo, molli lecto ægrum reponito, bene contegito, lateres calidos perfuſos vino tenui odorifero, & linteolis conuolutos, 45 plantis pedum, & volis manuum admoueto, vel aliter contra frigus munito.

45 Sed cum ſuccenſus fuerit calor, lateres ſubmoueto, ne pro quartana continuam inducas.

Iam vigente morbo, vrinæ & ſudores moueantur. Cui rei melicratum è calamentho, mulſâ, in qua anethum, ruta & ſimilia coxerint: 46 gaiaci decoctum conuenit.

46 Dummodo quartana mitior ſit à ſucco melancholio, non atrabilario. Decoctum dilutius erit propter febrem: vt ſi maceres in libris aquæ 10. vel 12. ℔. ß. gaiaci, & ſingula coquuntur ad tertias, addit cichorio, vel oxalido & liquiritia ad finem decoctionis. Interim diligenter conſider. an tumidum ſit dextrum hypochondrium: tunc enim gaiaci vſus non admittendus.

De vomitu ſic habeto. Qui iſagogem ſeu Medicum ſcripſit, initio paroxyſmi extrema calfacit, in

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 686 sur 805

remiſſione 47 vomitum prouocat. Græci à cœna vomitum ferè imperant.

47 Melancholici potiùs per inferiora purgandi, ex Hippocrate aphor. 9. lib. 4. Sed cum in quartana vomitus imperatur, id fit non ad coniunctam febris materiam, quæ rarò per vas venoſum appellatum in ventriculum recipitur, ſed ad antecedentem exigendam.

Auicennas ante cibum, poſt cibum, hora ante paroxyſmum, initio paroxyſmi. Practicis recentiores initio vomitum prouocant, & ante paroxyſmũ. Commodiſſima hora eſt commota materiâ, & facilè ſequenti. Id fit initio & remiſſione paroxyſmi: fit etiam iam cœnatis.

In clyſteribus eadem ratio ſeruari debet, quæ in pharmacis. Primùm enim ex remollitiuis vocatis, adiecto furfurum cremore, prunorum & paſſul. decocto. Poſteà verò vbi materia cœpit cõcoqui, paulò acriores clyſteres conficimus. Diſſoluimus autem initio quidem caſſiam fiſtulam. Denique etiam cum materia decoctionis epithymum, folia ſennæ incoquimus, ad ʒ. 2. vel 3. hieram picram 48 diſſoluim. ad ℥. ß. vel Galeni, quæ leuior: vel Oribaſij, quæ acrior, Cuius hæc eſt deſcriptio.

48 Sepiùs melle incorporata datur bolo, vel pilulis deglutienda: rariùs propter inſignem amarorem diſſoluitur, vt antè dictum eſt.

℞. aloës ʒ. 2. & Gran. 6. ſpicæ nardi, aſari, maſtichis, croci, xylobalſami ana Gra. 9. corticis rad. ellebori nigri ϑ. ß. terantur omnia, incorporentur ex decocto pulegij, vel ſucco, abſynthij, alioqui melle, vt gratiora ſint. Diſſol. autẽ huius picrę melle incorporatæ ʒ. 2. 3. vel ℥. ß. qua & vti licet iam progreſſo morbo ad ʒ. 1. vel ϑ. 4. ſi inde formentur pilulæ.

Alioqui imperabis pul. hieræ picræ ʒ.1.pul. ſennæ ʒ.ß. incorporabis ex ſucco abſynthij, in quo ſemiſcriptulum corticis rad. ellebori nigri madefeceris.

Quòd ad victum attinet, conuenit initio è materia media, interuallis quoque ab initio ad vigorem rebus acribus, vt ſinapi & pipere, & ſalſamentis vti licet: quanquam & poſt vigorem tempeſtiuus vſus eſt. Similiter 49 diatriũpereon, diaſpoliticon ad ʒ.2. ex ℥.3. vini vel maluatici, vel tenuis & odoriferi, ídque ante paroxyſmum. Id autem fiet commodè, vel tertio, vel quarto quoque die. Salſamentis veterum ferè caremus, neque, vt ſalſamenta Græcis & Arabibus permittantur, quibúſuis rebus ſale condîtis vtendum eſt. Non enim bubula aut ſuilla, non icthiocola ſeu molluta, 50 in ſumma iis, quæ craſſum ſanguinem gignunt, quæ nimiùm ſiccant, quæ viſcidam materiam relinquunt, vti oportet. Nam ideo ſalſamenta imperantur, quia ſal incidit, attenuat, diſcutit excrementa, ſiccat, virtutem colligit & roborat.

49 Regione & tempeſtate frigida, necnon declinante ætate. Impenſiùs enim æquo electarium iſtud calfacit.

50 Tale aliquid ſcribitur à Galeno lib. 3. de loc. mal. affect. cap. de melancholia.

Vitanda ſunt, 51 quæ refrigerãt & ſiccant, niſi tẽperẽtur aliquo, quod humectet. Siccãt capillares & refrigerãt, ſcolopendriũ, & alia, quibus hîc vtimur. Sed aliis, vt ſaccharo & aqua, corrigãtur. Refrigerãtia verò & humectantia prohibet ex Græcis Aëtius.

51 Vt enim ratione febris conducant, nocent tamen, humorem melancholicum altiùs impingendo. Quartana tamẽ ab atrabilario ſi fuerit, non æquè obſunt.

Auicennas permittit iuſto modo, vt ſcilicet, facilis ſint coctionis, boni chymi, quantitate modica, & ſi quidem nihil metuimus, ne inde vis concoctrix ventriculi offendatur, túmque corrigẽda ſunt. Numerat lactucas, endiuiam, melones, perſica. Melius fuerit vti perſicis conditis, ceraſis & eiuſmodi fructibus æſtiuis, 52 qui ſaccharo condîri ſolent, & ita ſeruari. Alioqui perſica coquuntur, ſi recentia ſunt, nec condîta. Ceraſa duobus vaſis concluſa cum modico vino macerantur. Saccharum inſpergitur: ita prodeſſe poſſunt, nec nocent. 53 Vino quoque contra errorem multorum perſica infundi poſſunt. Nam hoc à vino accipiunt, quod & inde frigiditate temperantur, nec facilè corrumpuntur.

52 Alioqui enim ſi conditi non ſint hi fugaces fructus, humores facilè generant obſtructionis & putredinis authores.

53 Vinum ſit album & oligophorum, capillo. vent. aut vnius decocto aſpleni dilutum.

Lactuca & endiuia leniter feruefiant ad acetariam parandam. Saccharum inſpergatur. Probantur conſeruæ violarum, roſarum & borraginis. Sed perpetuò diſtinctio adhibenda eſt, vt in vſu horum omnium remediorum rationem ineamus naturæ, materiæ, ægri, cœli, regionis & reliquorum eiuſmodi.

De 1 febre ardente.

CAuſas habet procatarcticas quidem, res non naturales, quæ ſiccãt & calfaciunt immodicè.

1 Quæ hoc nomine donatur κατ' ἐξοχὴν, & paſſim ab Hippocrate ignis, ob inſignem, quo cæteras anteït febres, ardorem, appellatur. Quanquam tamen non tantùm de vero cauſo, ſed etiam febre qualibet vehementiſſima, vt

synocho vtráque, interdum febris ardens dicatur. Fit à bile flaua in latioribus vasis vnà cum sanguine effervescente. Gal. comment.in sent. 73. sect. 2. libr.1.Epidem. Quòd si, vt plerúmque fit,pituita salsà bili commisceatur,ardens non exquisita erit.Ex commentar.ad sent.13.libr.4.de vict.rat. in morb. acutis.

Qualis est vehemens ardor solis, liberalior potus vini fortis, longa sitis, alimenta quæ calfaciunt & siccant.Plurimus labor,venus,vigilia, cæteráque eiusmodi: ex quo venæ exhauriuntur, exsiccantur, effervescit sanguis,affectio sequitur, quæ febris ardens appellatur. Huius indicia 2 pathognomonica eadem,quæ in tertiana: sed vehementiùs aucta,nisi quòd neque præcedit rigor particulares accessiones, neque sequitur excretio:nam hæc fieri solent in ardore,cum 3 omnino morbus iudicatur.

2 Pathognomonica causi signa duo sunt præcipua, sitis inexpugnabilis, & exurens calor. Gal. comment.in sent. 34. sect.3.lib.3.Epid.

3 Tum enim iudicatio fit & morbi solutio, quum febre ardente laboranti superuenit rigor. Ex Hippocr. aphor. 58.lib.4.

Sitis est vehemẽs,fastidiũ,4 iactatio corporis, 5 lingua arida, scabra,nigra, deliriũ, 6 ventris erosio,effusio alui perpallida,7 vigiliæ interim perpetuæ,

4 A tenuium humorum acrimonia corpus vndique lacessente.

5 Ab immodico calore, & tota corporis affectione sicca.

6 Si contigerit humores acres hîc confluere.

7 Non enim hîc vlla ἀναθυμίασις, seu blanda sanguinis euaporatio exurgit, quæ somni conciliandi sit potens: imò continua fit acrium vaporum cerebrum exsiccantium ad caput metastasis.

interim 8 profundi ſomni, eleuatis vaporib. craſſis, qui cerebri meatus obſarciunt. Nonnunquam fatigata virtute, vigilandi impotentia, & falſus ſomnus, interim nimiùm reſiccato gutture, vox clangoſa & propterea mala, part. 13. lib. 1. Porrhetic. ac veluti 9 rauca, peſſimum ſignum & lethale. Celerrimè interficit hic morbus, 10 quarto aut ſexto ferè die, cùm à merabile natus eſt. Nam & ardor eſt, in quo flauæ bili crudus humor aut pituita ſalſa commiſcentur. In hoc genere magna corporis perturbatio, capitis grauitas & dolor, conuulſio, à quibus mors. Vrinæ craſſæ ſunt & turbulentæ.

De ea re hiſtoriæ ſcriptæ ſunt ab Hippocr. libris Epidem. de Polyphanto, Philini vxore, & Sileno in Epidemiis. Actuarius cap. decimoquarto libr. 1. de vrinis adoleſcentis meminit: qui poſt denſum & conturbatum lotium conuulſus expirauit.

Cauſa huius vrinæ crudus humor & craſſus, putrefactæ bilis ardore agitatus, multo prædituſ ſpiritu: vnde turbatio: à qua in caput ſublatus vapor craſſus & mordax, qui dolorem, grauitatem, cõuulſionem, mortem denique inferre ſolet. Celerrimus hic morbus, atq; periculoſiſſimus. Initio ergo præſagium inſtituendum eſt, vt calumniam declines.

8 Non morbi ratione, ſed temporis, vt auſtrini. Comment. ad ſent. 34. ſect. 3. lib. 3. Epidem.

9 Ab arteriæ inæqualitate ex ſiccitate contracta.

10 Quia tantum ardorem perferre natura nequit. Itaque vel breui moleſtam cauſam excutit, vel ab eadem euincitur, & triumphata fatiſcit.

Si itaque omnia ſupradicta accidentia ſtatim initio magna ſunt, ſi anxietas, timor modicus, rigor

ſubinde motus, ſudor lenis in fronte & clauiculis, multa delitia ſunt, ſqualeſcit cutis, carpuntur flocci, conuelluntur veſtes, ſtragula colliguntur, frequens motus eſt digitorũ, difficiliùs ſpiratur, 11 vehemens cordis motus eſt, extrema non ita calent, aut etiam frigeſcunt, nec facilè ad calorem reuocantur, ſi diebus paribus exacerbatur, ſi tertius & quartus difficiles ſunt, ſi vrinæ tenues, nigræ, crudæ, paucæ, aluus quoque adſtricta eſt, aut deficit, quæ colliquationẽ indicãt, vel ea excrementa, quæ ab Hippocrate, lib. 2. Prognoſt. 12 lethalia deſcribuntur, ſi guttæ 13 ſanguinis naribus extillent, ſi non ſitit pro ratione, curatio tentanda non eſt, ſed prædicenda mors. 14 Hyeme ferè periculoſior ardor eſt. Eorum verò ſi nihil eſt, aut lenia omnia, vel pauca quidem, & ea quidem minùs lethalia, deſperandum non eſt: quẽadmodum & ſpes eſt ſalutis, ſi omnino adfuerint contraria.

11 Propter conceptum incendium. Extremæ verò partes vel frigent, vel minùs calent, à reuocato è circumferẽtia corporis in eiuſdem centrum & meditullium calore.

12 Qualia aquoſa, candida, crocea, ſpumantia, pinguia, glutinoſa, nigra, liuida, æruginoſa, fœtida. Iſta ſanguinis ſtillicidia Philiſci, Epaminonis & Sileni exemplo improbantur Hippocrati conſtitutione temporis tertia libr. 1. Epidem.

13 Indicio enim eſt vel virtutis extinctionem in propinquo eſſe, vel reſolutam fore facultatem appetitricem, aut mentem labefactatam collabi.

14 Non enim eſt tempori congener. Itaque oportuit cauſam concurriſſe maximam, quæ contrarietatem temporis ſuperârit. Ex comm. ad apho. 34. lib. 2.

Differt à Synocho putrida. Synochus enim pu-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 692 sur 805

trefacto fit ſanguine: ardor à bile. In ſynocho 15 vna eſt, ſibique ſimilis ab initio ad finem exacerbatio. Ardor alternis diebus exaſperatur. Iudicatur ferè hæmorrhagiâ, vomitu, ſudore, alui deiectione, vrinis, in ſumma, excretione. Genus autem excretionis his ſignis iudicabis. Sanguinem è naribus oſtendunt aures & ceruix rubentes, cætera pallida, ſpontaneæ lachrymæ, caligo oculorũ. Interim cum ſplẽdore grauitas capitis, colli, frontis & temporum, pulſatio venarum, quæ illic ſunt, pruritus narium, contenſio hypochondrij ſine dolore, pulſatio ſpinalis arteriæ, faciei rubor, vrinæ, & alui excrementa ſine cauſa manifeſta candicantia, pulſus magnus, manus tremulæ.

Eſt autem ſalutaris fluxus ſanguinis, ſi die fiat decretorio, quod & reliquis excretionibus criticis cõmune eſt. Si è directo fluit, ſi fluit affatim, non ſtillat guttatim. Stillare enim peſſimum, præſertim quarto, ex ſect. 3. lib. 3. Epid. Verna conſtitutione, aut calida, temperatis corporibus, & bilioſis iis, qui nondum triginta annos ſuperant, vel etiam agentibus annum 35 magis accidit. Vomitus autem ſigna ſunt horror inferiorum partium, frigus, pulſus durus & inæqualis, mordax capitis dolor, tenebræ obiectæ oculis, ventriculi dolor, 16 inconſtantia labri inferioris, tenuis ſputatio. Fit poſt annum trigeſimum. Pueris etiam & in febribus admodum bilioſis. Sudorẽ prænuntiant 17 pulſus vndoſus & præmollis, rigor proprius ferè ardoribus, cum imminet criſis, ſuppreſſa alu⁹ ſimul & 18 vrina, ſuppreſſa vrina & modicè mota aluus. Deliria incrementi, partes calidiores & rubidiores, vapor calidus, humida

anni cõſtitutione fiũt magis. Sudores calidi eſſe debent, & toto corpore diſpergi. Aliarum excretionum nulla propria ſigna ſunt. Sed cum ſuperiorum ſigna non apparent, & criſis imminet, inferiorem excretionem prædicimus per aluum, & vrinas. Interim etiam lumbis prægrauatis, tenſis & dolentibus in mulieribus, mẽſtruorum fit eruptio ſalutaris.

15 Increſcens, decreſcens, aut æqualis. Quo fit vt his in ſynochis locum non habeat ille Hippocratis aphoriſmus. Circa finem & initium morborum omnia ſunt remiſſiora, in ſtatu vehementiora.

16 Is libri inferioris tremor fit à bile interiorem ventriculi tunicam, quæ oris partibus communis eſt, mordicante.

17 Significat enim multam ſubeſſe materiam, quam ſolui in ſudores oporteat.

18. Siquidem transfertur ad cutem materia vrinis cum ſudoribus communis.

Curatio.

Bilis repurganda & extinguenda. Primúmque animaduertendum, vtro remedio potiùs vtendum ſit, phlebotomia, an cathartico. In idea & omninò exquiſita, 19 phlebotomia omittenda eſt. Suſpecta quoque in ea, quæ ad ideam proximè accedit. In aliis ſi numeri phlebotomiæ conſentiunt, etiam ad animi deliquium, 20 authore Galeno, ſanguis detrahi poteſt. Nunc verò animi deliquium expectandum non eſt. Veteres etiam 21 purgationibus vtebantur aliis quidẽ fortioribus, aliis leuioribus: præferendæ 22 leuiores. Hippocrates quarto de vict. ratione in morbis acutis 23 aſinino lacte cocto, Gal. etiam ſero vtebatur. Mollibus clyſteribus ex iis, quæ feruorem febris extinguunt, vti licet: vt paratis

è ſero lactis, è decocto violarum, maluæ, roſti porcini, & ſimilium. Saccharum potiùs, quàm mel, in his diſſolue, oleum violatum potiùs, quàm commune. Catharticum conueniens 24 caſſia eſt in ſero lactis diſſoluta, aliquando etiam infuſum 25 rhabarbarum, quæque cap. de febre tertiana dicta ſunt. Maxima pars curationis in 26 extinguenda bile conſiſtit. Extinguitur commodiſſimè victus ratione. Decumbat igitur loco ſuaui auræ expoſito. Quòd ſi locus ſine ventulo eſt, flabello vtendum eſt.

19 Quia in ea ſola bilis putret citra ſanguinis copiam.

20 Galen. cap. 4. & 5. libr. 9. Method. & commentar. ad aph. 23. lib. 1. Aphoriſm.

21 Exoletæ ſunt fortiores iſtiuſmodi veterum purgationes, & ſcammoniacæ & acriores.

22 Sequax enim humor eſt bilis, qui cartharticis cedit clementioribus. Humores tamen turgere ſi contigerit, paulò fortioribus præſtabit vti.

23 Hoc lac ſelegit Hippocrates, quod nullius ſit acrimoniæ particeps, & coctione longa flatus ſuos demiſerit, quia humidiſſimum eſt, & promptiùs aluum ſubit.

24 Præſtiterit caſſiam bolo dare ad ʒ. 1. vel ʒ. 10. cum rheo puluerato, aut alio cathartico: diſſoluta enim implacida eſt.

25 In decocto ſcilicet conuenienti, vt pectorali vulgò dicto: vel tamarindor. endiuiæ, lactuc. ſcariol. & ſimil. refrigerantium, vitatis tamen adſtringentibus.

26 Plus enim qualitate, quàm quantitate, peccat.

Mollis ſit culcitra, ſtragula & linteamina tenuiſſima, minimè aſpera, & ſordida. Ideóque contra errorem vulgi 27 ſubinde commutanda ſunt.

27 Niſi tempus inſtiterit criſis, quo nihil mouendum.

Lectus

Lectus amplior ſit, vt ſubinde locum commutet æger atque vt aër, qui imbibitur, frigidus ſit: corpus reliquum 28 non ita perflatur ac refrigeretur, præſertim acceſſionis initio, & incremento. Obſcurum aërem commendat Hippocrates. Alij 29 neque obſcurum, neque lucidum. De eare iam diſceptatum eſt cap. de phrenitide. Æſtate etiam aër cubiculi flabellis excitari ac refrigerari poteſt: aqua putealis alioqui frigidiſſima è vaſe in vas ſæpiùs transfundatur, vt etiam ſtrepitus ad aures ægri perueniat. Solum inſternatur roſis, capreolis vitiũ, lactucis, nymphea, portulaca & ſimilibus, aquâ roſarum & aceto, aqua frigida: rami quoque è ſalicibus toto cubiculo componendi ſunt, ac ſubinde commutandi. Siccati enim iam lædunt. Quòd ſi aër non admodum calidus eſt, ſed temperatus, eo contentus eſſe poteris. 30 Victus potus ſit magis, quàm cib⁹ 31 mulſa cocta, ſed diluta, noſtro more, aqua cocta modico ſaccharo cõdita. Quæ ex hordeo potiones, ſorbitiones, alimenta comparantur, detracto cortice hordei (ad tollendã ſiccitatem, cortex enim ſiccat) cõparentur: hordeata diluta ſint. Aqua frigida ante vigorem vſui eſſe non poteſt. Aëtius permittit, ſi quintam partem aquæ temperatæ ad aquam frigidam adiicias. Verùm potius vtêris aqua, vt priùs, cocta, & modico ſaccharo violato cõdita, vt ſit octupla aqua, ſub octuplum ſaccharum.

28 Perflatum námque corpus minùs liberè perſpirat: vnde augetur putredo & febris.

29 Sæpiùs aër deligitur ad ægri arbitrium.

30 Vt iuſculum pulli gallinacei cum herbis refrigerantibus, oxalide, portul. lact. omphacio & ſimilibus alterati & cocti: gelatina ſine cinamomo, expreſſa, deſtillata,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 696 sur 805

Atque hæc quidem humida inſtituuntur, quia liquidus victus magis humectat, celeriùs & faciliùs coquitur.

31 Mulſæ vſus, quamuis dilutæ, non probatur. Satius erit ſaccharo edulcatam aquam coctam (Hippocraticam appellant) vſurpare, cui tantillum limonum, aut granatorum ſucci ſit immixtum.

Alioqui pane priùs cloto, abiectáq; priore aqua, aquam conficies, quam panatam vocant, eámque frigidiſſimam propinabis, ſed maximè in vigore, & declinatione particularis acceſſionis, multò liberiùs. Iam apparẽtibus ſignis coctionis, pruna multa aqua cocta cibo eſſe poſſunt. Præter hæc ceratum album refrigerans Galen. ilinendum eſt partibus, in quibus maior feruor eſt, vt hypochõdriis & thoraci. Dictum autem prius ex vna parte ceræ, quatuor partibus roſacei ſimul liquatis, vaſe duplici cõparari. Atque vbi refrixerit, in aquã frigidiſſimam demergi debet, ſubigíq; vel ſucco lactucæ, vel ſemperuiui, vel eorum, quæ refrigerant ſimul & humectant. Si in thorace feruor eſt, loco roſacei, violaceũ eligendum eſt, meliúſque fuerit olea priùs elui. Roſaceum ex aqua roſarum, violaceum ex aqua violarum quæ quia ſtatim incaleſcũt, ſubinde commutanda ſunt. Fiunt & 32 cataplaſmata ex farina hordeacea, ſubacta ſucco lactucarũ, cucurbitæ, cucumeris, nenupharis, polygoni, plantaginis, capreolorum vitis & ſimilium. Folia lactucæ, ramenta cucurbitæ, aut cucumeris, manibus contrectentur, & 33 admoueantur plantis pedum.

32 Talia cataplaſmata viſcida non ſint: alioqui incendium penitiùs intrudendo ſuſpecta.

33 Columbos alij per medium ſectos: alij Tincan piſcem admouent.

Extrema 34 quoque aqua frigidiſſima immergantur, cui, ſi vis, tantillum vini commixtum ſit ad penetrationem, vel ad refringendam frigidæ vim. Contineat in ore & lingua, folia portulacæ, lactucæ, aut acetoſæ. 35 Genitalia inuoluantur linteo ſubinde inculcato in miſcella ex aqua roſarum, vino tenui & aceto. Etenim mirabiliter contra æſtum facit. Poteris os colluere aqua frigida, vel ſimplici, vel refracta quinta parte temperatæ. Veteres etiam cohleare ſucci roſarum, 36 contra æſtum ſtomachi propinabant. Verùm in vſu horum omnium frigidorum obſeruandum tempus eſt. Nam 37 initio & augmento febris non conueniunt. In 38 vigore & declinatione cum iam in ſuperficiẽ calor diffuſus eſt, æſtum extinguunt. Alij pulmones recens mactatorum animalium, columbos, pullos, catellos, diuiſos medios, &, vt dicunt, exenteratos, raſo capiti, pectori, plantis, hypochondriis admouent, vt tepido calore, calorem igneum foras attrahant, laxatis viis fuliginem ducant, & per accidens refrigerent.

34 Si tamen criſis proximè immineat, id minimè ferendum.

35 Confert iſta pudendorum refrigeratio propter eum, qui ſibi partibus cum principibus intercedit, conſenſum.

36 Valent in hunc vſum mala aurantia, citria, limones: orbiculatim ſecantur, & ex aqua roſacea & ſaccharo ſumuntur.

37 Tum enim calor internas partes grauiter exercens frigidorum appulſu fieret intenſior.

38 Summa ſummo in vigore febris vrgente neceſſitate detondetur capillitium, & roſaceo oleo caput totum inungitur. Hûc faciũt & irrigationes ex decoctis frigidis inſtituendæ, & futuræ præſertim coronariæ affundendæ.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 698 sur 805

Veteres thoraci, & pectori linteolum hydrelæo calente madefactum applicabant. Alioqui lanam, quantum manu capitur, in aqua & oleo rosaceo, vel violaceo calefactis madefactam, exprimebant è sublimi in pectus, modicum quoque salis & aceti adiungi potest: sic enim sudorem excitant.

Ad refrigerium quoque lactucarum tenella 39 germina, calente posca immergantur: deinde vel saccaro violato conspergantur, alioqui ex oleo & aceto comedantur. Melius oleum rosaceum, sed priùs abluatur. Practici recētiores miscella ex oleo chamæmelino, aceto albo, & aqua rosarum, hypochondria, pectus & latera, qua maximè parte feruent, inungunt, & ita dolores mitigant. Galen. 40 lini semine in hydrelæo cocto, & tepido admoto hypochondriis, æstum dolorémque mitigabat, oxymelite quoque diluto vtebatur, multo maximè, vbi obstructionis suspitio. Quietos 41 esse oportet, quantum febris patitur.

De syrupis & eorum vsu iam antè dictum est. Familiaris est iulepus rosatus, 42 syrupus de limonibus, violarum, oxysacchara simplex, syrupus acetosus. Verùm syrupos multa aquâ cocta, vel aquâ hordei excorticati, aquis scabiosæ, buglossi & similibus dilui debent.

Aëtius 43 diacodio vtitur: nunc syrupo de papa. de nenuph. vti licet. Aquæ conueniunt distillatæ è cucurbita, cucumere, melone, portulaca, rosis, violis, oxalide & similibus. Sed oportet vel quarta vel sexta parte sacchari condiri, vt fiant iulepi. Iusculis quoque è carnibus vitulinis, iuniorum pullorum gallinaceorum, alteratis cum herbis refrigerātibus

æstum temperamus. Multa verò incidunt, vt deliria, vigiliæ, sitis, linguæ scabricies, animi deliquia, dolores, singultus, tusses, colliquationes, aliáque eiusmodi, contra quæ remedia propriis capitibus dicentur.

39 Hæc conueniunt tantùm robusto ventriculo, & iisdem assueto.

40 Ex cap. 9. lib. 3. Simplic. Eodem lini semine vtitur Hippocr. sent. 49. lib. 4. de rat. vict. in morb. acutis, quia molliat sine manifesto calore: quod in omni sedanda phlegmone est maximum.

41 Nam quietis commoda sunt multa: morbi coctio, virium custodia. Ex comment. Gal. in aphor. 6. lib. 6. & ad sent. 48. lib. 4. de ratione vict. in morb. acutis.

42 Ex his syrupis cum aquis stillatitiis dissolutis, vel decocto herbarum refrigerantium & humectantium, fiunt zulapia, apozemata, liberandis infarctubus, bili extinguendę, humori ad euacuationem præparando dicata, bis quotidie sumenda, vel etiam quauis sitis hora.

43 Sine speciebus appellato. Exhibetur autem dormituris duorum cochlearium mensura.

De febre I *putrida continua.*

OBstruuntur pori corporis & constringuntur, quia vel cutis densatur frigore, vel contrahitur immodico calore, vel rerum adstringentium contactu, vel balneorum naturalium, vel duritie obfarciuntur, & impinguntur humorum lentore, crassitie copia. Præclusis itaque spiramentis corporis, fumosi effluxus quotidiani excrementi retinentur: nec iam perflatur calor & spiritus, quos necesse est libera transpiratione refrigerari, vt & excrementa diffluant, & externus aër excipiatur. Commutatur ergo natiuus calor à fuligine retenta acrior fa-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 700 sur 805

ctus, & alteratur in qualitatem præter naturam. Præterea humores corporis, qui 2 motum caloris & ſpiritus conſequi ſolent, iam non perflantur, neque liberè agitantur. Itaque & peculiarem quendam calorem præter naturam cõtrahunt, & ab alteratis calore & ſpiritu commutantur. Tria ergò iam concurrunt, quæ putredinem faciunt: impeditur tranſpiratio, calor natiuus in igneum commutatur, 3 hinc putreſcit humor.

1 Quæ fit à concepta in humoribus putredine, quæ continenter & aſſiduè cor contingit, nec priùs deſinit, quàm exhauſta fuerit putredo, & quæ eſt à putredine vindicata humoris maſſa, ad priſtinam redierit naturæ gratiam. De febris huius cauſis vide Gal. lib. 9. 10. & 11. Method. medend.

2 Calor enim, ſpiritus & ſanguis vnum ſunt ſubiecto.

3 Iuxta vulgatum illud theorema. Corpora calida humida loco calido concluſa, niſi difflentur, ſtatim putredinem acquirunt. Ex Galeno cap. 7. lib. 8. Meth. cap. 5. lib. 4. de temperam. & lib. 5. de Sanit. tuend.

Quòd ſi hæc modica ſunt, diaria fit, tantùm alteratis calore & ſpiritu, non etiam putrefacta materia. Si verò maiora ſunt, putrefit humor. Et ſi hoc quidem in venis, continua eſt: ſi extra vaſa, 4 intermittens. Naſcuntur continuæ ex inflammatione partium: intermittentes non ita. In continuis maligna putredo eſt & periculoſa: in intermittentibus non ita.

4 Citiùs enim & expeditius tota diſcutitur materia, quàm cum in vaſis eſt immerſa.

Putrefit autem aliquando 5 ſanguis, nonnunquam pituita, aliàs etiam vel flaua, vel atra bilis. Et continuæ quidem materiã ferè habent putrefactam 6 in venis primis, quæ circa hepar ſunt, 7 ſuiſq; intermittentibus materia quidem & nonnullis accidentibus, 8 non omnibus tamen, reſpondent. Hinc febris continua pituitoſa, bilioſa, melancholica: verùm an ſanguinea aliqua ſit, non ſine re dubitatum ab antiquis: de quo certant Arabes cum Græcis. Galenus id pernegat. Idem etiam Alex. Aphrodiſeus in Problematis. Quòd ſi ſanguis putreſcit, parte quidem 9 tenuiore in bilem, craſſiore in melancholiam commutatur.

5 Et cùm maximo humores teneantur commercio, omnes putredinis participes fiunt. At ei potiſſimùm putredo attribuitur, qui copia maiore & cacochymiam inuexerit, & promptiùs computruerit.

6 Quæ per ſe continuæ ſunt febres, materiam habent putrefactam non in venis quidem omnibus, ſed præcipuè in maximis, vt iecoris, pulmonis, inter alas & inguina.

7 Nominibus ſecum conuenientibus.

8 Vt rigore & horrore intermittentes, & continuæ congeneres non ſunt.

9 Et iſta ſanguinis tenuioris in bilem commutatio huic controuerſiæ attulit occaſionem. Sed vt conſtet Galeni ſententia de ſanguine in ſynocho putrente libro ſeptimo Methodi propoſita, dicunt candidiores interpretes ſanguinem tenuiorem in bilem non demutari, cum putret, ſed bilis veluti naturam referre, vt acrimoniam & motum.

Contrà Galenum Auicennas multis diſputat. Hippocrates 6. Epid. febres quaſdam ἐξερύθρους, id eſt, valde rubentes facit. Galenus in Commentario valde rubentes intelligit à ſanguine, materia in

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 702 sur 805

qua calor inſenſus eſt, vnde diffunditur & calor, & tubor in corpus.

Et quo tempore, ei qui continua febre laborat, pulſus magnus, velox, æqualis, vrinæ ſanis proximæ, horror nullus aut rigor, calor mitis ac vaporoſus, ſucculentum corpus eſt, ætas ad iuuentam inclinans, vernum tempus, regio & cætera temperata ſunt, veriſimile admodum febrem eſſe ſanguineam continuam. Verùm Galenus negat eſſe putridam: alij contrà Galenum certant his argumentis. Putredo (Galeno definitore) cõmutatio eſt putreſcentis ſubſtantiæ: exempli cauſa, ſanguinis ad corruptelam. Commutatio ergo motus eſt. Huius motus terminus à quo (vt loquuntur) ſanguis eſt incorruptus: terminus ad quem, bilis flaua, aut atra, in quam, igneo calore, ſanguis degenerat. In eo igitur motu ſubſtantiæ, quæ putreſcit, hoc eſt, ſanguinis forma deletur, & 10 noua inducitur, vt iam ſanguis non ſit, qui ſanguis fuit, ſed flaua vel atra bilis. Si ergo putredo eſt motus, ſuis terminis concluditur. At verò motum eſſe hæc verba indicant incluſa definitione, putredinis commutatio, & putreſcentis iam acquiſita noua forma. Cum iam è ſanguine bilis eſt, motus ille deſinit, ergo & putredo illa deſinit. Iam verò conſtituamus ſynochon illam Galeni ſine putredine, & ex ea commutationem in febrẽ bilioſam. In eo tempore cõmutationis febris eſt, & putredo eſt. Commutatio enim putreſcentis, &c. Febris ergo putrida eſt. Quòd ſi dicas non conſequi, quæritur cùm in eo motu febris ſit, ea aut putrida, aut non putrida eſt. Nemo enim dicat non putridam. Neque enim eſt talis, qualis

fuit quæ ſanguinea non putrida dicebatur, & iam putredo cœpta eſt. Reliquum fit, vt ſemiputridam apelles mediam inter febrem ſanguineam non putridam, & febrem, quæ fit iam mutato ſanguine in flauam bilem, vel atram. Quæritur ergo cur non voces putridam, cùm portio humorũ iam putruerit. Nec enim neceſſe eſt 11 vniuerſam materiam putruiſſe, vt febris putrida ſit. Nec in omni febre putredo per vniuerſum corpus ſparſa eſt: ſed aliquando ſola parte aliqua, vel partibus reſedit. Et in intermittẽtibus putridis exiguum eſt, quod putruit: plurima materia integra eſt.

10 Noua enim eſt generatio, in qua ortus vnius alterius interitus exiſtit.

11 Non enim potis eſſet vitam conſiſtere, putredine corpus vniuerſum obſidente.

Neque ſatis conſtitutum eſt, cur putridam biliosam appelles iam corrupto ſanguine in flauam bilem. Nam bilis illa ex 12 ſanguine facta vel putrida eſt, vel non putrida. Si non putrida, non erit febris bilioſa putrida. Alioqui eſtate, ætatis flore, cùm ſanguinis bona pars bilis fit, putredo eſſet, corruptio videlicet ſanguinis à calore præter naturam in flauam bilem. Si putrida bilis illa eſt, vnde putruit? Nam ea ætate & æſtate, cùm ſanguis in bilem commutatus eſt, bilis putrida non eſt. Rurſus ſi putrida eſt, quæritur an bilis putrida bilis ſit, an nõ bilis? Bilem non eſſe putredinis definitio & natura motus ſecũdum ſubſtantiam, quæ 13 mutatio appellatur, ſatis oſtendunt. Nam in putredine corruptio eſt, eius commutationis finis. Si corruptio, ergo ab eſſe ad non

esse motus. Bilis ergo putrefacta, bilis non est. Iam sic collige.14 Bilis putrida bilis non est,& tamen biliosam febrem putridam denominat: ergo eodem modo sanguis corruptus in bilem, etiam si sanguis non est,febrem sanguineam putridam denominabit. Quod si in tẽpore motus febris illa putrida est, dicetur putrida sanguinea potiùs,quàm biliosa. Nã lignum,dum corrumpitur, etiamdum lignum, nec dum cinis est.Eadem ratione in aliis.

12 Bilis per assationem sanguinis facta aliquando imputris est, vt cum per inedias, labores longos, vigilias, æstatem, bilescit sanguis: aliàs putrida, vt in febribus acri calore sanguinis corruptelam inducentibus.

13 Insistit in tempore mutationis, quo nondum bilem generatam ait.

14 Consecutio non est necessaria: quia tres reliqui humores,dum corrumpuntur,speciem non mutant,quamuis aliqua qualitate à sese differant.

Deinde queritur an 15 necesse sit sanguinem, qui etiam vehementer incaluit, conuerti in bilem? Quod si necesse dicas, cur igitur in reliquis generibus febrium, quas vel pituita vel bilis commouit, sanguis non corrumpitur? Cur in inflammationibus in bilem non degenerat? At in his etiam, vbi multos dies febris exarsit,sanguis 16 plurimus,isque integer, per nares effluit? Idem è venis integer aliquando detrahitur, & in phlegmone apostema sanguineum facit, non biliosum? Ergo corruptus in venis febrem sanguineam faciet, non biliosam.Et cum scribit Galenus in febre sanguinea sanguinem putruisse in omnibus venis, vel ergo totus putruit,vel tantùm pars.Si 17 totus putruit,non constabit vita, toto scilicet sanguine partim in bi-

lem flauã, partim in atram conuerſo. Oportet enim, vt conſiſtat vita, ſanguinem reliquos humores ſuperare: qui ſi non ſuperat, ſed iam nullus eſt, nulla quoque vita eſt.

15 Hoc eget diſtinctione. Nam vel ſanguis ſyncerus intelligitur, vel quatuor humores complexus: ille neceſſariò per febrem bileſcit: hic non neceſſariò, quòd haud ita ſit facilis pituitæ & melancholiæ in bilem commutatio.

16 Sanguis enim vbique vniuſmodi non eſt: & poteſt in vna tantùm parte corrumpi, & in altera eſſe integer.

17 Ex cap. 3. lib. 9. Meth. ſanguis totus omnibus ſui partibus in ſynocho putret, neque tamen ſanguis putridus eſt totus, quia recipere priſtinam naturæ gratiam poteſt, haud aliter ac vinum, cum acceſſit.

Si tantùm pars putruit, cur 18 non & totus putruit, cùm toti ſanguini præſens ſit calor, & reliqua, quæ putredinem faciunt? Deinde ſi pars craſſior, vt vult Gal. quæ natura ſua & ſiccior & frigidior eſt, magis reſiſtere debuit putredini, putrefacta eſt, & in atram bilem verſa, & multò magis reliquæ celeriùs putruerunt, & in aliam ſubſtantiam conuerſæ ſunt, vt iam nullus ſit ſanguis. Sunt & alia permulta, quæ Arabum ſententiam confirmant. Sed in eo laborandum magis, vt fideliter curemus, quàm vt ſubtiliter diſſeramus.

18 Non enim, vt dictum eſt, omnibus ſui partibus eſt ad putrendum æquè aptus.

Curatio.

In febribus putridis & continuis quædam intermittentibus reſpondent, niſi quòd neque rigor, neque frigus præcedit.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 706 sur 805

Non ſequitur vomitus, aut ſudor, intermiſſio nulla eſt, ſed tantùm remiſſio, quarum curatio eadem in genere, quæ intermittentium eſt, 19 ſeruata ea ratione, quæ in exquiſita tertiana & ardente dicta eſt. Sunt & 20 ſynochi peculiariter appellatæ febres. Aliæ quidem homotoni, quia ab initio ad finem vna eadémque exacerbatio eſt, ac veluti tenor vnus acceſſionis: aliæ ab initio ad finem perpetuò increſcunt, & epacmaſticos appellat Hippocrates: vt paracmaſticos, quę initiò efferantur, paulatim decreſcunt, quibus materia eſt ſanguis: qui in maximis venis concluſus, inguinibus & clauiculis interceptus efferueſcit. Is autem aliquando ſuperat quantitate, aliquando craſſior eſt, nonnunquam etiam putredinem contrahit: ex quorũ diſtinctione conſiliũ vniuerſale curationis transferri debet. Fingamus ergo Dionẽ iuuenem, aut ea ætate, qua deſinit adoleſcentia, continua febre laborare: pulſus magnus ſit, velox & æqualis, vrinæ ſanis proximæ: horror nullus aut rigor, calor mitis ac vaporoſus, corpore bene carnoſo, tumentibus venis, ſenſu diſtentionis, rubente facie: adſint quoque cætera, quę ſanguinis generationem oſtendant: ſtatim colliges frebricitare ex obſtructione, quam efficit ſanguinis plenitudo. Itaque 21 facilè conſilium eſt. Detracto enim ſanguine tollitur plenitudo, & depleta copiâ ſanguinis liberatur obſtructio. Nihil verò reliquũ eſt, quàm vt corpus, quod per febrem alteratũ eſt, ſuæ naturæ reſtituamus. Quod quia nimiùm incaluit, refrigerandũ eſt, vt hæc duo remedia ſanguinis miſſio, & 22 tempeſtiuus frigidæ vſus, vel eorũ quę refrigerant & humectãt, exactè percurẽt ſynochon.

19 Curatio ſynochi imputris hîc potiùs deſcribitur, quàm putris.

20 Hæ ſynochorum differentiæ à Galeno explicantur lib. 9. Methodi & lib. 1. de differ. febr. Ex his illæ ὁμώτονοι appellantur, in quibus materia ei, quæ tranſpirat, par relinquitur: ἐπακμαστικαὶ, in quibus vberior, quàm quæ diſſipatur, reſtitat: vnde & increſcentes Latinis dictæ: παρακμαστικαὶ his contrariæ, vbi plus reſoluitur, quàm ſubinde ſuccenditur.

21 Facile eſt enim indicationem a morbifica cauſa, veluti plethora, petere, ex aph. 22. lib. 2. Aph. Debet autem ſanguis quam primùm mitti ex lib. 9. Method. metu ſuffocationis & ſyncopes, niſi ſudor multus hæmorrhagíave è naribus eius vacuationis vice fungatur.

22 Vt in vigore febris, apparentibus coctionis ſignis, nulla inflammatione in viſceribus exiſtente, nulla in ventriculo imbecillitate, nulla item obſtructione. Frigidæ loco ſyrupos imperamus, acetoſum, de limonib. de acetoſitate citri, qui conuenientibus aquis, vt roſar. acetoſæ, cich. end. borrag. bugloſſ. abundè diluuntur.

Phlebotomia authoribus Græcis Medicis ex interna dextri brachij etiam 23 ad animi deliquium eſſe debet. Quòd ſi vires, aut 24 alia repugnant, quò minus tantùm materiæ ſemel auferatur, vacuationem partiri oportet. Et in mulieribus 25 propter menſtrua, in aliis etiam propter ſuppreſſam aliquam vacuationem, ea ſeruanda ratio, quam ſæpe diximus. Repetendum quoque, vt ſi quid vel cruditatis in ventriculo & primis venis, vel ſi quid veteris ſtercoris in inteſtinis, hoc quidem clyſtere molli: cruditas verò molli pharmaco ante phlebotomiam excludatur. Aut ſi res patitur & tempus, cruditas illa frictionibus, vnctionibus, & aliis remediis concoquatur. Poſt phlebotomiam duabus aut tribus horis mulſam Græci propinabant, ex hinc horâ ptiſanæ cremorem. Nunc verò mulſæ

loco, quæ quidem ſuſpecta eſt in magno calore, aqua cocta, cui octaua pars ſacchari commixta ſit, vtendum eſt : deinde hordeato, loco cremoris ptiſanæ.

23 Præſertim ſi plethora, aut viſceris inflammatio alicuius ſubeſt. Nam per largiorem illam ſanguinis miſſionem ſtatim totius corporis habitus refrigeratur, extinguitur febris, plurimis ſubducitur aluus, aliis ſudores erumpunt, deníque ſanitas reſtituitur. Gal. comment. ad aph. 23. lib. 1.

24 Ætas, tempus, ſtomachi affectus, geſtatio vteri, & ſimilia.

25 Quæ ſi ſuppreſſa ſint, primùm plenitudo, ſi adſit, minuitur ſecta baſilica : tum verò ſaphena pertunditur ad menſes prouocandos. Attamen ſcribit Gal. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem ſectam baſilicam menſtruorum fluxum præpedire ac reuocare. Sed hoc fortaſſe intelligẽdum de miſſione ſanguinis haud exigua, quæ nihil vacuandum naturæ relinquat.

Victus in reliquum tempus inſtituendus eſt, qui refrigeret & humectet. Is autem 26 tenuis ſit, & magna ex parte in ſorbitionibus. Itaque noſtro more iuſcula conueniunt è iunioribus pullis gallinarum, vel vitulina carne molliuſcula. Alteranda verò ex acetoſa, lactuca, & portulaca. Potus, aqua hordei, ſyrupus violatus, multa aquâ cocta dilutus, iulepus violatus, oxyſacchara ſimplex, ſyrupus acetoſus, iulepus Alexandrinus, oxymel ſimplex, dilutum, vel hæc 27 oxyſacchara.

26 Nam venæ ſectione imminutus calor pleniori cibo conficiendo non eſt. Itaque Hippocr. 4. de vict. rat. in acutis inediam ſuadet.

27 Oxyſacchar vulgò paratur ex ſacchar. ℔. 1. ſucc. grana. acidor. ʒ. 8. aceti ʒ. 4. & ſufficienti aquæ quantitate.

℞. aquæ coctæ. ℔. 4. ſacchari ℔. 2. aceti ℔. ß. Fiat potus clarificatus pro paſtu, & hora ſitis. Verùm in

aceti & ſacchari modo id obſeruandum eſt. In mulieribus,in gracilibus corporibus,in iis quibus inteſtina facilè mordentur & raduntur,aceti vſus ſuſpectus eſt,aut certè minuendus modus. Quantò maior calor eſt, tantò minor modus debet eſſe ſacchari. Apparentibus ſignis coctionis, nullus potus melior eſt aqua frigida. Poſteà etiam vino albo tenui, aquoſo,vti licet,ex quo & ſudores & vrinæ prouocantur.

In morbo, ſi reſiſtit aluus, clyſteribus mollibus incitanda eſt. Si verò etiam craſſities humoribus accedit,incidenda & attenuanda eſt, diluto oxymelite & aliis ſæpè enumeratis. Quòd ſi materia inciſa, vrinis aut ſudoribus vacuata non eſt, leui pharmaco vti licet,manna, caſſia, rhabarbaro. Præterea videndum eſt, ne denſata cutis, obſtructa vel occluſa obſtructionem faciat,à qua & putredo,& febris. Et, ſi quidem frigore denſata eſt,calidis laxantibus vtẽdum erit,vt chamæmelino. Si denſata,adſtringentibus: & ſiccata, ad ea quæ humectant, refugiendum eſt, vt hydrelæum. Et iam apparentibus ſignis coctionis,ad balneum aquæ dulcis. Si verò occluditur cutis humorum copiâ, vacuatione opus eſt: ſi humorum craſſitie,attenuantibus vtendum eſt.

Si lentore,detergendum. Practici maximam partem curationis in refrigerantibus collocant, quæ conficiunt ex hordeato mundato,prunis damaſcenis, glycyrrhiza, quatuor ſeminibus frigidis, ẽdiuia,ſcariola, cichorio, lactuca, roſtro porcino, acetoſa, floribus violarum, nenupharis, bugloſſi, borraginis, & aliquando aliquid aceti adiiciunt. Nonnunquam ſyrup. capillorum veneris, portulacæ,

acetoſæ, & aliis ſupradictis vtuntur: ſyrupóſque diluunt aquis vel decoctis endiuiæ, capillorum veneris, portulacæ, acetoſæ & ſimilium.

De febribus 1 *colliquantibus.*

FEbres 2 hæ peſſimæ, in quibus ſubſtantia corporis multis modis diffluit: ídque aliquando paulatim, vt in maraſmo & febribus hecticis: nonnunquam verò ſtatim initio morbi ſubſtantia corporis diſſoluitur, carnoſum genus, pingue & ſolidum. Sed aliquando quidem fit effluxus ſubſtantiæ per inſenſibilem tranſpirationem.

1 Quæ ſunt de genere continuarum, quas oleagineas appellauit Galen. comment. in ſent. 28. ſect. 1. lib. 6. Epid.

2 Talium febrium χαυσώθεαν ſatis indicat colliquatio febris peſtilentis ſymptoma inſeparabile, ex commentar. in ſent. 57. ſect. 3. lib. 3. Epid. In his igitur feruentior calor aliàs humores tantùm venis contentos liquat, nonnunquam corpus vniuerſum: carnes primùm, mox ſolida membra: quibus liquatis ſquamulæ cum vrinis excernuntur ex libr. 2. Prognoſticωn.

Atque hoc quidem dupliciter: nam aliquando fit paulatim, vt in febribus, quæ maraſmodes & hecticæ nominantur: aliàs verò breuiſſimo tempore.

Huius ſigna ſunt, 3 nares acutæ, oculi concaui, collapſa tempora, & cætera in eo prognoſtico enumerata. Sed longè periculum maius eſt, ſi id derepentè fit, ardore febris & igneo calore, qui quidem ſubſtantiã corporis reſoluunt in fumos, frugi quoque ſpiritum & naturalem per poros excludunt. Minus periculũ eſt, quum ex vigilia, inſigni purgatione, inedia, rebúſque eiuſmodi colliquatio facta eſt, eáque breui tempore reparari poteſt. Ex mœſtitiâ & grauioribus animi curis idem contingit, ſed ea colliquatio non ita celeriter inſtaurari poteſt.

3 Hæc

3 Hæc facies Hippocratica vulgò dicta, quæ fit ex colliquatione ſubſtantiæ in his partibus. Deſcribitur ab Hippocrate ſent.3.lib.1. Prognoſt.

Propriè tum colliquans febris appellatur, in qua feruidus, malignúſque calor eſt, qui non ſolùm per inſenſibilem tranſpirationem, ſed per 4 manifeſtam excretionẽ exoluit corpus. In hac deiectiones alui rufæ, 5 craſſiuſculæ, fœtidæ, aliquando pingues & viſcoſæ, bilioſis quoque ſpuma inſidet, quæ feruorem indicat: vrinæ ſimiles. Aliquando etiam appetente morte tenuis ſudor, ſyncope, & mors, à reſolutione corporis totius.

4 Id ſcilicet quod liquatum eſt non modò per halitum & inſenſibilem tranſpirationem, ſed per deiectiones & vrinas vacuando.

5 In omni colliquante febre deiectiones & vrinas tales ſimul perpetuò apparere minimè exiſtimandum eſt. Sufficit enim colliquationem vno excretionis genere manifeſtari.

Si itaque in febre acutiſſima ſtatim initio ex facie illa mortifera colliquationem intelligas, maioribus remediis omninò abſtinendum eſt: tantúmq; procurandum eſt, vt effluxum illum prohibeas, & cauſas ſyncopes anteuertas. In his febribus virtus ferè languida eſt, quæ maiora remedia non admittit.

Atque vbi videris alui excrementa rufa, grauiter olentia, ſpumoſa, & vires languidas, non ſolùm maioribus remediis abſtinendum, ſed etiam ſyrupis, mellitíſq; rebus, niſi eiuſmodi ſyrupi plurimùm diluantur. Hippocrates 6 interdicit mulſa, quæ tantùm octauam partem mellis recipit. Duo remedia annotat, ptiſanæ cremorem & aquam frigidam. Vtendum erit hordeato, lactuca, in ſumma,

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 712 sur 805

rebus,quæ refrigerant & humectant.Aquę frigidæ tempus eſt,cum res meliùs habere cœpit, &,excrementa magis cocta ſunt: quanquam & ante hoc tempus licebit vti frigida, ſi quidem æger vehementer appetit, vehementer ſitit, & aſſuetus & potui frigidæ.

6 Itaque dicebat Galenus comm. 3.in lib. de vict. ratione in morbis acut. febribus colliquantibus aduerſiſſimam omnium eſſe mulſam,vt iuuantiſſimam potionem aquæ.

Quòd ſi ab ea metus eſt, refringi poteſt decima parte vel octaua ſacchari communis,vel violati,vel conſeruæ roſarum veteris, alioqui eadem menſura ſyrupi violati, de papaue.de nenuphar. de acetoſa, de agreſta,dẽ limonibus & aliis eiuſmodi. Præterea 7 epithemata,illitiones, & hypochõdriis & thoraci conueniunt,quæ refrigerãt,humectant, leuiter adſtringunt,ex aqua roſacea, aceti momento, oleo roſaceo,ſantalis. Conſtitui debẽt loco aura frigida perflato.Atque aliquando etiam flabello ventulum facere oportet.Et quia aliquando acrimonia excrementorum inteſtina exulcerari ſolent, clyſteribus vtendum erit, qui refrigerent, humectent, leniant, quorum compoſitio ex cap.de dyſenteria.

7 Cordi,iecori,ventriculo admouenda. Litus autem toti plerúmque ſpinæ inſtituuntur.Epithema erit eiuſmodi.℔.aquæ roſaceæ ℥.6.aceti ℥. 1. aut circiter:ſantalor.pulueratorũ. ʒ.1. f. epith. Linimentum ex oleis refrigerantibus cerato refrigerante Galen.vnguento Comitiſſæ parabitur.

Cibus optimus hordeatum eſt,quod vt magis refrigeret, ex decocto lactucarum, vel ſeminum frigidorum,confici poteſt.Accidentia hîc multa ſunt, de quibus poſtea.

De febre 1 ἀσσώδη.

HAnc febrem cognoſces ex eo, quòd perpetuò iactantur ægri, 2 nec vllam ſeruant figuram decubitus. Omnia faſtidiunt, hypochondria contenduntur, ſitiunt, vigilant, aut in leui ſomno delirant. Materia craſſus eſt humor, alioqui actis & biliosus, tunicis ſtomachi & ventriculi imbibitus. Quanquam & ex ardore febris aliquando etiam difficili natura ægri, vel dolore interiori, alioqui grauiore, quædam accidentia eius febris eſſe poſſunt. Hippocrates 3 diluto oxymelite vtitur: nunc & ſyrupo acetoſo, & oxyſacchara vti licet, multò magis cum & bilioſus humor eſt, & calor acrior. Cicerum quoque decocto, 4 diluto abſynthij hordeato facto ex hordeo integro. 5 Purgatio leuis eſſe debet ex rhabarbaro. Victus incîdat & refrigeret. Tenuiſſimè nutriendum eſſe præcipit Hippocrates, ſi quidem permittunt vires. Neque 6 enim ſorbitiones admittit, antequam vrinæ maturentur, & malum remittatur.

1 Ἀσσώδης, ſeu faſtidioſa febris, velut ſuperior, & quæ adhuc aliæ ſequuntur, ad ardentem febrem veniunt referendæ. Hæc autem eo donata eſt nomine, quòd irrequieta grauiter ægrum exerceat. Vide Galen. commentar. ad ſent. 47. lib. 4. de victus ratione in acutis. Idem Galen. commentar. 2. in Prorrhet. ſent. 43. dupliciter fieri monet: vno quidem modo, quum virtus à corpore opprimitur, nullámque figuram facilè ſuſtinet: altero quum os ventriculi à prauis mordetur humoribus.

2 Ob naturæ infirmitatem.

3 Ad craſſos humores incidendos & attenuandos, bilémque refrigerandam.

4 Dilutum abſynthij ſaccharo edulcari debet: quia ingratum alioqui futurum.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 714 sur 805

5 Vt. ℔. expreſſionem ʒ.2. rhei elect. in decocto tamarind. ping. ſemin. frigid. & flor. cardiacor. infuſi cum ℈. 1. cinam. in colatura diſſol. ſyru. viol. multar. infuſionum ʒ. 1. f. potio. Vel cathol. & ſyrup. de cichor. compoſiti cum rh. ana ʒ. 1. diſſolues in ſero lactis ad doſin.

6 Ne auocetur natura per acceſſionem alimenti à concoctione morbificæ cauſæ. At ex aph. 9. lib. 1. Aph. videndum quid æger ferat.

Obſcuro 7 loco iaceat æger, & molli lecto. Contineat corpus, &, vt minimùm fieri poſſit, diſiiciat. Hypochondria hydrelæo foueantur, in quo ſemen lini, althææ, & ſimilia coxerint.

7 Propter ægri impatientiam. Nam ſplendore ſpiritus excitati maiorem trahunt anxietatem.

Farina hordeacea ex eodem hydrelæo ſubigatur, & cataplaſma fiat, quod hypochondriis applicetur. Peſſimum hoc genus febris eſt, in quo celeriter 8 pulſus concidunt, & occaſio præripitur maiorum remediorum.

8 Delato humore, aut vapore tetro ad ipſum cor.

De Cardiaca.

NOn minùs grauis eſt & periculoſa 1 febris cardiaca. In hac vehemens æſtus eſt, facies rubet, magnus eſt cordis ſaltus, exigua, frequénſque ſpiratio. Reſidere volunt ſimiliter pulmonariis. Dolitant in regione cordis. Inclinante morbo, 2 ſudor tenuis fit, frigidus aliquando, inſtantis mortis nuntius, ab extincta facultate vitali, ex quo ſyncope, & mors. Alioqui vapor calidus per cutem exit, quod Medicum fallit, niſi & manum adhibeat ori & naſo. Hinc enim ſpiritus frigidus, ex his mors.

1 Quæ fit æſtuante ventriculi ore cor in ſympatheiam trahente. Funeſta eſt, & breui interimit. Vnde Hippocr.

aph.65.lib.4. In febribus circa ventriculum fortis æstus, & cordis morsus, malum.

2 A copia humorum, quos sudor attenuârit.

Initiò detrahendus sanguis est inflammationis subtrahendæ ergô, aër frigidus imbibêdus, flabello quoque æger ventilandus. Victus refrigerãs & humectans. Epithemata ex aqua 3 violarum, nenupharis, bugloſſi & borraginis, additis santalis & momento croci, syrupo de limonibus, de acetosa, de nenuphare, acetosus, violatus, de papauere ex quibus syrupis & aquis cordialibus iulepj confici debent. Loco lucido stare debent, suaui aura perflato. Altior sit decubitus.

3 Vt si sumantur earum aquarum ʒ.6. santalorum pulueratorum ʒ. 1. croci ϑ. ß. aceti modico addito. Pannus his intingitur, & thoraci è regione cordis applicatur. Aut paratur vnguentum ex santali citrini ʒ. 2. flor. violar. & nympheæ ana ʒ.1. ceræ albæ & olei rosacei q.s. vngatur anterior thorax.

De febre lipyria.

QVæ sit 1 hæc, non satis conuenit. Galenus libel.de inæquali intemperie cap.11. in eo genere reponit, in quo propter magnitudinem internæ inflammationis & malignum humorem interna ardent, externa refrigerantur. Id quod in medij corporis inflammationibus contingit. Nam internus calor instar cucurbitulæ calorem externarum partium intrò attrahit. Aëtius lypyriam putat, quæ sequitur erisypelas ventriculi.

1 Lipyria febris epialæ absimilis non est. In ea enim perfrigerantur extrema, calescentibus internis. Comm. in sent. 4.lib.2.Prognost.. Ac quidem tanto feruore acerbatur, vt calor ad interitum perduci videatur. Vnde ex Actuario lib.2 suę methodi λιπυρία appellatur, quia in ea πῦρ λείπεται, calor deficit.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 716 sur 805

Arabes pituitam craſſam & viſcidam, aut eiuſmodi bilem collectam in primis venis, & calorem vnà cum vaporibus ſuffocantem, ne videlicet, calor diſpergatur in corpus, cauſam faciunt huius febris. Alia quoque parùm veriſimilia de hac febre prodiderunt. Lipyria Græcorum primùm quidem 2 phlebotomia, deinde refrigerantium vſu, vt lactucæ ex aceto diluto, ac iam vrgente morbo largo hauſtu frigidæ aquæ curari debet.

2 Ad reuellendam fluxionem à parte affecta, à maiore ſanguinis copia imminentem. Conueniunt & cætera, quæ reuellendi vim habent, frictiones extremarum partium, ligaturæ, cucurbitulæ. Intereà abſtinendum omni medicamento purgante, præcipuè ſi ventriculus infeſtetur, ne à cathartico in affectam partem attractio fiat. Gale.libr.13. Method.

Cataplaſmata ex hordeacea farina ſubacta cum ſucco ſemperuiui & ſimilium hypochondriis applicentur: ſubinde commutentur.

Arabes ſyrupo acetoſo, oxymelite materiam craſſam incîdunt, poſtea etiam oxymelite diuretico, ſed perpetuò incidentibus aliquid admiſcent, quod ſtomachum roboret, vt ſyrupum roſatum, de agreſta. Quod perpetuum eſt in febribus phlegmaticis, vt cum incidimus, ſtomacho etiam conſulamus. Deinde purgant.

Purgatio 3 ex aloë, hiera, rhabarbaro. Interim incîdunt, vomitum cient, clyſteres acres imperant, vtuntur attenuante victu, eo modo ſtuphis & ſudoribus vtuntur, deinde etiam antidotis, quomodo in epiala dictum eſt.

3 Nuſquam catapotia præſcripſeris, ſi lipyria comitem ſolam habeat inflammationem.

De Hectica febre.

HEctica febris ex eo appellata, quia ſic 1 radices egit calor febrilis, vt iam aut nullo modo, aut ægerrimè extingui poſſit. Difficultas ſæpè naſcitur, quod vel nimis confirmata eſt, vel coniuncta eſt hecticæ febris putrida, tumor aliquis præter naturam, vt 2 inflammatio, eryſipelas, vlcus etiam pulmonum.

Tenuia corpora & pauci ſanguinis ferè corripit, & celeriter conſumit. Febres diarias, ardentes, & bilioſas ſequitur, rarò per ſe incipit, huiúſque origo aliquando primùm 3 naſcitur à thoracis partibus: ſed ferè priuſquã vigeat inde nata hectica, mors eſt.

Vita longior, & curatio facilior, ſi à 4 vẽtriculo, hepate, renibus, vtero, ieiuno & colo inteſtinis. 5 Conſumit calor hic hecticus humores corporis, deinde rorem illum, qui veluti commeatus quidam, & futurum alimentum, ſpatiis inanibus corporis concipitur, poſtea etiam ſubſtantiæ pinguis carniũ, fibrarũ & ſolidarũ partium humiditatẽ depaſcitur.

Hîc tabes, maraſmus, & ſumma ariditas corporis, vbi conſummata hectica eſt & incurabilis.

1 Solidum enim occupat corporis habitum, & ſolutus perdifficilis exiſtit. Gal. lib. 1. de different. febr.

2 Vt quotidiana, vel quartana: ſed tamen ita, vt hectica & putrida diuerſis ſint locis.

3 Interdum etiam ſequitur diarrhæam, leienteriam & dyſenteriam, ex lib. 1. de differ. febr.

4 Siquidem ab earum partium affectibus cor minùs afficitur, quàm à partium thoracicarum morbis.

5 Haud aliter ac lucernæ flamma, quæ abſumit primùm oleum: dein humidum proprium ellichnij: poſtremò ellichnium ipſum. Hinc tres naſcuntur hecticæ differentiæ.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 718 sur 805

Pulſum habet durum à ſiccitate arteriæ, debilem ab infirmitate facultatis vitalis, paruum & frequentem ab intemperie cordis, niſi aliquando vrgente neceſſitate ad frequentiam & velocitatem commutetur. Quod idem contingit à cibo, quo tempore calor hecticus nō aliter efferueſcit, quàm calx viua, ſi aquam aut aliquid tale ſuperinfundas. Calor toto corpore æqualis eſt, ex quo 6 non dolent, nec ſe febricirate intelligunt. Quāquam ſi manum admoueas, ſenties paulò pòſt accerrimum, mordacémque calorem. Quòd ſi in hectica febre calor inæqualis eſt, ſentitur dolor, febríſque ab ægro intelligitur, iudicabis, aut eryſipelas, aut phlegmonem, aut febrem denique putridam complicari. Deſperatio eſt, cum hæc hecticæ coniuncta ſunt, præſertim ſi phlegmone, aut aliquid tale in parte principe incenditur, túmque difficillima curatio eſt, 7 indicationibus inter ſe pugnantibus. Hecticis aliquando oculi cauantur, naſus acuitur, collabuntur tempora, nudantur vngues, & acuti fiunt, pedes etiam aliquando intumeſcunt, ſqualeſcit cutis, à cibo augetur calor. 8 Calor maior in volis & plantis pedum, non reuera quidem, ſed quia 9 manifeſtior illîc eſt, aut fortaſſe, quia illîc extremæ venæ ſunt, & magis nudæ, eò procliuior motus caloris illîc eſt.

6 Hæc duo ſunt ſigna febris huius propria. Cæterùm non dolent, quia iam facta eſt alteratio.

7 Quando nimirùm conſummata eſt hectica. Alia enim hecticæ, alia complicatorum cum ea affectuum remedia.

8 Quanquam tamen calor per totum corpus ſit æqualis, ſeruata interim partium analogia. Nam ex Gal. lib. de inæq. intemp. tota febris hecticæ eſſentia ad intemperiei æqualitatem eſt referenda.

9 Vel quia temperatiores ſunt manuum volæ,& propterea ad omnem mutationis ſenſum percipiendum propenſiores.

Incipientem hecticam non facilè cognoſcimus: cognitam 10 faciliùs curamus. Reliqua genera non facilè curantur, facilè cognoſcuntur.

In curatione hæc maximè obſeruanda ſunt, an ſimplex ſit febris hectica, an coniuncta ſit febris putrida, eryſipelas, inflammatio, an ſyncope frequens incidat. Hæc enim remedia hecticæ interpellant. Simplex nullo 11 maiori remedio irritari debet. Maiora remedia ſunt, 12 phlebotomia & purgatio.

Deinde vehemens tum animi, tum corporis motus ex cap.7.& ſequentib.lib.9.Method.vitādus eſt. Vnicus ſcopus eſt, vt refrigeres & humectes: ídque partim balneis, partim alimentis, tum etiam epithematibus, rebúſq; non naturalibus. Quod ab balnea attinet, exoleuit iam 13 curioſus ille apparatus veterum balneorū, nec niſi cum periculo tentari poteſt. Exoleuit etiā cōſuetudo: & ſi quid in apparatu peccatum eſt, grauius eſſe ſolet: itaq; hoc tēpore proximè lectum ægri labrum aqua plenū diſponi poteſt.

10 Nihil enim adhuc, aut parum ipſius humidi primigenij exhauſtum eſt.

11 Partes exſiccatæ cùm ſint, exſiccari ampliùs per venæ ſectionem & purgationem minimè deſiderant: imò quod abſumptum eſt, id refarciri volunt. Itaque ſatis fuerit ſimplici in hectica febris qualitatem alterare, & corpus reficere.

12 Quando vſurpanda ſit phlebotome, docet Hippocra. ſent.29.ſect.3.lib.6.Epid.& Gal.in commentario.

13 Tria etenim parabantur balnea: primo ex aqua moderatè calida corporis meatus & ſpiracula aperiebantur & laxabantur: altero è tepida humectabatur corpus: tertio ex frigida conſtringebantur pori. Ad hæc tria comparabant labra: nos vno contenti ſumus.

Quòd ſi 14 vapor balnei ægri corpore excipitur, priuſquam immergatur, ſalubre eſt. Itaque linteo conuolui poteſt, vt duobus pluribúſve hominibus teneatur, ita vt frigidũ aërem inſpiret, reliquo corpore per raritatem lintei vaporem balnei excipiat. Iam rarefactis poris corporis, ac poſteaquam æger vires receperit, ſatíſque quieuerit, aliquoties aqua tepida & temperata immergi poteſt. Mora ſit pro ratione virium. A balneo quoq; corpus oleo inungi poteſt, vel communi, vel nenupharino, vel violato, de cucurbita. Cęterùm quod aliquando monuimus, & hîc quoque ſummopere obſeruandum eſt, nec oleum, vel rancidum ſit, vel ſalſum, quod vix reperias multis in locis. Vbi itaque commodum oleum defuerit, butyrum recens vel per ſe, 15 vel priùs ex aqua violarum lotum vſui eſſe poteſt. Subiiciebant veteres balneum è frigida: quod ſuſpectũ eſſe poteſt, niſi & vires conſtent, æſtas ſit, conſuetudo frigidi balnei, temperamentum calidum & ſiccum, nulla cruditas, nullus tumor, nulla plenitudo. Alimenta imperari debent, lac aſinæ, 16 vel mulieris, bubulum etiam vſui eſſe poteſt. Sed eligendum lac eſt, probandúmque 17 notis ſuis. Sugatur è mãma, vel recens mulctũ bibatur. Periculum fit menſuræ lactis datis primùm ℥.2. deinde 3. vel etiam 4. Quòd ſi in ventriculo non corrumpitur, paulatim augeatur modus ad ℔.ß. Corrumpi intelliges partim è ructu, maximè nidoroſo, partim ex pulſu, qui debilior, tardior, rarior, languidior factus eſt. Quòd ſi ructus nidoroſus eſt, poterit aliquid aquæ incoqui cum lacte. Si acidus, momentum mellis aut ſaccharí miſceatur. Hordeatum quoque maximè con-

uenit,vel ptiſana ex tritico cõparata & colata,iuſculum itẽ pulli gallinacei,in quo hordeũ mundatũ & excorticatũ coxerit,alteratũ cũ lactuca & portulaca.

14 Sic cutis aperitur,vt vis aquæ penitiùs ſubeat. Cæterum pridie lotionis optimum erit clyſterem blandum iniicere nullo cathartico,præter caſſiam adhibito. Et quia ſæpè fit, vt ob coctricis imbecillitatem cruda multa excrementa congerantur, licebit toto morbi curſu clyſteres iterare. Parabuntur ex refrigerantibus humectantibus, herbis, ſeminibus, floribus, diſſolutis caſſia, ſacchar. ol. violaceo, nenuph. & ſimil. Si nutrientes præterea eſſe oportuerit, ex decocto capitis arietini, vel aliarum carnium iuſculo, inſtituentur.

15 Huius loco valebit vnguentum reſumptiuum.

16 Lac muliebre præſtantiſſimum eſt propter naturæ familiaritatem, quâ magis nutrit: quamuis Auicennæ magis refrigeret & humectet. Caprillum autem medium eſt. Sed de his vide cap. 6. lib. 7. Meth.

17 Lactis laudabilis hæ ſunt notæ: ſpiſſitudo moderata, color albus, odor gratus, ſapor dulcis, & cum inſtillatum in vnguem neque tardiùs, neque citiùs diffluit.

Et quia in hecticis vis attractrix infirmior eſt, 18 liquidiora ſunto alimenta: alioqui aceti modicum, etiam ſi videri poſſit nocere, quia deſiccat, miſceatur. Lactuca, portulaca ex aceto diluto, aqua etiam aliquando frigida: quanquam modus eſſe debet, nec adeo gelida, nec multa exhiberi debet, 19 vbi nimis extenuatum corpus eſt.

18 Ad faciliorem diſtributionem. Partes enim ob ſiccitatẽ attrahendi facultate minùs valent: vnde atrophia. Probantur aliis alimenta ſolidiora, quòd diutiùs nutriant, & liquidiora celeriùs expirent. Sed vt illa concedantur, vires ſæpiùs effœtæ his concoquendis non ſunt.

19 Nam ex lib. 10. Meth. in iis qui parum ſanguinis & carnis habent, ad partes ſolidas aqua celeriter peruadit, nulli, quod eius vim frangat, occurrens.

Potiones frigidiuſculæ,ſolidiora alimenta non ita frigida,ſed ſubtepida imperẽtur. Epithemata ex farina hordeacea,quam ſubiges è ſucco lactucæ,oxalidis,ſemperuiui & ſimilium.

Portulaca per ſe contuſa ſtomacho, & hypochondriis vtiliter apponitur. Alioqui.

℞.ceræ elotæ ℥.3.olei roſati ſimiliter loti ℔. 1.Liquefiant in vaſe duplici. Liquefacta refrigeſcant. Vbi refrixerint, ex aqua frigidiſſima, lactucæ ſucco, vel portulacæ ſubigantur.Fiat cerotum. Inungatur venter,hypochondria & partes, vnde primùm hectica nata eſt.

Alioqui linteolum ſubinde inculcatum, omphacio,lactucæ,intybi,ſemperuiui, atque eiuſmodi refrigerantium ſucco, hypochondriis & thoraci apponemus.

Verùm in horum omnium vſu animaduertendũ eſt,alia quidẽ refrigerare & humectare, alia ſiccare.

Humectantibus vtemur, ſi alui profluuium non eſt:tum enim ſiccantibus vtendum eſt ſimul, 20 & refrigerantibus.

20 Ea præcipuè, quæ adſtringunt, declinanda ſunt, quia reſpirationi obſunt. Et vt tutior ſit refrigerantium vſus,oleum amygdal.dulc.vel etiam liliaceum commiſcetur.

Denique quia breui tempore admota remedia incaleſcunt,ſubinde commutare oportet. Præterea partes ſpirales non ſine noxa diutiùs perferunt refrigerantia,ſed inde dyſpnœa naſcitur: omnia itaque temperare oportet. Olea conueniunt 21 de nenuphare,de ſalicibus,cucurbita,papauere,violis,roſis, cydoniis, eadem ſeruata diſtinctione in vſu ſiccantium & humectantium. Supra omnia aër com-

ponendus est: qui si temperatus, alterari non debet: si calidior, vt æstate, refrigerandus eo modo, quo capite de æstu dicemus. Hyeme iam frigidior, quo tempore leuiter alterari debet, non tam igne, maximè è prunis, quàm leui flamma, aut vapore aquæ calidæ.

21 His oleis thorax antrorsum & retrorsum illinendus. Spina quoque cerato antè præscripto inungenda.

In ratione alimentorum consideranda est virtus. Nutriemus enim pro ratione virium, lacte vaccino, à quo recens butyrum extractum sit, 22 lacte asinæ: aut si nutriendum, quàm alterandum magis, lacte muliebri. Bubulum plurimùm nutrit, sed ratione butyri nocere potest.

22 Asininum lac omni lacte humidius, & nulla acrimonia infectum. Hipp. 4. acutor.

Caprillum quoque vsui esse potest. Sugi debet, vt antè diximus, vel recentissimè mulctum bili. Plurimùm nutrit panis sæpiùs lotus in aqua, deinde ex lacte recens mulcto comeditur. Plurimùm laudatur aqua hordei, in qua cancrorum caro detractis testaceis coxerit.

℞. hordei mundati ℥. 1. cancrorum excorticatorum ℥. 2. bulliãt in ℔. 2. aquæ, dum dissiliat hordeũ. Oportet ante excorticatos cancros priùs diligenter ablui, vt omnem fœditatem odoris deponant, deinde coqui. Potionum eiusmodi cancrorum mundatorum singulæ vnciæ singulis libr. aquæ hordei incoqui debent. 23 Similia ex cap. de phthisi repeti possunt. In instaurando hordeata, in quibus etiam

vitellus oui diſſoluatur. Aliquando quoque, vt refrigeres, ſemen portulacæ, lactucæ & ſimilia concoquuntur.

23 Vel hoc paretur deſtillatum. ℔. decoct. caponis iuuenis, armi vitul. alterator. cum lact. oxalid. bugloſſ. borrag. portul. ſcariol. ſeminib. frigid. maiorib. florib. violar. bugloſſ. nymph. ℔b. 6. micam panis vnius albiſſ. in lacte infuſ. limac. præparat. & in lacte infuſ. ℔b. ß. coxarum ranar. ℥. 3. Ponantur omnia in alembico: deſtillentur in diplomate, ſeu balneo Mariæ. Hoc deſtillato vtatur ſæpè cum ſaccharo pauco. Nutriet pleniùs, ſi teſtudo adiiciatur.

Si à ſyncope metus eſt, aliquid etiam vini granatorum, margaritarũ. ſemen acetoſæ, & alia, 42 quæ cordialia appellantur. Iuſcula carnium permittuntur, ſed alterari oportet hordeo mundato, concocto oleribus, quæ refrigerant & humectant, lactuca, portulaca, ſcariola, &c. Permittitur in potu aqua, in qua aliquid ſacchari diſſolutum ſit. 25 Vinum granatorum ſimiliter dulcoratum. In viribus infirmis, expreſſionibus, colatitiis, diſtillatis, inſtaurantibus vtendũ erit. Si à profluuio alui metus eſt, aqua hordei paretur ex hordeo torrefacto, ſimiliter & hordeatum. Quibus addi poſſunt gummi arabicũ, milium torrefactum, & alia eiuſmodi, quæ ſine calore aluum ſupprimunt. Auenatum loco hordeati ad tempus commodum eſt. Etenim fluxiones alui ſupprimit. Sed dum ſymptomatibus conſulimus, febris habenda ratio, & ad huius remedia tempeſtiuè redeundum eſt. Caſeus recens ſine ſale paulò firmioribus conuenit, vt vocata gelatina minùs firmis. Vinum dilutum bene contrà ſyncopem facit & lapſum virium. 26 Cibus duabus horis ante balneum

imperari debet, aut paulo poſt balneum. In balneo non eſt exprimendus ſudor. Madidus enim vapor ſatis. Summatim in vſu balnei, ad vires diligenter animaduertere oportet. Multa, quæ ad hanc febrem pertinent, ex commentariis de ſanitate tuenda, Methodo medendi, Libello de marcore colliges.

24 Vt roſæ, nymphea, aurum (quod quam vim cordi conferat, peritiores viderint) vnicornis cornu, ſaphyr. hyacinth. ſmaragd. vniones, ſantala, terra ſigillata: quæ vel in zulapiis, vel conditis, vel opiatis exhibentur.

25 Vinum item album, tenue, oligophorum, optimè dilutum: quo tamen, niſi vires reclament, abſtinendum.

26 Salubre eſt ſtatim ante cibum aquam hordei ſumere ad partium humectationem, vt ipſum alimentum faciliùs agglutinetur. Exemplo id fit cementariorum, qui parietes priùs aqua aſpergunt, quàm aut calce, aut cemento, aut gypſo incruſtent.

De febre ex cruditate.

FEbris 1 hæc ferè debilis, ſed periculo non caret. Deſperatio eſt, cùm vel ventriculi, vel hepatis inflammatio acceſſerit, in qua quantus, qualis, quo loco intus crudus humor eſt, conſiderandum. Aliquando enim, cùm ſanguis vtilis plurimus ſit, cruditas exigua eſt. Contrà rurſus, nonnunquam plurima cruditas eſt, exiguus verò ſanguis reliquus. Humor crudus aliquando frigidior eſt, aliquando ad coctum ſuccum accedit propiùs. Cruditas aliquando in primis venis, nonnunquam toto corpore aceruata eſt. Cruditatis in ventre & primis venis ſigna ſunt, nauſea, ructus, vellicatio, ac tormenta ventris, frequens borboriſmus, hypochondrij tumor atque 2 inflatio.

1 De hac Gale. lib. 4. Sanitatis tuendæ, & comment. in ſent. 31. ſect. 5. lib. 6. Epid.

2 Cruditas enim plurima & flatulentus ſpiritus in venis meſaraicis continentur.

Alimenta ferè in flatus commutantur, ob caloris ventriculi imbecillitatem. Cruditatis totius corporis ſigna ſunt vrinæ tenues, aquoſæ, leuiter tinctæ, diuulſæ, conturbatæ, nonnunquam cum 3 ſedimenti aſperitate, calor faciei pallidus, aut alius quàm rubens, vt liuidus & plumbeus, totius corporis moles 4 ſubtumida, pulſus inæqualis, obſcurus, paruus. Adiicienda ſunt, quæ ad coniecturam adhibentur ex anteacta vita, otium, crapula, intempeſtiua exercitia, immoderata venus, & alia eiuſmodi, quæ cruditatis coniecturam augent. Vocatus itaque ad eum, qui cum cruditate febricitat, ad hæc omnia animaduerte: & ſi quidem ad hæc omnia, vt malum faciei colorem, vrinarum cruditatem, pulſuum inæqualitatem & paruitatem, acceſſerit etiam totius corporis grauitas, tarditas, motus mentis & ſenſuum hebetudo, de remediis cogitandum non eſt, & de morte prænunciandum: multò magis, ſi qua ſubſit inflammatio ventriculi, vel hepatis. Illîc enim & crudorum ſuccorum plenitudo eſt, & vires admodum infirmæ, 5 à quibus & ſyncope, & mors expectanda eſt. Si verò omnia leuia ſunt, de remediis ita ſtatuendum.

3 Debilis enim calor & materiæ contumacia læuem eſſe vetant, æqualémque hypoſtaſin.

4 A flatu, & imperfecta aſſimilatione.

5 Ex cap. 5. libr. de curand. ratione per ſanguinis miſſionem.

Phlebo-

Phlebotomia in hac febre 6 nunquam imperanda, nisi color faciei leuiter rubeat, pulsus sit mediocriter magnus & vehemens, nec ita inæqualis, vrinę quoque meliùs colorentur. Hîc enim coniicimus frugi sanguinem superiorem esse cruditate. Itaque aperiatur basilica angusto foramine, ac 7 modica quantitate sanguis detrahatur. Exibit primum sanguis tenuis, subalbidus: at simulatq; cœperit fluere magis rubens, vena claudatur. Neque 8 tamen perpetuò expectanda est sanguinis mutatio. Sed interim dum exit sanguis, vires è pulsu & aliis recognoscendæ sunt. A phlebotomia imperanda mulsa, in qua aliquid origani, hyssopi & similium coxerit: &, si quidē humor crassior est, oxymelite vti oportebit. Decumbant molli lecto, aëre temperato, dormiant & vigilent vtrúnque mediocriter, victus incîdat & attenuet. Sed aduertendum in vsu mulsæ & mellitorum. Aliquando enim acrimonia 9 mollis aluus irritatur: diarrhæa sequitur: quæ si perseuerat, hominem præcipitat. Itaque si inde metus est, vel bene cocta mulsa, ptisanæ cremore vtendum est. In vsu attenuantium & incidētium tum alimentorum, tum medicamentorum, denique omnium, quæ vel intrò sumuntur, vel foris admouentur, vitanda sunt omnia, quæ nimis calfaciunt. Etenim febrem augent, humores crudos cōmouent, deiiciunt vires, syncopen accelerāt & mortem. Hæc igitur omnia non longè à medio recedant. Frictionibus & inunctionibus opus est. Atq; hæc quidem omnia, 10 vt cruditas cōcoquatur. Aspero itaq; linteo crura, brachia, spina deinceps ordine perfricētur deorsum versus, 11 dum incalescant. Postea verò oleo

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 728 sur 805

dulci,non ſalſo,non rancido, alioqui butyro recẽti cædem partes inungantur. Hyeme etiã chamæmelino,anethino & ſimilibus,quę leniter quidem calfaciunt & digerunt. Sed perpetuò ad pulſum animaduertendũ eſt:qui ſi minor,obſcurior,magis inæqualis fieri videatur,omninò viribus conſulendũ. Vinum dilutum propinandum,mica panis ex vino, hordeatum,lac amygdalarũ,omnia quidem exigua quantitate, ſed non ita magnis interuallis repetita. Alioqui ſi conſtant vires, tenuis victus conuenit,& per interualla.Leue catharticũ phlegmagogum,vbi iam apparet aliquod ſignum coctionis.Maioribus pharmacis abſtinẽdum. Intempeſtiuis enim maioribus remediis vel necantur ægri, vel in periculum coniiciũtur,vnde vix poſſint reuocari.Animaduerte ergò ad vires 12 ex pulſu,ad coctionem ex vrinis. Vrinarũ hic ferè ordo eſt. Vbi expectatur ſalus, exeunt initio crudæ & aquoſæ, poſtea ſedimentum ponunt craſſum,diuulſum & aſperũ. Conturbãtur, ſed cõturbatæ ſedimentũ ponunt,celeriùs quidem, ſi quidẽ meliùs habet coctio: tardiùs,ſi non ita bene ſedimentum. Deinde melius fit, propiùs accedens ad album,læue & æquale. 13 Melius procedẽte morbo,iam non ſedimentum, ſed ſublimamentum,vel nebula in media vrina oſtẽditur.Cum iam appetit perfecta coctio,neque ſedimentũ,neque ſublimamẽtum, ſed tantùm nebula in ſummo vrinæ attollitur:atque ita vrinæ ad naturã redeunt,ſimúlque æger ad priſtinã valetudinem.Videndum quoque,ne te fallat vrinæ conturbatio. Perturbatur vrina, vel quia calor natiuus iam cruda concoquit: vel quia extinguitur. Vtrúque diſtingues ex pulſu,

Etenim si pulsus, quàm ante, melior, coctio cœpta est. Si verò minor, obscurior, magísque inæqualis, mors in propinquo est. Suffocatur calor multitudine materiæ: deinde quia humor crassus vias intercipit, multæque obstructiones fiunt. Clysteres, vbi resistit aluus, acriusculi infundantur. Alioqui, si à viribus metus est, remittenda sunt cætera remedia ad tempus, & tantùm viribus consulendum est. Vbi omnia mediocria sunt, mediocriter temperanda omnia, ac toto decursu morbi faciei color, vrinæ commutatio, & pulsus diligentissimè considerandæ sunt. Ex his omnis remediorum ratio colligitur. Et in hac febre, quæ sæpè incidit, nullum leue peccatum est. In summa clementer cum hac febre agere oportet.

6 Galen. ibidem, & libr. 4. Sanitatis tuendæ. Attamen si subflorida & subrubea facies eluceat, quæ indicio sit sanguinem laudabilem cruditatem adhuc sua copia exuperare, inconcinnum non erit venam secare.

7 Pro periti medici arbitrio, vt ad ℥.4. scilicet vasculum vnum & dimidium.

8 Sanguinis mutatio expectatur, cum vitiatus sanguis paucus, & frugi multus: at si ille superet, minimè. Item mutatio eadem ex lib. 2. de vict. rat. in acutis expectanda in inflammationibus à secta vena non longè distitis.

9 Vt si maior eius copia adiiciatur, aut si æger diutiùs vtatur.

10 Materiæ parte in halitus digesta.

11 Sed enim cum artus abundè calidi videbuntur, metúsque erit, ne ex ampla frictione lassitudines sequantur, tum desistendum.

12 Virtutis vitalis præcipua in morbis ratio habenda. Arteriæ pulsu se prodit. Itaque salutis & mortis indicium securius ex pulsu, concoctionis ex vrina, petitur.

13 Tunc enim fiunt vrinæ similes sanorum, quæ sedimento carent.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 730 sur 805

DE SYMPTOMATIS FEBRIVM.

OVæ cadũt in febres, vt & alios in morbos, ſymptomata, trium ſunt generũ: aut enim actiones læſæ, aut excremẽtorum & euacuatorum exceſſus, aut affectus corporum, ſeu mutatæ exiſtunt qualitates. Primi generis ſunt, ſomnus, vigilia, delirium, capitis dolor, ſyncope, ſitis, deiecta appetentia, rigor: Secundi, fluor, obſtipatio, ſudor, vomitus, hæmorrhagia: Tertij, linguæ ſcabrities, nigredo, icterus, & cætera id genus. Leuiora ſunt interdum, & quæ medicum minùs debeant exercere: aliàs grauiora, & quibus maiore cum diligentia & ſollicitudine, quàm febribus ipſis, ſit conſulendum. Dictum quidem eſt antea de iis febrium accidentibus, quæ ipſarum generationem neceſſariò ſequuntur, nec tamen curationem immutant: nunc ea traduntur, quæ præter communem aliorum ſortem curationem ad ſeſe trahunt, quòd cauſarum vicem obtineant. De his fuſiùs Gal. lib. 12. Methodi.

De ſomno & vigilia.

SI Omnus in febribus alius naturalis, alius præter naturam. Maximè 2 naturalis eſt in declinationibus, tum totius morbi, tum particularis acceſſionis. Præter 3 naturam verò initiis acceſſionum,

atque vbi multus humor vitioſus aceruatus in capite. Sic enim vitium rapitur in medium corpus, laborem facit, conuulſiones, timores, & alia eiuſmodi. Ideo ſcriptũ ab Hippocrate. In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale: ſi verò iuuat, non mortale. Laborem facit qui præter naturam eſt: iuuat, qui eſt naturalis.

1 Somnus & vigilia, vt animalis facultatis ſunt ſymptomata, explicantur. Naturalis ſomnus in febribus cauſas arguit moderatas & vtiles: at qui præter naturam eſt, contrarias, vt in lethargicis: medius eſt interdum, vt in temulentis, qui à naturali recedens, nondum tamen eſt præter naturam, qualis in pueris etiam cernitur.

2 Tunc enim ſomnus calorem alienum refrigerat & reſtinguit, & natiuum adauget.

3 Qui ſymptomatis ægrum auget, materiâ in intimum corpus confluente, ex commentario in aphor. 1. lib. 2.

4 Quod funeſtum eſt ex Hippocrate aphor. 67. lib. 4. *In febribus ex ſomnus timores, conuulſiones, malum.*

Bonus eſt (inquit Hippocrates apho. 2. lib. 2.) qui delirium ſedat, intelligens malum, qui delirium facit. Ac rurſus. Somnus atque vigilia, vtráque ſi modum exceſſerint, malum. Neque enim omninò dormire bonum, aut vigilare. Sed hæc duo temperari debent, & maximè, vbi cruditas eſt. Somnus enim concoquit: vigiliæ verò digerunt, fuſo calore in habitum corporis, atque ita repurgatis fumoſis excrementis.

Habenda quoque morborum ratio. Eſt enim, cum 5 non ita dormiendum eſt, ſed quantùm vires requirunt: quod in peſte dicetur. Ac febres omnes ſomniculoſas plenas eſſe periculo certum eſt: item quæ peruigiles ſunt. Vtriúſque ergò accidentis cau-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 732 sur 805

ſa inueſtiganda eſt. In febribus 6 calor, ſiccitas, dolor, ferè vigilas inferunt: hinc celeriter vires concidunt, & facies illa Hippocratica inducitur. Nares acutæ, &c. Palpebræ vix ſe attollũt, pulſus ad inſtar chordulæ extenſæ præ duritie & ſiccitate arteriæ, Huic itaque malo anacollematis, vinculis, odoribus, potionibus, maturè ſuccurrendum.

5 Ac cùm noxius fuerit ſomnus, prohibendus iis, quæ ad lethargum præſcripta ſunt, clyſteribus, frictionibus, errhinis, partium vellicationibus, clamoribus, odoratu calidorum, aut frigidorum incidentium & tenuantium.

6 A Galeno lib. 3. de cauſis pulſuum tres vigiliarum cauſæ aſſignantur, calor, ſiccitas, dolor: quibus totidem contraria ſunt remedia opponenda, refrigerantia, humectantia, anodyna. Quæ refrigerant & humectant, partim aſſumuntur, partim admouentur. Aſſumuntur ſorbitiones, vt hordeata & amygdalata è recentibus hordeo & amygdalis, additis ſeminibus frigidis lactucæ, portul. melon. cucurb. aut papau. alb. ad 3. 2. & hora ſomni, vel media nocte, ſi ſomni difficultas ſuadeat, exhibendæ: potiones hypnoticæ, ex decocto ſeminum portul. lactuc. capitibus papau. alb. & ſimil. in quo. diſſoluantur ſyrupi, papauerinus, nenupharinus. violac. diacodium ſine ſpeciebus. Admouenda ſunt, linimenta, frontalia, cataplaſmata lotiones partium inferiorum. Horum omnium formulæ ſubiiciuntur.

7 Græci ſub horam ſomni manus & pedes ad articulos vinculis conſtringunt, dum defatigentur. Soluunt vincula, ſubducunt lumen, imperant ſilentium. In ratione vinculorum animaduertendum, ne corpus arthriticum ſit, aut ſint vlcera ad articulos. Sic enim ad alia remedia confugiendum eſt.

7 Vt Paulus Ægineta cap. 41. lib. 2. Arthriticis verò vincula aptanda non ſunt, ne fluxio aliqua in articulos imbecillos, vel iam laborantes, vi doloris conuehatur.

Anacollemata, quæ frontalia appellant, ad repellendum commoda, ex olei roſacei ℥.1. aceti ʒ.2. cum oui candido.

Aliud.

℞. olei viol. & roſ. ana ℥.ß. aquæ roſ. vel betonicę, ℥.2. agitentur cum oui albumine. Fortius erit, ſi Gr. 6. vel eò plus opij addideris, aut ʒ.2. populeonis. Sed in vſu anacollematum habenda ratio naturarum. Nam pueris, mulieribus, epilepſiæ obnoxiis, & mollioribus corporibus eiuſmodi refrigerantia ſtuporē inferunt, & lædúntque memoriam in reliquam vitam. In iis verò, qui remedia ſuſtinere poſſunt, innouanda ſunt ſæpiùs: ſtatim enim incaleſcunt.

8 Quinetiam lethargum promouent, vehementiorem cerebri frigiditatem cum humiditate coniunctam inducendo.

℞. capita 3. papaueris. In pul. redacta commiſce oui albumini. Bene fiet, ſi albumen oui ex aqua roſacea priùs agites, & deſpumes. Aliud.

9 ℞. olei papaueris albi ℥.1.ß. populeonis ℥ ß. albuminis ouorū ij, vt antè, deſpumat. ℥. 2. lactis muliebris ℥. ß. Præferunt in hoc lac muliebre, ſi nutrix albo colore eſt, & puellam nutrit. Frontale ſiccum.

9 Vel tale fiat cataplaſma. ℞. farinæ hordei ſubactæ cum ſucco lact. & oleo roſaceo ℥.1. vnguēti popul. ℥.1. f. cataplaſm. Valentius hoc erit. ℞. flor. roſ. viol. & nympheæ ana P.1. ſem. hypoſcyami, lactucæ, papau. alb. ana ʒ.2. coquantur, terantur, addendo olei papauerini ℥.1. populei ℥. 1. Repoſita inter duas telas raras portio fronti applicetur. Hûc pertinebunt linimēta, qualia ex cerato refrigerante Galeni cum oleo roſaceo agitato, ex olei viol. ol. roſ. & ſucc. ſolan. ana ʒ. 6. cum popul. & aceto, ex oxyrhodino cum albumine oui & aliis id genus confici ſolent.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 734 sur 805

℞.quatuor ſem.frigidorum ana ʒ.1.ſem.papau.ℨ. 2.florum nenupharis, violarum,anethi ana P. 1. fiat ex omnib. puluis, qui inuoluatur in linteo duplici: deinde perfumetur cum aqua roſarum & betonicę, aut cum vino albo diluto his aquis. Aliud.

℞. nenupharis,roſarum, violarum ana P.1.corticis radicis mandragoræ ʒ.1.ß.ſem.papa.albi,coriandri ana ʒ.1.conquaſſentur craſſiuſculè,inuoluantur, & perfumentur,vt priùs.

Potiones.

℞. ſyrupi papaueris, de nenuphare ana ʒ. 6. decoctionis lactucarum ℥. 2. Capiat horâ ſomni. Aliud.

℞.lactucarum P.1.dactylos tres,caput vnum papaueris.Fiat decoctio ad ℥.4.cum ℥.1.ſyrupi roſati fiat potus. Vel.

℞. dactylos duos cum capite papaueris, fiat decoctio ad ℥.3.In col.diſſol.ſacchari roſati ʒ. 3. Conuenit vbi diſtillatio in pulmones cum vigiliis: ac ferè commiſcemus ea, quæ adſtringunt, vbi fluxio eſt,vt in dyſenteria.

℞. ſyrup. de papau.℥.1. diacodij ſine ſpeciebus ʒ.1.aquæ ferratæ ℥.ß.Detur hora ſomni. Conuenit & ſyrupus roſatus,aliàs per ſe,aliàs cum aliis. Olfacere oportet oleum de ſemine lactucæ, de nenuphare, violarum, cucurbitæ, aut ex his nares inungere. Alioqui refrigerantia,vt lactuca, flores violarum,nenupharis, ſemen & capita papaueris, ſemen album hyoſcyami,coquuntur aquâ: vapor auribus & naribus excipitur: ſpongia in his immerſa & expreſſa ſubinde naribus admouetur. Conueniunt molles frictiones plantæ pedum, linteamina bene

munda,instratum cubile refrigerantibus,susurri facti,identidem infusa aquâ. Sunt qui abraso capillo humectant caput spumâ seri lactis feruefacti: melius fuerit oleo rosaceo perfundere. Alij è floribus croci,demptis staminibus, aquam distillant, eius aquæ ad ʒ.4.propinant hora somni. Quidam etiam probant manus & pedes ablui ex decocto refrigerantiũ. Bonũ quoque fuerit hordeata, lac amygdalarũ dissoluere ex decocto lactucarum,capitum papaueris & similiũ, iuscula alterari cũ multa lactuca, nodulos quoque fieri, qui iusculis incoquantur, vt. ℞.quatuor sem.frigidorum maiorum, portulacæ ana ʒ.ß.fiat nodulus. Vbi verò nimiùm somniculosi sunt, exprime succum è radice fœniculi, & indes naribus, aut spongiam imbues aceto, in quo priùs concisa radix fœniculi,hyssopus, nux moschata, aut quid simile coxerit. 10

10 Nam per cæcos neruorum meatus, qui ad partes illas perreptant, vapores cerebrum irrigantes & humectãtes, somnúmque tepôre suo conciliantes efferuntur. Parabitur autem lotio ex decocto foliorum salic.lactuc.vitium,florib.nymph. viol.chamæmeli. Licebit eodem decocto, (additis tamen aliquot cephalicis,vt beton.stœchade,& similibus) caput abluere: nam vapores acres resoluendo & refrigerando somnum conciliabit. Poterit quoque sacculus institui ex rosis, violar. cortice papauer.alb. seminibus lactucæ & hyoscyami, pulueratis, ac sæpè & sæpè naribus obiici.

De siti.

SItis fit 1 ab humido deficiente, aut calido superante. Calori aliquando coniuncta est siccitas,vt in ardoribus: aliquando humiditas, vt in hydropicis,& quum pituita salsa ventriculo inhæsit.

1 Galen. cap. 30. lib. 1. Simplic. Sic comment. 1. in lib. Hippoc. de natur. humana, ſitis (inquit) fit nobis ſicceſcẽtibus. Eſt autem id ſymptomatis genus febrium fermè omnium indiuiduum, ſed maximè continuarum omnium, ardentium, atque adeò tertianarum proprium.

Naſcitur autem vel ita alterato toto corpore, vel certis partibus: quales ſunt gula, ſtomachus, ventriculus, viſcera, primùm inteſtinum, pulmo. Sitis quędam eſt, quæ nullo potu expleri poſſit, ideóque Δίψαχον Græci vocant. Etenim non aliter quàm qui à dipſade ſerpente morſi, inexplebili ſiti ardent. Idque aliquando in morbo contingit, de quo cap. de profluuio vrinæ. Aliquando id contingit iis, qui veteri vino 2 indulgentiùs ſeſe ingurgitarunt: aut vinum alioqui calidum largiùs hauſerunt: vel qui marinam aquã, ducis inopiâ, diutiùs biberunt: qui deniq; ſalſis & medicatis alimentis, vel etiam pharmacis ipſum contraxerunt. Vbi humidũ efferueſcit, bilioſus ſuccus, ſalſáve pituita in ventriculi tunicis imbibita eſt, hoc idem accidit. At verò ex contrariis cauſis ſitis nulla eſt, vel quia ſentiendi facultas demortua eſt in ventriculo. Hoc verò in febribus maximis & ardentibus exitium denunciat. Eſt quum adſit iuſta cauſa ſitis, non ſitiant tamen, qui febricitãt: tum quia, vt modò dicebatur, extincta eſt ſentiendi facultas ventriculi: tum quia à capite 3 humiditas defluit, atque inde irrigatis partibus, vnde ſitis incendi ſolet, non ſitiunt.

2 Vinum enim meracius & largius epotum haud aliter in ventriculo, ac muſtum in dolio, dum feruet, fumos & vapores calidos emittit, à quibus ſitis.

3 Iuxta Hippocratis aphoriſm. 54. libr. 4. Quibus plurimùm ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus arden-

tibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur. Nam (ait Galen. in commentario) madeſcunt quodammodo loca, quæ ad aſperam arteriam ſpectant.

Vitioſa quoque ſitis eſt, cum ſcilicet alienos potus appetimus ex natura humoris vitioſi imbibiti tunicis ventriculi, qualis eſt pica circa cibos, id eſt, abſurda mulierum appetentia, quæ vterum gerunt. Hæc itaque priùs diſtinguenda ſunt, quàm de potu fideliter decernas. Neque permittendum eſt, vt diutiùs ſitiant, maximè in febribus: atque vbi ſiccitas eſt. Quin & in declinatione cogendi ſunt, vt bibant. In acceſſionis principio & augmento potus prohibendus, ne veluti in fornacibus fabrorum ſuffuſa aquâ, aut alio liquore febrilis calor vehementiùs incendatur: ſed tum ſitis fallenda eſt madefacta lingua, vel etiam conuoluta folio lactucæ, acetoſæ, aut linteolo in aqua frigida, vel oxycrato madefacto. In vigore collutionibus iam vtendum, & gargariſmis: qui vbi inclinat, & vehementer ſitiunt, largiter ac confertim bibendum, quantùm, videlicet, haurire poſſint. Sic enim fit, vt ſubito motu & contrarietate potus excitatus calor foras diſſipetur.

Somnus 4 ſitim ſedat à ſiccitate, declinationibus tempeſtiuus. Sanguinẽ enim intrò colligit, vnde ſiccitas temperatur. Vigilia verò ſitim lenit à calore: caloré enim foras excludit. Ideóq; quicunque merum largius hauſerunt, ac per fumos & vapores calidos ſitiunt, iis non modò frigidæ potus, ſed etiã vigilia remedio eſt. Sedandæ ſiti ardentium, & eorum, qui calido & ſicco laborant, conueniunt, quæ refrigerant & humectãt: quale eſt dilutum oxycra-

tum, id est, aceti modicum, eiúsque tenuis & bene puri, multæ aquæ mixtum, vt facilè bibi possit. Acriore enim vtendum erit, vbi pituita salsa est, aut alioqui humiditas iuncta calori, vt in hydrope.

Aqua frigida, si neque infirmitas visceris, neque 5 cætera prohibent, tempestiuè data, efficacissimè sitim extinguit, quam calor & siccitas faciunt. Quòd si ab aqua frigida noxa metuitur, quinta parte tepidæ vini aquosi, iulepi violati, aut rosati, parte subdecupla sacchari temperari potest.

4 Hippocr. sect. 4. lib. 6. Epid.

5 Nam si sit aliquis humor collectus, qui perpetuam febris afferat consecutionem, purgatione deturbandus. Sic vomitu reiectabile, inquit Galenus, extinguitur sitis.

Aliud.

℞. seminis lactucæ & cucumeris ana ʒ. ß. liquiritiæ recentis & rasæ ʒ. 1. bulliant in 6. ℔. aquæ. Aqua refrigerata per se vel cum modico aceti, vt priùs, aut aliis proximè dictis, bibatur. Hordeatum mundatum & excorticatum in quadrupla aqua bibitur. Ptisana 6 vulgaris bene cocta ex hordeo mundato, recenti, succulento, excorticato, & glycyrrhiza similiter recenti, & rasa, vtilissima est. Sed hæc Medico animaduertenda sunt, alioqui sitim facit, non extinguit. Cydonia & pira humidiora, cucurbita, cucumer in rotulas conciduntur, immittuntur vase aqua frigida pleno, vas in puteum ita demittitur: vsus tempore aqua bibitur, cùm vehemens ardor est. Mel rosatum more Veterum præparatum, aut saccharum rosatum, sæpiùs refusa aquâ rosacea factum, in octupla aqua dissoluitur.

Cydonia, pruna, extrema lactucæ ac portulacæ, capreoli vitis, ramenta cucurbitulæ & cucumeris, aqua plantag. vel rosacea macerantur, & ore continentur. Similiter & granatorum succus, syrupi violacei ℥.1. in ℥.4. decoctionis lactucæ. Iulepus violatus, rosatus, vel ex aqua & saccharo factus, saccharo quidem communi, vel violato. Vinum granatorum, syrupus limonum & similia cum aqua hordei, decocto glycyrrhizæ & similibus propinantur. Pilulæ sunt ab Antiquis commendatæ sub lingua retinendæ.

℞.semin.cucumeris ʒ.4. gummi tragacanthi ʒ.2. gummi dissoluatur oui albumine, semina trita cõmisceantur, 7 fiant pilulæ.

Siccentur in vmbra, paulatim deglutiantur.

Circa guttur inunctio ex oleo rosaceo cum aquis, aut succis semperuiui, solani, vmbilici veneris, lactucæ, acetosæ, portulacæ, muccagine psylij, aliquot granis caphuræ, in quibus linteolum subtile & rarum subinde madefiat, ac frequenter apponatur. Conueniunt & ea, quæ contra æstum dicta sunt cap. de Febre ardente.

6 Cum ea ptisana vulgari, vrgente siti, dissoluuntur syrupi conuenientes, acetosus simplex, de limonibus, violaceus. Vel vtere conserua rosa. recenti in cyatho aquæ agitata. Sitim enim mirificè sedat. Sed potionis exhibendæ tempus imprimis captandum. Initiis accessionum à potu arcendus æger: in declinatione ad potum inuitandus largiorem: in incremento fallenda tantùm sitis.

7 Harum pilularum vna sub lingua teneatur, & humor saliua solutus paulatim deglutiatur.

De 1 linguæ ſcabritie & nigredine, totiúſque oris.

LIngua tunica veſtitur, quam communem habet cum toto ore, palato, larynge, gula, ſtomacho, internóque ventriculo: tum etiam anguſtiſſimas venas, per quas viſceribus communicat: ita fit, vt ex colore linguæ de viſcerum, venarúmque habitu coniiciamus.

1 Quæ linguæ ſcabrities & aſperitas fit ob immodicam ſiccitatem, vt nigror ob immoderatum calorem, Galen. commentar. in ſenten. 4. libr. 4. de rat. vict. in morb. acut.

Humores enim, aut certè vapores 2 è reliquo corpore eò ſublati, vbi iam non habent, quò vltrà progrediantur, in ſpongioſa lingua conſiſtunt, & corpus linguæ afficiunt, inducunt ſcabritiẽ, nigredinẽ, fiſſuras, ſiccitatẽ, aliáque id genus. Eadẽ quoque affectio totum os, quin & aſperam arteriam & œſophagum occupat. Scriptum ab Hippocrate 4. Aphoriſ. & 6. Epide. Quibus plurimùm ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, nõ multùm ſiti infeſtantur, neque iis lingua exuritur, Aliquãdo enim tenuis humiditas in os & linguam defluit, vel frequente tuſſi è vicinis corporibus glãduloſis eadem humiditas excutitur. Pars quoque in partes inferiores defluit, vnde hæc omnia humectantur, ex quo neque multa ſitis, neque exuſtio. Peſſimum ſignum eſt, vbi nigreſcit lingua, & nimis ſcabra eſt. Hîc igitur in primis 3 prohibendi fumi ſunt, qui à reliquo corpore attolluntur, coriandris præparatis, ſaccharo roſato, interceptis viis, vt po-

ſteà dicetur. Lingua ſcabra hydrelæo tepido ſæpiùs fouenda eſt. Sed oleum dulce ſit, & bene lotum aqua pura, nulla qualitate vitioſa. Alioqui tantùm aqua tepida vtendum eſt: in qua, ſi vis, præcoxerint ſemina cydoniorum, althææ, maluæ. Poſteaquam verò abluta lingua eſt, ſcabrities & humor qui inhæſit, ſatis aſpero linteo, ſpongia, cæruleo panniculo, cochleari argenteo, vel ad id parato inſtrumento detergenda, abradendáque. Sæpè enim veluti nigra fuligine obducta eſt lingua, quæ pertinaciùs hæret, niſi abradatur. Idque ferè fit ab aduſta bile, & ſurſum lata, vnde iis & deliria, & profluuia ſanguinis ferè contingunt. Aurelianus ſpongia aqua tepida imbuta abſterget ſimul, & humectat. Quòd ſi humectandi conſilium vincit, quia ſiccior lingua eſt, lini ſemen, cydoniorum, althææ, maluæ, pſylij, portulacæ, myxaria ſeu ſebeſten, althææ radices, aliáque eius generis, quæ humectant & emolliunt, in aqua priùs coquenda ſunt, in qua molle linteolum ſubinde inculcabis, atque ita linguam remollies. Vbi verò ſcabrities vincit, atque ideò abſtergẽdum magis aſperiore linteo, panniculo illo cœruleo, extremitate baculi alligato, vel ſpongia vtêris, & in præſcripta aqua aliquid ſacchari candi diſſolues, atque vbi ſatis humectatum, atque repurgatum os fuerit, frigida colluendum eſt. Cautio ne phreniticis & delirantibus, dum os abluis, in os digitum inducas. Mordicant enim, & digitum abſcindunt. Cornelius Celſus penicillo è carpto linteolo & conſtructo, ne diſſipetur, linguam deterget, quam priùs aqua calida inculcat: deinde melle vngit, & oleo roſaceo. Mel enim purgat & deterget. Roſaceum

reprimit,& ſicceſcere non ſinit.

2 Non enim lingua colorem mutat ratione aliquorũ humorum,niſi ij aut ventriculo contineantur,aut præ vehementi calore fuſi, atque in ſpiritum verſi, in ſublime ferantur. Comment.in ſent.14.ſect.5.libr.6.Epid.

3 Quia verendum eſt, ne fumorum iſtorum in cerebrum raptus phrenitidem committat.

Alioqui butyrum recens ſæpiùs ex aqua roſacea ablues, cui deinde ſaccharum commiſcebis. Quod ſi ſola ariditas,cerato roſaceo liquidiore vtitor,Saccharum candum retentum ore humectat & detergit. Paulus Celſo ferè conſentit, & roſaceum concorporatum melli plurimùm commendat.Sumach incoquatur mulſa,hinc ſcabritiem detergebis. Pruna damaſcena & ſebeſten incocta aqua roſacea humectando conueniunt,& reprimendo, ſuccus portulacæ, eiúſque folia ac reliquæ id genus herbæ priùs enumeratæ cap.de ſiti.

Archigenes ſale Indo vtebatur: nos ſaccharo cãdo.Auicennas bacculo ruſci,aut ſalicis deterget: oleo amygdalino cum modico ſaccharo optimo humectat & deterget.Quòd ſi oleum odioſum eſt, lacte amygdalino vtendum erit. Sed aliquando profundiùs ſcabrities inhæſit: cãcrum vulgus appellat. Tum Chirurgo vti oportet, qui depreſſa linguâ inſtrumẽtum ad id conueniens profundiùs immittat atque detergeat, ex quo gargariſmis vtendum eſt. ℥. 4 aquæ hordei aut ptiſanæ bene præparatæ ℥. 4.ſacchari violati,ſacchari candi ana ℥.ß.vel.

4 Hoc gargariſmate colluendum os: vel linteo aſpero demerſo lingua infricanda:vt ſi cochleari,aut inſtrumento conuenienti abradatur,mox abluatur.

℥.hordei

℞. hordei mundati ʒ.1. tragacanth.alb.ſem.cydoniorum, ſem.maluæ, liquiritiæ recentis mundatæ, ſucci eiuſdem ana ʒ.ß. Fiat decoctio in aqua puriſſima ad ℔.ß. In expreſſione diſſolue penidiorum ʒ.2. Fiat gargariſmus, quo tepido vtatur. Alius.

℞. ſacchari candi, tragacanth.alb. gummi arabici ana ʒ.2. ſem.pſylij, cydoniorum, portulacæ ana ʒ.ß. conſeruæ violarum ʒ.ß. Vniantur omnia: deinde diſſoluta in iulepi violati quantitate ſufficienti, gargariſmum faciunt contra ſcabriciem arteriæ, totiúſque oris interioris. Collum verò, qua maximè parte venæ ſunt & arteriæ, illinatur ſubinde hoc vnguento.

℞. olei violati ſæpiùs loti in aqua violarum ʒ.2. butyri recentis ſæpiùs loti ex aqua roſarū ʒ. ß. Fiat vnguentum. Vulgus vtitur 5 foliis linguæ canis, quæ collo circumponit, aliíſque herbis plurimis. Frequens quoque illi eſt aqua caprifolij & arnogloſſi, ſimiliter & omphacio aliquando vtitur. Decumbere oportet in 6 alterum latus. Supinis & ore 7 hiãtibus celeriùs lingua exareſcit. Sternutationes linguam humectant, quia violento motu è vicinis partibus humidis humiditas in os exprimitur.

5 Hæc parum iuuant ſic admota. Addit interdum vulgus animalcula millepeda vocata, quia fortaſſe ſcriptum eſt à Dioſcoride ea lita cum melle anginis remedio eſſe.

6 Nam per ſupinos decubitus vena caua & aorta arteria incaleſcunt impenſiùs: vnde nimietas caliditatis, linguæ ſiccitatis & aſperitatis parens.

7 Oris enim hiatus madorem, ſeu ſaliuoſum humorem abſumit.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 744 sur 805

De dolore capitis in febribus.

DE dolore capitis iam multa dicta sunt, quæ in hunc locum referri possunt. Peculiariter in capitis doloribus, qui cum febre per initia iuuadunt, prima aut secunda remissione 1 sanguinem mittito, si vires & cætera permittunt. Verùm priusquam de phlebotomia decernas, videndum ne dolor hic propter adstrictam aluum, aut vapores ventris, non quia 2 materia in capite est, excitetur. Hîc enim, quod ad dolorem attinet, phlebotomia necessaria non est, sed clyster sufficit: vt si post septimum diem dolor primùm inuasit, sanguis quidem detrahendus non est: sed aluus liberaliter mouenda est, vel pharmaco mediocri, vel rhabarbaro, catholico, vel clystere acriusculo. Quòd si nec clysteri quidem, aut pharmaco concedit dolor, cucurbitula occipitio, vel ceruici defigenda est: sine vulnere quidem, si tantùm vapor est causa: cum vulnere, si qua materia capite continetur.

1 Dolor capitis febris symptoma non semper curationem ad sese trahit. Etenim in crisi, ne naturæ motus interturbetur, eo etiam infestante, nihil moliendum. Scopis tamen assentientibus si sanguis sit mittendus, interna primùm secanda, si plethora adest: sin minùs, externa: dein vena frontis. Nam posteriora capitis dolenti vena in fronte secta iuuat, aphor. 68. lib. 5. Denique ex arteria, si res postulat: quanquam ista particularium capitis venarum pertusio haud ita sit frequens, vt prima ad librum superiorem exercitatione diximus.

2 Materiæ in capite contentæ indicia ex rubentibus oculis & facie, pulsu magno in temporibus, produntur.

Veteres raso capillitio aspersionibus plurimùm

vtebantur, & ex alto infusis liquoribus in eas partes capitis, quà per futuras anteriores humor in caput descenderet. Vtebantur ferè oxyrhodino, rosaceo cum aceti modico, si quidem calidior febris, talísque aëris conditio.

Frigidiore verò corporis habitu, & hyeme, chamæmelino cũ aceti quinta parte, quod propè fiet, si ʒ.2. aceti, olei ʒ.1. commisceas. Sed nunc ferè anacollematis, seu frontalibus vtimur, quæ frontem & tempora comprehendant ex eadem materia. Vel.

℞. olei rosarum ʒ.2. olei communis, vel chamæmelini ʒ.ß. Æstate frigidis, atque vbi feruentior febris est: vbi verò mitior febris, nec cœlum feruet, modò tepidis, modò calidis vtendum est. Aliquando proximæ mixturæ succum polygoni commiscemus, nonnunquam capita papaueris in oleis elixamus æstate, & vehementiori febre: alioqui serpillum, mentham, betonicam, saluiam, anethum, peucedanum, & similia.

Perseuerante dolore cataplasmata fingenda sunt.

℞. farinæ hordei M. 2. malaxentur cum succis fœniculi, & 3 olei rosacei ana quantum sufficit. Fiat cataplasma, quod in totam frontem & tempora extendatur. Quòd autem & subinde remedia commutari, priusquam nimiùm incalescant, quódque olea nec rancida, nec grauiùs olentia, nec salsa esse oporteat, iam sæpè dictum est.

3 Efficacius erit cataplasma, si olei rosacei loco, papaverinum adieceris.

Cornelius Celsus 4 rosas in aceto macerat, fascia in eo aceto madefacta maceratas rosas inuoluit:

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 746 sur 805

fronti, & temporibus apponit, ſæpè innouat: alioqui lana in eo aceto inculcata vim remedij conſeruat, quod & in aliis remediis fieri poteſt, ne celeriùs incaleſcant, ſæpiúſque commutanda ſunt.

4 Ad huius imitationem ſimilia fiunt ex lactuca recenti, portulac. ſeminibus frigidis, ſemine papaueris, floribus viol. & nympheæ, ſingulis parum contuſis, & rariore panno exceptis.

Alij pane ex pſylij & ſimilium ſucco ſubacto cataplaſmata fingunt. Nonnulli eandem micam panis cum foliis hyoſcyami conterunt, vel papaueris recentis, deinde oxyrhodino commiſcent. Abſtinendum verò aſſidua potatione, collutione immodica, luce, calore, colloquiis, ingratis odoribus & vaporoſis, clamoribus, ſtrepitu, & vehementi animi motu. Auicennas & Arabes hac irrigatione vtuntur.

℞. florum chamæmeli M. ß. furfuris, violarum, roſarum an. ℥. ß. Fiat decoctio: materia ſacculo excipiatur, qui ſubinde madefactus in decocto exprimatur, deinde fronti ac temporibus apprimatur. Neotericorum formulæ ſunt.

℞. olei roſarum ℥. ß. olei violarum & lactis mulieris ana ʒ. 2. aceti albi ʒ. 1. panniculus in ea mixtura inculcatus applicetur fronti & temporibus.

Aliud.

℞. aquæ roſarum & damaſci ana ʒ. 1. aquæ nenupharis ℥. ß. miſce, ſimiliter vtere.

Vitis capreoli & folia conciſa, tela inuoluta, & impoſita dolorem ſedant, & ſomnum conciliant: ſimiliter & reliqua materia, quæ refrigerat. Viden-

dum tamen, ne nimiùm refrigeremus, ideóque & aceto, & aliis eiuſmodi, ſed illo maximè, interdictum eſt, ne quis, videlicet, ſolo vtatur. Nam præterquam quòd nimiùm refrigerat, neruis etiam inimicum eſt. Atque iis multò magis abſtinendum eſt in pueris, mollioribus corporibus, & cælo frigido.

Auicennas in dolore capitis à febre abſtinet ſtipticis refrigerantibus, quia timet ne inde materia compingatur, & craſſeſcat nimiùm. Alioqui materia exprimatur, vbi catarrhus calidus eſt.

Delirium in vigore febrium multos prehendit ob capitis repletionem, inquit Galen. comment. in ſent. 36. ſect. 3. lib. 6. Epidem. De eo maximopere ſollicitum eſſe Medicum minimè oportet, niſi fortè metuat, ne in phrenitidem concedat, vt ferè fit calidioribus in naturis, quæ ingentiore febrium ardore exercentur. Quanquam verò ſepiùs leue eſt ſymptomatis id genus, huic tamen occurrere expedit, quia mente conſtare bonum. Si ergo à vaporibus acrioribus ſurſum latis fiat, ſumenda & admouenda ſunt, quæ illorum aſcenſum prohibeant, tum quæ diſcutiant. Qualia multa inuenias cap. de phrenitide libro primo. Si humores in vaſis calidi huic malo materiam ſuggerant, ſecanda vena. Si fæces in inteſtinis reſtitantes, enemata ſubdenda. Diſcutient materiam capite contentam catelli exenterati, & calidè appoſiti.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 748 sur 805

De sudore.

SVdor excretio est serosi humoris per poros corporis. Causas 1 habet, efficientem quidem calorem, materialem vel vaporem, vel humiditatem. Vapor à calore, qui humores resoluit, deinde in superficiem corporis attollit, relaxat paros: sed vapor occursu cutis resistit, atque hîc in humorem conuertitur, non aliter quàm in aëre pluuia, in ollis coquinariis humor è vapore sublato, si quid solidum opponitur. Humor verò eo modo materia est sudoribus, vt etiam vrinis. Atque vt in his aliquid etiam bilis emungitur, ita & in sudoribus tenuior bilis expurgatur. Sed venosum genus per vrinas magis, habitus corporis per sudores expurgatur. Est cum calor externus attrahit humores, liquefacit, ac resoluit, quod in balneis & vaporariis intelligitur. Aliquando etiam medicamenta quædam partium tenuitate & calore humores liquefaciunt, ac celeriter in habitum corporis penetrant, secúmque liquefactos humores rapiunt, vnde sudor. Atque interim imbecillitate caloris natiui, ac prope dissoluta naturâ diffluit sudor, ísque ferè frigidus, 2 vt in malignis febribus. Nonnunquam etiam præ copia humorum aut alimenti, sudor fit, de quo scriptum ab Hippocrate aphor. 41. lib. 4. *Sudor multus à somno factus sine causa manifesta corpus vti pluri cibo significat. Quòd si non assumenti cibum hoc accidat, scire oportet, quòd indiget euacuatione.* Et ex copia humorum perpetuus ferè sudor est in febrium generib⁹, quas typhodeis, & helodeis appellabamus.

1 His causis duabus tertiam addere licet, vt corporis præparationem, scilicet raritatem.

2 In his enim vruntur interna, & externa frigent. Frigidus etiam ſudor elicitur præ caloris imbecillitate, propter quam calfieri non potuerit copioſior materia.

In febribus ſudor eſt optimus, qui fit 3 die critico, præcedentibus ſignis coctionis, qualitate tepens, toto diffluens corpore, ſubſtantia tenui, nullo graui odore, cum pulſu bono & vndoſo, & à quo leuatur febris, ægérque incipit habere ſalubrius: cõtrà verò peſſimus eſt ei contrarius. Quòd ſi ante criſim aut acceſſionem fit, malus eſt. Etenim vi exernitur, exprimitúrque. Poſt criſim & acceſſionẽ fuſo calore, laxato corpore, natura vincente ſalutaris eſt. Qui circà ceruicem tantùm & thoracem, aut toto quidem corpore, ſed exiguus, naturam languidam, vel copia grauatam ſignificat. Deterior tum eſt, vbi in ſupernis tantùm partibus. Nam ſi tum natura infirma eſt, ſyncopem denunciat: quòd ſi etiam frigidus eſt, iam ſyncope eſt. Alioqui ſi non ita infirma natura eſt, partem, vnde effluit ſudor, grauatam copia coniicies, vel aliter affectam. Qua parte ſudor, ibi morbus, inquit Hippocrates, aph. 38. lib. 4. vt & hoc. Frigidi ſudores cum acuta febre mortem, cum mitiore morbi longitudinem ſignificant, ex aph. 27. lib. 4. Hæc omnia in febribus diſtinguere oportet, vt intelligamus, qui ſudor bonus, quíque malus ſit, qui reprimendus, & rurſus quem excitare oporteat. Eſt & genus ſudoris incogniti antiquis, qui paucis diebus hominem reſoluit, ferè ſimilis ei ſudori, quem cardiacũ dicebamus. Vocatur autẽ 4 Anglicus, quia in Anglia anno milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſexto populariter graſſari cœpit, quo correpti ſtomachi & capitis æſtuoſo

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 750 sur 805

dolore cruciantur, toto corpore ſudorem fœtidum effundunt, ſitiunt, intra viginti quatuor horas animo deficiunt & moriuntur. De quo iam multa ſcripta ſunt. Sed qui eo tempore vixerunt, afferunt præcipuam cauſam mortis, quòd loco ſtare nequeant ægri, pedes, manúſque ad refrigerium iactent, ac ſuppreſſo ſudore moriantur.

3 Dies criticos ſudoribus dicatos expreſſit Gal. comment. in aphor. 36. lib. 4.

4 Nonnulli ſudorem eiuſmodi ad typhodem febrem retulerunt, cùm tamen ad peſtilentem potiùs videatur referendus. In Anglia, vnde nomen obtinuit, cœpit graſſari ob regionis illius humiditatem. Idem Germanos anno 1528. infeſtauit.

Itaque cautio fuit Anglis, vt qui interdiu corriperetur, 5 ſtatim cum veſte decumberet, foueret ſudorem: qui verò noctu, ſeſe colligeret, benè cooperiret vt efflueret medicus ſudor. Potu vtatur, qui temperet ſitim, cibo ſi carere poteſt, bene eſt: ſin minùs, frugaliter vtatur: nec ſe dimoueat lecto, nec iactet membra ad refrigerium. Eſt enim lethale, vt vix centeſimus quiſque euadat: aut ſi qui euadunt, in morbum his térque relabantur, & tandem concidant. Hæc ex Chronicis Angliæ, quas ſcripſit Polydorus Virgilius.

5 Sic Ariſtoteles ſect. 1. Problemat. iubet ægros febricitantes, potiſſimùm cùm ſudores eruperint, contineri.

Sudores verò in febribus aliàs cohibere, aliàs excitare oportet. Critici, ſi quidem reſiſtunt, excitari debent: ac ferè reſiſtunt, vel quia copioſior materia eſt, vel qualitate craſſior & lentior: alioqui

externa cauſa eſt. Propterea conſuetudo eſt, vt ſyrupum acetoſum cum ptiſana, vel aqua hordei calida imperent: alioqui ptiſanam vel aquam hordei ſaccharo condîtam. Atque hæc calida imperentur, vt citiùs penetrent in corpus.

In ſumma quæcunque vim habent aperiendi, nec adeò calefaciunt, mouendis ſudoribus imperari debent.

Atque vbi materia craſſior eſt, minúſque viſcida, decoctum hyſſopi, thymi, pulegij & ſimilium, vel oxymeliti, vel ſyrupo acetoſo miſcendum eſt.

Verùm in ſudoribus etiam criticis 6 modus quidem eſſe debet, quemadmodum & in reliquis omnibus criticis excretionibus.

6 Critica excretio etſi ſiſtenda non eſt, ſi tamen vberior fuerit, metu nimiæ virium exolutionis, tutò ſiſtitur. Nonnunquam enim natura ſuam ſemel molita euacuationē ſeipſam continere nequit, non ſecus, ac qui per decliue ſuum curſum inſtituerunt.

Modum verò tibi indicabit pulſus, qui per eiuſmodi excretiones vehemens & magnus. Quo igitur tempore talis permanet, nihil ab excretione tibi metuēdum eſt: vbi verò cœpit imminui & langueſcere, ſiſtenda hęc excretio eſt. Hiſtoria eſt apud Galenum libell. de vſu reſpirationis. Imperitus quidā Medicus ſudantem adoleſcentem in balneum deduxit, & extinxit, præter modum citatis ſudoribus.

In 7 ſyncope copia grauante, inflammationibus viſcerum, principiis morborum acutorum ſudores mali. Etenim naturæ imbecillitate, non robore effluunt. Ab animi quoque moleſtia, conuulſionibus, magnis doloribus ſudores commoti cohi-

beri debent, vt etiam qui 8 resoluto corporis habitu diffluunt. In sudoribus remissis neque satis fluẽtibus melius est aquam guttatim cadere, quàm tenuiter & parcè corpus madefacere.

7 Aqua frigidus est sudor, naturæ infirmitatem à crudis humoribus, vt antè dictum est, arguens.

8 Habitus corporis colliquatio abit in sudores: succorum verò in venis per deiectiones, aut vrinas.

Diapasmata Græci vocant, quæ ad sudores insperguntur, vt Alipasmata, quæ inunguntur, magísque cohibendis sudoribus. Diapasmata ex materia refrigerante & adstringente, vt est rosarum siccarum puluis, terra Samia, Cimolia, creta, alumen scissile, plumbum exustum, gypsum lotum, mala punica. Hæc singula commixta, vel per se subtiliter trita corpori asperguntur, vel astringẽte oleo commixta inunguntur.

Ad 9 sinistram mammam, & totum ventrem remedia adhibẽda sunt, ac subinde mutanda sunt. Cęterùm vbi tumor præter naturam in hypochondriis, adstringentibus abstinere oportet, vtendúmque pane ex rosaceo subacto: Alioqui farinam volatilem ex aqua, vel rosaceo subactam hypochondriis impones. Atque remedia, quæ sudores cohibent, fugere oportet.

9 Ab his enim partibus sudores effluunt copiosiores.

Aëtius cataplasmatis refrigerantibus sinistram mammam & totum ventrem comprehẽdit: smegmatibus verò aut diapasmatibus, id est, puluisculis, collum, thoracem, alas, inguina conspergit. Corpus quoque ventilandum est, atque leuandum stragulis. Possumus succo plantaginis, portulacæ & simi-

lium media corporis irrigare: vniuersum corpus ceratis ex oleo adstringente inungere.

Paulus resistentem sudorem criticum, aut remissum, fotu, quiete, calido clystere, sorbilationibus, somno denique adiuuat.

Sudores ab animi molestia, conuulsione & similibus, extremitatum ligatura, fotu extremorum, vestimentis laneis compescit.

In summa nullus sudor vi exprimendus est. Sed vbi natura eam excretionem molitur, tum quidem adiuuanda est. Certissimum indicium salutaris sudoris è pulsu colliges, qui magnus & vndosus esse debet, si quidem sudor salutaris futurus est: ac præter cætera animaduerte, quæ sudoris causa extiterit.

Si enim præter naturam est, qualis est dolor animi, molestia, conuulsio, interior inflammatio, & similia: sudor quidem resoluit corpus, non leuat: itaque cohibendus est. Contrà verò si naturæ victoria est, pulsus magnus erit & vndosus, neque tum sudor cohibendus: sed si resistit, incitandus, dum incipiat pulsus langueſcere. Signa prognostica, è quibus præsagias sudorem, iam antè descripta sunt cap. de febre ardente.

Sudor qui grauiter olet, putridam, corruptámque materiam ostendit. Suspectus est, qui non soluit febrem, qui non minuit symptomata, qui alio die, quàm critico, existit.

De morbo Regio.

QVibus in febribus morbus regius 1 ante diem septimum accidit, malum, inquit Hippocrates. Tum scriptum ab eodem primo de morbis popularibus, multos seruatos, quibus die

quarto morbus regius accidiſſet,& lib.de rat.victus acutorum.Morbus regius ante ſeptimum ſi 2 cum horrore,ſalus:ſi ſine horrore, mors. Quæ quia pugnare videntur, meminiſſe oportet morbũ regium ante ſeptimum ferè exitioſum, 3 niſi ſequatur excretio, qualis eſt fluor ſanguinis è naribus, alui profluuium,vrina multa,ſudor,vomitus,& ſimilia.

1 Non enim ante diem ſeptimum bilem iudicatoriè efferri potis eſt,inquit Galen.comment.in eum Hippocr.locum.Adde quod etiamſi fiat poſt ſeptimum, periculo non vacat, vt ſi ſit ab obſtructione,inflammatione,vel ſcirrho.

2 Horror enim aut rigor ſequuturam indicant excretionem.

3 Sic Hippocrates ſent.67.ſect.2.lib.1.Epid.ſeruatos multos ante diem ſeptimum commemorat,quòd alia copioſa excretio eſſet conſequuta. Nam ante ſeptem dies alij quoque ſunt critici,in quibus omnimoda fieri poteſt excretio,ſed non ſolius bilis in cutem. Hæc enim ſola depulſio ad criſim non ſufficit ante ſeptimum.

Alioqui naturæ infirmitas oſtenditur, grauis intemperies,aut obſtructio hepatis, eiuſdem inflammatio, aut ſcirrhus. Quòd ſi initio morbi natura concidit,exigua ſpes reliqua eſt.

Poſt ſeptimum diem verò, ſi quidem criticus eſt, ſalutaris eſt.

Poſt ſeptimum ſignificare ſudorem ſcripſit Hippocrates lib.de 4 Iudicationibus,

4 In febribus enim ardentibus (inquit Hippocrates lib.de Iudicationibus) ſi poſteriùs ſeptimo die regius accidat morbus,indicium eſt ſublati ſudoris,& ſolutæ febris.

Si igitur poſt ſeptimum morbus regius ſit, & criticus eſt, expectanda ſalus: multò magis, ſi qua excretio critica coniuncta eſt: vnde leuetur natura,

minuatur febris,eiúſque ſymptomata.

Verùm aliquando & morbus regius fit, & ſequitur excretio, & mori contingit. Ita Hermippus in Epidemiis cùm à morbo regio abundè excreuiſſet per aluum,mortuus eſt.

Phanagoræ ſeruus tertio die auriginoſus nihil excreuit,mortuus eſt.

Heraclides & alij permulti ſexto die auriginoſi ſeruati ſunt: quibus ſequuta per veſicam purgatio, turbata aluus eſt,vel profluxit ſanguis è naribus.

Præter remedia,quæ proprio capite de morbo regio deſcripta ſunt, conueniunt, balnea dulcia,vnctiones ex oleo chamæmelino,anethino, irino, aut cui roſmarinus incoctus ſit.

Potiones,quæ aperiant, rarefaciant, moueant ſudores,quæque partim capite de variolis, partim capite de ſudoribus deſcripta reperiuntur. Atque vbi extincta febris eſt, liberior vſus eſt aperientium. Oculis conueniunt fotus ex qua tepida,in qua ſummitas fœniculi,flores chamæmeli, anethi, roſmarini efferbuerint. Atque eadem aqua,& facies,& corpus vniuerſum ablui poteſt.

Oxyſacchara, Granatorum ſuccus cum modico melle albo,vel ſaccharo oculis inungitur. Errhina imperantur.

Ablutio faciei ex aceto albo tepido. Errhinorum vſus in balneis ex aceto acerrimo ſcyllitico, ſucco naſturtij,maioranæ,betæ, fœniculi, roſmarini. Elaterij momentum in lacte muliebri diſſolutum.

De diſſoluta 1 *appetentia.*

APpetentiæ ideo conſulẽdum eſt, quia longiore inedia vires diſpereunt. Itaque quantùm

morbus patitur, curandum vt æger aliquid appetat. Neque omnino denegandum eſt, quod æger appetit, etiamſi non ita morbo conuenire videatur. Scriptum enim eſt ab Hippocrate aph. 38. lib. 2. Parùm deterior potus aut cibus, &c. quòd ea quæ cum voluptate aſſumuntur, ventriculus amplexetur auidius, & faciliùs concoquat.

1 Diſſoluitur appetentia, & cibi faſtidium ingeneratur à vitioſis humoribus, quos imbibit ventriculus. Ad hanc quoque cauſam accedit virtutis imbecillitas, quæ præſertim calidam ſequitur intemperiem.

Atque interim coguntur vti clyſteribus, 2 qui nutriant, vbi nimiùm deiecta appetentia, nihil aſſumit æger, aut omnia reuomit. Similiter & cibum non ſentientibus, & cardiacis, iuſcula caponum, pullaſtrorum cum modico ſaccharo, hordeatum & amygdalogala.

2 Galen. lib. 5. Method. ait iniectos clyſteres non aſcendere ad ieiunum inteſtinum, & tenue vix pertingere. Primo de facultatibus naturalibus addit nihil nutrire poſſe, niſi quod concoctionis loca præterierit. Arabes contraria ſunt in opinione. Agnoſcit tamen Galenus lib. 3. de natural. facultatibus in inteſtinis vim coquendi, & ab his per meſaraïcas hepar aliquando attrahere contendit. Sic lib. 6. de ſymptom. cauſis clyſteres vomitu reiici poſſe aſſeuerat. Vnde conſtat alimentum his quoque poſſe ſuppeditari. Clyſter ita imperabitur. ℔. decocti caponis cum lactuc. portulac. & acetoſ. alterati lib. ß. vel lib. 1. ſacchar. roſati, vel violati ʒ. 1. vitellos ouorum duorum. f. clyſter. Iniiciatur ante ſomnum, vel quo tempore æger cibum capeſſere ſolebat, ſed repurgata priùs ſuis fæcibus per alium clyſterem aluo.

Oribaſius alicam, triticum, far, furfures, panes coquit, & decocta infundit nutriendo, & ſtercora duriora excludendo. Meliúſque fuerit, priuſquam nu-

trientem clysterem iniicias,alio clystere inteſtinum repurgare, ac quantum fieri poteſt, & paulatim & profundum nutriens clyſter infundatur.

Aëtius oua confracta in ptiſanæ cremore, aut alicæ,iniicit vacuo inteſtino,hoc eſt, bene repurgato veteri ſtercore. Nunc vitellum oui in hordeato, lacte amygdalino,iure carnium diſſoluemus.Potus ſit ʒ iulepus roſatus, diſtillatum: ſed quia dulcia ſunt,quarta pars vini granatorum adiici debet.Gelatina cum eodẽ vino, vel granis acidi granati, granatum quoque acidulum, cum modico ſaccharo exhibeatur. Iulepus factus ex ſucco depurato capreolorũ vitis. Syrupus de agreſta cum aqua cocta frigida. In conualeſcentibus ſæpè humor aliquis reliquus eſt imbibitus ventriculo,vnde deiecta appetentia.Eos ſcripſit Hippocr.egere vacuatione.

ʒ Huius zulapij duo aut tria cochlearia breuibus interuallis ſine aqua ſunt aſſumenda. Vt. ℔.zulapij roſati ʒ.ʒ. ſucci granatorum ʒ.ı.commiſce: capiatur per interualla.

Vacuatio olim ex hiera: nunc ex rhabarbaro. Optimum fuerit vacuans medicamentum imperare ex decocto eorum, quæ detergent, & maximè cicerum rubrorum, abſynthij, hordei & ſimilium. Cinamomum aceto ſcyllitico maceratur:eſtur matutino.

Incidit aliquando febricitãtibus vomitus ſuperfluus. Remedia ex lib. priore, cap.de cholera morbo & vomitu petenda ſunt. Quinetiam incidunt hæmorrhagia,ſingultus,ſincope, quorum remedia propriis capitibus deſcripta reperias, habita ſemper ratione cauſæ, ſeu febris copulatæ. Interim ſi aluus durior fuerit,mollienda clyſteribus,ex iis,quæ par-

tim ardorem attemperent, remolliant, &, si fuerit opus, aliquid trahant. De profluentis alui remediis, tremore cordis & cardiaca febre abundè antè ductum est.

DE EXANTHEMATIBVS, PAPVLIS, VARIOLIS ET MORBILLIS.

CRiticæ sunt 1 interdum eiusmodi papulæ in synochis putridis. Atque aliàs quidem vbi appetet morbi solutio, circa labia tantùm & nares existunt : in aliis febribus à corruptorum succorum colluuie 2 toto ferè corpore, aut plurimis partibus erumpunt. In pestilenti constitutione & maligno genere febrium vlcerantur, saniem reddunt, & naturam carbunculi imitantur. Nonnunquam celeriter resiccantur & concidunt. Deteriores aliis quæ vel interna occupant, vel foris faciem. Plures deteriores paucioribus, maiores minoribus, diutiùs perseuerantes iis, quæ celeriùs decidunt, malæ quoque pruriginosæ & ardentes, quæque sunt 3 cum fluore alui, aut frequenti vomitu. Etenim melius est hîc aluum adstringi, multò magis vbi apparuerint, aut mediocriter solui.

1 Pustulæ siue eruptiones, quæ florum instar in cute exiliunt (vnde ἐξανθήματα Græcis nominantur) febribus præsertim malignis & pestilentibus superueniunt, vt constat ex sent. 51. sect. 3. lib. 3. Epid. Variolæ verò minutæ vulgò appellantur, in quibus cutis tantùm deturpatur, & quæ neque fœda vlcera, neque arthritidas inducunt, vt lues venerea inferre eius generis morbos consueuit. Morbili sunt rubri paucitate materiæ à variolis distincti. De generatione papularum istiusmodi paulò pòst differitur.

2 Itaque

2 Itaque ait Hippocrates in Coacis animaduersionibus. *Quibus in febribus exantemata erumpunt per corpus vniuersum, lethale, si non purulentus abscessus fiat.*

3 Metus est enim lethalis dysenteriæ ex acris humoris in aluum diadoche & effusione.

Vbi igitur apparent in febribus, recognoscenda sunt, quæ præcesserunt signa. Virtus considerandа est, si præcessit coctio, si virtus robusta, si febris leuior, facilior spiratio, cætera quoque meliora facta sunt, salutares papulas iudicabis, alioqui exitiosas. Nonnullis sub mortem & in morte certis partibus excitantur, Vulgus purpuram rubras id genus maculas appellat. Variolas aliquando febricula præcedit, ídque melius est, quàm consequi. Fiúntque ea omnia naturæ motu, quæ quod vel copia grauat, vel qualitate lædit, extrà propellit. Atq; aliquando tanta vitij multitudo, vt natura nequeat excludere, & papulis quidem scateat tota cutis, & pulmones, guttur, intestina, partésq; interiores eodem malo vitientur. Fit aliquando, vt quæ iam foras exierant, intrò recurrãt imbecillitate naturæ, Vere plurimùm præ copia, Autumno magis vitio humorum, cælo & constitutione calida & humida, infantibus ac pueris, post etiam adolescentibus, rariùs iuuenibus & viris, rarissimè senibus excitantur. Arabes ad 4 menstruum sanguinem partem causæ referunt, qui poris corporis inhæsit, & robore naturæ aliquando excluditur. Alioqui ad ea, quæ priùs, copiam vitiúmque sanguinis, referenda causa est. Sed à copia ferè rubent, nisi cùm iam corrupta materia est. A vitio repræsentant colorem succi redundãtis.

4 Causam hanc Arabes protulerunt, quòd hic morbus velut congenitus videatur, quem pauci, vel propè nulli

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 760 sur 805

possint effugere. Non tamen dubio caret ista ratio. Nam si variolæ & morbili causam habeant à retentione reliquiarum menstrui sanguinis in corporis poris, cur mulieres, quibus supprimuntur menses, istiusmodi morbis non defœdantur? Adhæc non omnes hoc laborant affectu, cùm tamen in omnium poris nonnihil menstrui sanguinis relinquatur. Ideóque è recentioribus nonnulli causam ad aërem transtulerunt.

Minùs periculosæ, quæ rubent, aut albicant, quæque extant superficie corporis. Magis periculosæ, quæ flauæ, violaceæ, liuidæ, nigræ, quæque sanie virulenta sordent, aut latent in corpore.

Perniciem adferunt, quæ intrò redeunt, nisi cita aluo proluuies exeat. Periculum est, cum magnitudo febris, sitis vehemens, æstus, dyspnœa, iactatio corporis, dysenteria, vrinæ malæ, nigræ, animi deliquia & alia eiusmodi lethalia coniuncta sunt. Sunt qui paulò antè quàm erumpãt papulæ, veluti Epileptici concidunt. Vbi enim naturæ impetus superiora appetit, aliàs hoc accidens commouet, aliàs graues capitis dolores, quo tempore summa difficultas anhelitus aliquãdo fit, densatur sputũ, 5 pruriunt nares, facies rubet, fulgor oculis prætenditur, vox rauescit, 6 fluunt lachrimæ, pulsatio in spina, dolor in dorso, territatio in somniis, corpus veluti aculeis configitur, exiguæ notæ quasi capita acuum, aut milij magnitudine, rubent, quæ paulatim inaugentur, & numero crescunt, apparent ferè primo, secundo aut tertio die post febriculam. Melius 7 est citò apparere, celeriter augeri & maturari.

5 Ab incensis vaporibus caput petentibus.

6 Liquata scilicet in cerebro materia vi caloris, & in oculos prolabente.

7 Hinc enim roboris naturæ certa significatio fit,

atque etiam materiæ facilitatis.

Alij anginoſi, quod plurimum eſt : nonnulli dyſenterici, quidam etiam ſyncope moriuntur. 8 Morbillos magis bilioſos eſſe volunt : Variolas magis ſanguineas.

8 Propterea morbili citiùs, variolæ tardiùs erumpunt. Ex his ſanies : ex illis nihil profunditur humoris.

Curatio.

Apparent ferè exanthemata intra diem tertium. Primo itaque aut ſecundo die 9 ſanguis detrahendus eſt, ſic enim meliùs tranſpirat corpus. Putredinis cauſa intercipitur, leuatur natura, & ſi quid vitij reliquum eſt, celeriùs in ſuperficiem corporis repurgatur: alioqui periculum eſt, ne ex magna putredine ardentiſſima ſequatur febris, & natura oppreſſa multitudine, vel nihil exponat in ſuperficiem, vel tantùm partem vitij : quæ ſi per imbecillitatem naturæ, quæ nimiùm oppreſſa eſt, intrò recurrit, ſuffocatur æger, niſi beneficio naturæ initio reuocata materia vomitu, vel deiectione excludatur.

9 Si pletoricũ ſit corp⁹, & metuatur, ne in effero illo materiæ orgaſmo fiat humorũ in nobilẽ aliquã partem decubitus.

Tempeſtiuè igitur detrahendus ſanguis eſt ex interna brachij. Verùm vbi iam malum euaſit in habitum corporis, periculoſa eſt phlebotomia, quia videlicet, à ſuperficie in medium corpus vitioſam materiam reuocat. Cæterùm perpetuum non eſt abſtinere phlebotomia, cùm iam papulæ in ſuperficie corporis extiterunt. Etenim fit aliquando præcopia vitij, vt & plurimum reliquum ſit in corpore, vrgeat vehementer difficultas ſpirandi, grauis ſit febris : quo tempore, ſi nihil repugnat, vena ſecanda.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 762 sur 805

est. Alioqui sanguisugis vtendum erit, quas dorso, scapulis & naribus affiges. Similiter cucurbitulis cum scarificatione.

Sunt, qui loco phlebotomiæ hæmorrhoidas, & menses incitant, profluuium quoque sanguinis è naribus.

Quòd ad purgationem attinet, 10 leues clysteres satis esse possunt, qualis est ex diluto hordeato, in quo vitellus oui, & oleum chamæmelinum dissolui debet. Alioqui in aquæ hordei, ℔. ß. cassiæ autem ʒ.6.modicum sacchari,& vitellus oui dissoluantur. Clysteres diutissimè retinere oportet, & minimè acres esse, multò maximè, cùm iam materia in superficiem commouetur. Pharmaca quoque 11 leuia esse debent, ex decocto iuiubarum, tamarindorum, prunorum, cassia, manna, glycyrrhiza,iure galli veteris.

10 Clysteres & purgationes non nisi vrgente necessitate vsurpantur, cum præsertim corpus extimum exanthematis scatet,quia intrò virulentam materiam reuocant. At papulis nondum extuberantibus non ita periculosum leuiter purgare. Sic Gal. lib.5. Metho. seruatos inquit omnes ab exanthematis pestilentibus,qui purgati antè fuerant.

11 Nam vehementiora alui profluuiam excitarent.

Aut vbi ardentior febris est, & bilis redundat in corpore,ʒ.1.aut ϑ.4.rhab.in aqua endiuię infundantur. Fiat inde potus.Et similiter in aliis humoribus leuissima quoque 12 pharmaca eligenda sunt. Et quia hæc omnia vitia efferuescente sanguine fiunt, statim initio laborandum est, vt feruor sanguinis extinguatur,& putredo prohibeatur. Cui rei conueniunt,quæ refrigerant,& leuiter adstringunt. Alimenta quoque eiusmodi, & quæ contemperāt.

Conueniunt itaque syrupus de ribes, de acetositate citri, de granatis, & reliqui refrigerantes syrupi mox in pestilentia numerandi, in quibus etiã misceri possunt antidoti illîc descriptę ex 13 materia refrigerãte.

12 Hæc exhibentur primo, vel secundo die, antequam natura mouere incipiat, corpore cacochymo existente & plethorico, ad vitandam bilis efferuescentis occasionem.

13 Vt conserua. rosar. viol. nenuph. bugloss. borrag. pulu. diamargarit. frigid. rasur. eboris. cornu cerui, oss. de corde cerui, vnicorn. margarit.

Quòd si vehemens sanguinis motus est, neque id genus remedij resistit, natura iuuanda est, vt propellat foras.

Conueniunt igitur, quæ sudores mouent, & in superficiem corporis materiam adigunt: qualia ferè sunt descripta à multis, ficus siccæ, passulæ, lens, semen apij, semen fœniculi, oxysacchara, decoctum calamenthi, hyssopi, ligni sancti, syrupus acetosus simplex, aqua hordei & similia. In quorum delectu habenda est ratio 14 magnitudinis febris. Imperabis igitur ficuum siccarum ℥. ß. liquiritiæ ʒ. 2. ¦ bulliant in aqua sufficiẽti, detur expressio ad ℥. 4. Cap. in siti, aut pastu.

14 Vt si ingens sit febris, temperatis: si læuis, fortioribus vtaris. Horum enim plurima impensè sunt calida.

Aliud.

℞. sem. apij, & fœniculi ana ʒ. 1. lentium excorticatarum ʒ. 2. ficus siccas duas, bulliant in aqua sufficienti, detur expressio. Aqua distillata è floribus lini huic rei confert, potéstq; modico saccharo condiri. Alij 15 res rubras prætendunt corpori. Linteum insuccatum in aqua fœniculi & apij, vel horum succo tepidum corpori admouent, & tepidum conseruãt.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 764 sur 805

15 Sed quæ corpus non contingant, quòd quandam habeant adſtrictionem.

Nonnulli aquæ hordei ℥.3. vini ſubtilis ℥. 1. propinant. Aëre temperato collocandi ſunt initio, priúſquam appareant.

Somnus conceditur, ſed poſteaquam eruperunt, idem minuendus eſt.

Alimenta initio, quæ refrigerant & 16 leuiter adſtringant: poſtea verò quæ contemperant. Vbi apparet motus, frictio mollis cõuenit. Variolæ ferè ad ſeptimũ maturantur, quo tẽpore animaduertendũ aliàs quidem maturas eſſe, aliàs crudas. Quæ maturæ ſunt, molles, & plenæ ſanie, acu configantur. Molli linteolo ſanies detergeatur, quæque maiores ſunt, pluribus locis configi debent. Vbi iam ſanies deterſa eſt, ne ſuperſit cauitas, puluis aliquis ex iis, quæ implent, inſpergẽdus eſt: vt ex 17 amilo, thure manna thuris, aloë, lithargyro, ceruſa, farina fabarũ, cicerum, orobi, lupinorum. Atq; hîc habenda ratio partis eſt, ætatis, temperamenti, eáq; omnia ad cõſilium adhibenda ſunt, quæ adhiberi ſolent, cum vlcus carne replendum eſt, ne ſuperſit deformitas.

16 Ad partium robur, quò ſeſe ab impetu humorum tueantur.

17 Hi pulueres ſarcotici ſunt, non quòd reuera carnem regenerent, ſed quia dum ſaniem & ſordes detergent, caro faciliùs reſarciatur.

Crudæ, quæque duræ ſunt, nec maturæ, vapore decocti chamæmeli, caricarum, paſſularum, tritici, dactylorum pinguium & maturorum, ſem. althææ, lini, fœnugræci & ſimilium perfumandæ ſunt: tum eodem decocto fouendæ: poſt quæ linteum calens mediocriter imponendum, dum matureſcant.

Atque vbi maturuerint, vt priores, curandæ sunt.

Variolis 18 oculi, nares, pulmones, intestina sæpè læduntur & vestigia supersunt, vnde deformitas. Itaque vbi signa se produnt variolarum, muniendi sunt oculi fotu è succo granatorum, aqua rosacea.

℞. coriandri, sumach. ana ʒ.1 santali albi & rubri ana ϑ. ß. in pul. redacta concorporentur albumini, meliúsque fuerit albumen oui, mixta aquâ rosacea, priùs agitari & despumari. Vel.

℞. 19 sumach. cõquassati ʒ.2. madefiant in aquæ ros ℥. 2. Fiat fortis expressio: expressioni adde caphuræ Gr. 4. Iam læsis oculis pistacia conteruntur, trita aqua rosacea madefiãt, expressioni farina hordei torrefacti commiscetur. Item.

℞. cerusæ lotæ ʒ. 5. sarcocollæ ʒ. 1. ß. tragacanthi ʒ. ß. opij. Gr. 4. cùm muccagine tragacanthi extracta in aqua plantaginis, fiat collyrium, quod postea dissoluatur in lacte muliebri, vel albuminibus ouorum.

Ori & gutturi conseruando 20 granatorum succus & berberorum. Si iam vlceratio est, abluatur primùm aquâ hordei, cui aliquid sacchari vel mellis, vt ad ℥. ß. commixtum sit. Deinde ex supradictis succis, diamoro & diacorio fiat gargarisma. Post collutionem oris, folium plantaginis inducat.

18 Quia à variolis oculis albugo, & sæpè cæcitas, naribus erosio, pulmonibus phthisis, intestinis vlcus impendet, partes hæ meritò veniunt muniendæ.

19 Hoc collyrium deterget, refrigerat, exsiccat & agglutinat. Opium verò immiscetur ad acerbissimum dolorem obtundendum.

20 Ex his in aqua rosarum & plantaginis, vel in aqua hordei dissolutis gargarismata parantur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 766 sur 805

Pulmonibus 21 syrupus de papauere: postea diatragacanthum in decuplo decocto liquiritiæ, caricarum, passularum dissoluatur.

Liquor ouorum extractus ex albuminibus, & distillatus, delet vestigia, & illustrat faciem.

21 Sumendum erit è cochleari sensim lambendo, vel ex bacculo glycyrrhizæ, vt eius aliquid in asperam arteriam isto sumendi modo deerret.

Naribus odoretur acetum rosaceum, item in quo rosæ coxerint. Excipiatur vapor è decocto rosarũ, santalorum. Linteolum quoque in his insuccatum, vel in mixtura omphacij, aceti, aquæ rosarum sæpè inducatur naribus.

Iam exulceratis, ceratum rosaceum, vel violaceũ mixta quarta parte muccaginis tragacanthi in aqua ros. vel plantag. extractæ, conuenit. Intestinis decoctum rosarum & cydoniorum.

Delendis vestigiis hæc conueniunt.

℞. lithargyri, cerusæ lotæ, cadmiæ lotæ, pul. cannarũ adustarum, croci ana ℈.ß. Trita incorporentur cerato facto ex cera & oleo liliaceo. Conueniunt aqua fabarũ, aqua distillata è pedibus vituli, arietis, porcellorum, aqua distillata è melle, terebinthina, radice serpentariæ, limonibus, citrangulis, floribus fabarum, aqua quæ foliculis vlmorum includitur.

Bene repurgatur à vermiculis, & modico saccharo cando commiscetur, vel cum melle & terebinthina distillatur.

℞. cerusæ lotæ, amili farinæ, fabarum, cicerum, phasiolorum, tragacanthi ana ʒ.2. Vniantur omnia lacte muliebri.

Aliud.

℔.maſtichis, myrrhæ electæ, aloës hepaticæ, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, olibani, opopanacis, bdellij, carpobalſami, croci, gummi arabici, ſtyracis liquid. & rubr. ana ʒ.2.ß. terantur omnia, & cum terebinthina ad pondus omnium fiat diſtillatio in alembico.

℔.lithargyri argenti ℔.ß. Optimè trita decoquatur in ℔.2. aceti albi optimi, ſemper agitando, vſque ad conſumptionem medietatis: deinde per filtrum diſtilletur, & in vaſe bene mundo reponatur. Poſtea.

℔.caphuræ ʒ.3. aluminis, boracis, ana ʒ.6. moſchi Gr.4. Terantur omnia: quibus adde olei de tartaro ʒ.1.ß. Bulliant omnia in ℔.2. aquæ roſ. ad conſumptionem tertiæ partis, ſemper commiſcendo. Poſtremò per filtrum diſtillentur, & in ampulla bene clauſa reponantur.

Oportebit primùm contingere maculas priore diſtillato: deinde ſecundo. Alia permulta è Practicis colliges.

De Varicibus.

VArix vena eſt dilatata & tortuoſa, nata primò imbecillitatis vitio ex 1 ſanguine craſſo, melancholico, interim pituitâ mixta.

Quæ ab atra bile, atriorem cutem reddit: quæ verò à pituita, albiorem. Naſcitur plurimùm in cruribus, interiori tibiâ. Aliquando in teſticulis, ventre, temporibus. Suppoſita vulneri prohibet, ne vulnus coaleſcat. Itaque primùm hoc modo curanda eſt.

1 Ex Galen. commentar. 3. in libr. de articulis ſent. 4.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 768 sur 805

Consulris ægri viribus, cæteríſque ad phlebotomiæ consilium adhibitis, ex axillari brachij eiusdem lateris cum crure, in quo varix est, 2 sanguinem detrahes, nisi vitio lienis varix intumuerit. Tum enim è sinistra axillari sanguis detrahendus est.

2 Vt plethora imminuatur, & fluentis sanguinis commoda fiat retractio.

Misso sanguine vires reparandæ alimentis boni succi, ex quo imperandum pharmacum, quod vnà melancholiam & pituitam expurget, adhibita tamen ea ratione, vt ex colore varicis, tum etiam aliis humorem redundantem iudicemus. Vtérque humor cùm sit crassus, 3 primùm incidendus est & attenuandus, tum per interualla repurgandus.

3 Plerúnque contingit serosum esse sanguinem, qui tum incidi, & attenuari minùs postulat.

Incidetur oxymelite, in quo hyssopi, aut radicis fœniculi aliquid maduerit, si quidem pituita redũdare videbitur.

Si verò atra bilis, eodem oxymelite, in quo cortex radicis capparis, aut tamarisci bullierit, adiectis interim seminibus anisi, apij & similium.

Pituita repurgatur agarico ad ℈.4. in eiusdem oxymelitis ℥.3. infuso cum granis aliquot zinziberis. Senna atram bilem repurgabit ad ℥.ß. aut ʒ.3. in eodem oxymelite, aut sero lactis infusa, adiectis ℈.4. cinamomi. Efficacior quoque potio, si ʒ. 2. eius pul. cum absynthij decocti ℥. 3. propines, aut epithymi tantundem loco sennæ.

Vtrunque humorem, qui ferè mixtus est in vatice, hoc syrupo purgabis.

℔. betonicæ, cichorij, florum cordialium ana P. 1. liquiritiæ, anisi, cuscutæ ana ℈. 4. passularum mundatarum ℥.1.ß. polipodij queryni ℥. ß. agarici trochis. ʒ. 6. foliculorum sennæ electæ ℥. 1. ß. Fiat decoctio ad quartaria tria. In ea dissolue sacchari albissimi quartarium. Fiat syrupus mediocriter coctus, capiat ℥. 1.ß. per interualla cum ℥. 2. seri lactis, ptisanæ, aut aquæ hordei. Iam secta vena, & purgato corpore, 4 varicem in longum scarificabis, iniectis vinculis supra genu, vt tumeant magis, ita sanguinem è varice exprimes. Vbi satis vacuaueris, ei ipsi venæ sectæ varicosæ medeberis eo modo, quo venas vulneratas curare oportet.

4 De sectione varicum vide Paul. Æginetam cap. 28. libri sexti.

Itaque curato varicis vulnere, tum demum ad maligni vlceris curationem redibis. Hæc ex. 4. κτ' γέν.

FINIS.

IACOBI

HOLLERII STEMPANI,

MEDICI PARISIENSIS CELEBRRIMI, DE PESTE LIBELLVS,

Anto. Valetij scholiis illustratus.

EPidemia 1 morbus est aliquo anni tempore, certísque locis inualescens: qui si multos rapit, λοιμώδης, id est, pestilens appellatur, & λοιμὸς pestis est: qui morbus populariter grassans multos interimit. Súntque eiusmodi morbi 2 ab aëre omninò distinguendi, ab iis, quos σποραδικὰς appellant, quibus antecedens 3 vitæ ratio causa est. Atque imprimis animaduertere oportet, vnde primùm clades eiusmodi publicæ oriuntur. Nam & ad curandi rationem pertinet. σποραδικοὶ vniuscuiúsque proprij sunt, tantúmque vexant populi vulgus, ac ferè quo tempore longa præcessit fames & annonæ raritas, cùm videlicet obuiis quibúsque alimentis sese ingurgitant, vnde humorum corruptela coaceruatur. Quòd si ferax annona sequitur, & frugum prouentus vberior, etiam

ſolito magis ſeſe replent. Sed non pura corpora quantò plus nutriuntur, tantò læduntur magis. Quod enim bene ſuccoſum eſt, multitudine acer-uati victus priore vita corrumpitur. Ab hoc non adeò metuenda contagio. Alterum genus, quod ab aëre eſt cõtagioſum magis, nullíque parcit, tempe-ratos, 4 ſcilicet, & alios corripit, quia communi-ter nobis, etiam nolentibus, idem hauriendus aër eſt. Ac ferè 5 Auſtri ac maritimi flatus, conſtitutio calida & humida, annus autumnalis, hoc eſt, quan-do modò calor, modò frigus eſt, peſtem inuehunt. Cauſam alij è 6 cælo requirunt & decretis ſyde-rum. Alij in antegreſſæ cauſæ inueſtigatione minùs ſe torquent. Multò magis enitendum, vt præſentes cauſas declinemus, hoc eſt, aëris afflatus alioqui corrigamus, & in hac peſſima lue quantum arte & conſilio conceditur, nobis & aliis ſalutare auxi-lium afferamus. Aër enim aliàs cæde hominum & ſtrage, alioqui animalium, ſtagnantibus putridiſ-que aquis, aut maligno terræ halitu noxiis ventis, peſtifero denique influxu ſyderis, ſorde mechani-corum, vt coriareorum, corrumpitur.

1 Ex commentar. Gal. ad ſent. 20. ſect. 3. lib. 3. Epidem. Pe-ſtem autem veteres febrem quidem pernicioſam, cuius calor præ aliis habeat, vt inſigniter ſit putridus, definierunt, ſed eius eſſentiam minimè explicarunt. Quicquid ſit, quia celeriter, continenter & vehementer mouetur, de genere eſt febrium continuarum acutiſſimarum, quiddam malignius habens à venenata ſorte, omnis vulgatæ putredinis modum ſuperante. Venenati id genus virus vitalem primùm ſpiritum (vt ſolet venenum omne ſua gemina proprietate cor vitæ fontem & domicilium petere) inuadit, tum verò in vniuerſa viſcera, totámque corporis molem diſpergitur.

2 Quod peſtilentes morbi omnium popularium pernicioſiſſimi, ab aëre, cælive ſtatu proficiſcantur, docet Galen. præfatione in lib. 1. Epid.

3 Sic in Æno frumento ſemiputri & leguminibus qui veſci fuerant coacti, communem in morbum inciderunt, cruribus vacillárunt. Teſtis quoque eſt Cæſar in commentariis Maſſilienſes graui peſte conflictatos eſſe in obſidione vrbis ſuæ ob eſum hordei & panici exoletorum.

4 Aliqua tamen deſideratur corporis præparatio: ſiquidem nulla efficiens cauſa quicquam agat, niſi propenſum ſubiectum nanciſcatur: alioqui enim à labe illa nullus foret immunis. Itaque promptiùs corripiuntur, qui humorum vitio redundant, qui cute rariore ſunt, ſubſtantiáque molliore & debiliore. Temperatis etiam interdum non parcit, vt ſi maior fuerit vis auræ peſtilentis in agendo, quàm temperamenti in reſiſtendo.

5 Vt in Cranone lib. 2. Epidem. Faciunt verò Auſtri maximas in aëre mutationes, cùm à calidiore loco, vt à meridie, flare incipiant, propterea{que} ſint calidi, & in humida loca perreptantes humidi fiant. Vnde tempeſtatis conſtitutio calida & humida exurgit putredini maximè obnoxia.

6 Peſtis cauſa non ita ad cæleſte defluuium referenda eſt, vt cæleſtium corporum virulentam aliquam expiratiònem eſſe exiſtimemus (hoc enim impium eſſet cogitare) ſed quòd ſuo motu & lumine aërem ſic temperent, vt progenita de temperatura illa qualitas noxam mortalibus inferat. Huius autem temperaturæ ratio quia definiri nequit, cælo, velut occulta, accepta refertur.

Corruptus eadem lue nos inficit, ac deinceps publicè nos inſpiratu & expiratu inficimur. Sed ſi accedit humorum corporis intemperies, & ſpiramentorum cutis raritas promptiùs ſubit lues in arterias, córque prehendit. Aſtrologorum placita ſunt, 7 Saturni coniunctione cum Marte peſtem inferri.

7 Idcircò Saturnum & Martem maleficos eſſe, necnon

peſtem inferre Genethliaci voluerunt, quòd vitæ noſtræ in calido innato humido primigenio perfuſo poſitæ, inſidientur: cùm ille ſiccus, hic frigidus perhibeatur. Sed his commentis minimè credendum.

Porphyrius ſcriptum reliquit, 8 cometas orientes tabem peſtémque mortalibus inferre, quibus occurrere non liceat. Sed Aſtrologi ſemel obſeruato ſydere legem ſtatuunt. Porphyrius idem ſequitur. Sed meminiſſe oportet, vt ſua cuique elemento vis inſit & perfectio, à cælo alterari. Verùm quia è cælo petuntur cauſæ nondum ſatis cognitæ, ſed coniectura quadam captæ, quam inuexit ſemel oblatus euentus. Et aliis ſaluber Oriens, aliis peſtifer. Toti Italiæ, ac ferè Septentrioni, peſtiferi Auſtri ſunt, Aphricæ ſalutares. Quódque apud nos Eteſiæ faciunt, à media regione Aquilonum & Orientis afflantes, id Auſter efficit Aphris. Tanta vis in eiuſmodi Eteſiis, ſiquidem Græcis Medicis credimus, vt vim maiorem peſtiferámque anni præcedentis omnino corrigant, ſi cuique regioni inſpirant tempeſtiuè. 9 Febricula ferè leuis eſt, vt ſtent, nec decumbant ægri. Hinc etiam vulgus ſomnum prohibet, motum imperat, ídque didicit longo vſu, quod confirmat ratio. Etenim lues intrò ad partes principes apperit. Reuellenda verò atque foras auocanda eſt: quod ſtatu, motúq; melius fit, quàm quiete, cùm ſomno in ima corporis colligatur. Vrina 10 ſanis interdum perſimilis, aliàs aquoſa, bilioſa, nigra, melancholia: dolor capitis multus & delirium à tetris vaporibus cerebrum petentibus, excrementa alui craſſa, grauiter olentia, multùm bilioſa, ſpumoſa: vomitiones bilioſæ, nigræ, inquietudo, nauſea, o-

re ventriculi cordi consentiente, fastidium, cardialgia, sitis, lingua scabra, ardor parte interiori: hypochondrij contentio, calore naturali imbecilliore facto, respiratio magna, alta, dyspnœa, sincope, sudor fœtidus. Frigent extrema, conuulsio fit, mors, viribus à veneno exolutis. Accidunt autem modo hæc, modò illa potius, prout veneni vis cerebrum aut hepar videtur magis labefactasse.

8 Qui præsertim ad Orientem vergunt, indicia plurimæ materiæ in aëre vitiatæ exhibentes. Solent enim ad Meridiem & Septentrionem potiùs ferri extra solstitia, cùm intra solstitia & ad Orientem materia ipsorum à Sole celeriùs dissipetur. Quare ibi si consistant, maiorem esse materiam, quàm quæ resolui possit, significabunt.

9 Vehemens quidem est febris, sed iudicio tangentis leuis.

10 Vel quia morbus non est in humoribus, vel superiores occupat thoracis partes, de quibus malè affectis non iudicatur ex vrina: vel, vt alij sentiunt, quia putredo non subest.

11 Si in superiore thoracis parte æstus consistat. In inferiore enim si sit, spiritus est demissior.

Signa futuræ pestilentiæ ex anno & aliis sunt, ignes in aëre volitantes, cometa vergens ad Orientem, Austrorum magna anni parte flatus, aliis orientibus, aliis occidentibus, aër turbidus, nebulosus. Vere pluuia rara, frigus, postea austrini flatus, vnde aër conturbatur, tum serenitas breuis sequitur, noctis frigus, vehemens calor interdum & ardor, variolæ, exanthemata, autumnalis æstus, ignes, inæqualitas caloris, frigoris, sereni & nubili cœli. Ranarum & reptilium, eorúmque, quæ ex putredine gignuntur, prouentus. Latibula refugiunt mures, talpæ, glires

pæ,glires & ſimilia,quæ ſub terra viuunt.

Addita inter ſigna.

Nulla interdum febris ſenſibilis:diaſtole minor, quàm ſyſtole:ſigna peculiarium humorum coporis ſequitur color.

Diaria febris peſtilentialis intra triginta horas interficit, ſentiúntque vires paulatim exhalare, ſæpéque neque 12 bubo,neque carbunculus apparet: ſed totum venenum in corde hæret. Alia febris in quartum diem protrahitur. Omnia bona ſigna ſuſpecta ſunt.Cælum calidum,humidum, ſecundum ventos in Epid.

12 Vt cum debilior eſt natura,quæ aliqua ex parte ſeſe nequeat exonerare.

Præſeruatio.

COrpus vacuum ſit excrementis, non plethoricum.Obſtructiones & adſtrictiones declinentur,vt benè tranſpiret.

Cognoſcenda cauſa eſt.Nam ſi cadauerum halitus aërem inficit,omninò procurandum,vt vel crementur,vel ſepeliantur:deinde frequenti rogo aër repurgetur.Quòd ſi virus exhalat è terra, vt ex antris & ſpecubus,omninò præcludẽda via eſt, atque intercipienda flamma. Sed & aquarum ſtagnantiũ reſidentiúmque vapor declinari debet. Aëris verò peſtifera conditio multò maximè, cùm is & turbidus & meridionalis eſt, aut marîtimus, multo igni ea parte ſtructo, qua venti importantur, deinde etiam compitatim domi & priuatim tẽperanda eſt. Conſtat experientia Medicorum inſpiratũ halitum ignis, eſſe antidotum cõtra peſtem & putredinem. Nota eſt hiſtoria Hippocratis. Cùm ex Aphricæ

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 776 sur 805

Æthiopiæq; locis peſtifer halitus per mediũ mare Athenas inueheretur, cõſuluit ignes incendi, atque ita magna illa ciuitas lue vindicata eſt. Hoc idem Empedocles Græcis & Acron quidã conſuluit. Poſſunt ignibus adhiberi iuniperus, laurus, roſmarinus, myrrha, cinamomum, acorus, herbæ odoratæ, lauendula, ſaluia, &c. Poteſt excitari aceto fumus, ex vino & aqua roſarum, ſilice candenti, quem in aceto immerges, & ſubinde extingues. Ac priuatis ædibus multò magis eadem fiãt. Veſtes quoq;, ſtragula omnia, vel ſantali fumo, vel aqua roſarum, aut ſimilibus, quæ pòſt dicentur, perfumari poſſunt. Roſæ & ſimilia, acetum, &c. ſpargantur ſolo. Optimũ verò ac breuiſſimũ remedium ſecedere in ſalubre cælum, tenere corpus benè mundum & vacuum excrementis, haurire aërem Aquilonium, quia Aquilo ventorum ſaluberrimus eſt: atque feneſtræ huic apertæ ſint. Victus ſit mediocris. Neque enim toleranda a fames & ſitis, ſed omnis incontinentia vitæ fugienda eſt, alimento ſiccante ac refrigerante vſurpato, quódque putredinem arceat. Itaque vtẽdum & omphacio, & acetoſa, granatorum ſucco, limonum, citriorum, citrangulorum. Acetum, cappares, paſſulæ, cichoriũ, endiuia, in ſumma quæcunque vel acidula, vel ſubamara putredinem prohibent. Quanquam in horum vſu ratio anni partium temperamenti & aliorum ineunda eſt. Eſt etiam cur vino optimo, cinamomo, moſcho, aliiſque calefacientibus aromatibus vtamur. Auibus, piſcibus ſaxatilibus, fructibus, ceraſis, prunis, vua & ficu Iunio menſe vti oportet. Hyeme paſſulis & ficubus ſiccis, pomis aut piris odoratis, amygdalis. Sed

omnia æstate, aqua rosacea: hyeme, vino odorifero suffocari possunt.

1 Odorata istiusmodi spiritus reficiunt, aërem depurant, cor & cerebrum contra venenum roborant. Vsus commodus erit matutino tempore.

2 Cibandi ratio talis ineatur. Sit euchymus cibus, minimè excrementitius, vel putredini opportunus: vt oua sorbilia, carnes auicularum. Vinum potui detur generosum quidem, sed dilutum aqua laudabili. Quæ acida sunt, quia putredinem mirificè arcent, maximè commendantur. Plenior hic victus instituitur, quia viribus metuitur. Adde quod fames præterquam quod vires exoluit, humorum etiam malitiam exasperat, præsertim biliosis.

Exercitatio 3 domi sit pro consuetudine: alioqui mediocris, aut in vicinis hortis, cælo benè puro, atque vbi Sol non euerberat. Sit exercitij locus non suspectus, non decliuis, non vaporosus, in sublime positus, quíque ab Aquilone potiùs affecto, aut eo vento, qui loco sit salubris. Aliis enim Zephirus, vt Italiæ: Aliis Subsolanus, vt nobis & Hyspaniæ salubrior est. Quin & qui pestifer nobis Auster est, multis partibus Aphricę salutaris est. Atque hinc salubres suos Etesias expectant. Vitentur colloquia cum suspectis, abigantur canes, catti, eiusmodíque animalia. Exercitio verò corpus excrementis repurgatur, puróque spiritu vegetari potest. Venus rara, hylaris vita, & sine animi curis. Optimum verò ac tutissimum remedium commutare solum, & in salubre secedere.

3 Calorem enim natiuum auget, & commodè corpus euacuat. Rhazes itaque commemorat in magna quadam pestilentia peremptos fuisse omnes, pręter venatores solos. At moderata esse debet exercitatio, ne ex ea concitatiore augeatur respiratio, quæ corruptum aërem proliciat.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 778 sur 805

Somnus & vigilia pro consuetudine mediocria. Atque imprimis resiccandum corpus, hoc est, declinanda plenitudo, & excremẽta sæpè purgãda sunt. Itaq; vbi venæ tument, 4 vtile est aperta vena aliquid sanguinis detrahere. Excrementa quotidie repurganda, reddita aluo molliori exercitio. Ac singulis hebdomadibus 5 Ruffi pilulis vtendum est, quæ non vno modo à Græcis & Arabibus describũtur.

4 Vbi plethora non est, sanguinem ad præcautionem detrahere inutile est. At vbi plenitudo, mittetur quidem, sed parca quantitate, vt liceat larga, vrtynte propter pestem necessitate.

5 Pilularum Ruffi hæc ferè descriptio est in Antidotariis. ℞. aloës ʒ.2. myrrhæ & croci ana ʒ.1. finguntur pilulæ cum vino aromatite. Crocus vires recreat: aloë immersos ventriculo humores educit: myrrha putredinem inhibet. Pregnantibus non exhibentur, quòd periculum sit internecionis fœtus ab amarore insigni. Non hæmorrhoïdas patientibus, quia venarum oscula aperiunt.

℞. aloës lotæ in aqua endiuiæ, vel acetosæ ϑ.2. myrrhæ, croci ana Gr. 15. cum vino al. fiant pillulæ. 6 Dosis ʒ.1. aut ϑ.2. Sumantur ante cibum aliquo tempore.

6 Antequam prehenderit pestis, minore quantitate hæ pilulæ dari debent, maiore verò, cùm iam inuaserit.

℞. 7 terræ sigillatæ, boli armenæ ana ʒ.ß. ex succo cyperi fiant pil.

7 In huiusmodi terra & bolo armena, tantum virium reposuere veteres ad arcendam pestem, vt nemo vnquam sit visus pestilentia interiisse, qui his antè sit vsus.

℞. aloës lotæ ϑ. 4. boli armenæ ʒ. ß. croci. myr-

rhæ ana ℈.ß.

℔. aloës: croci ana ʒ.ß.myrrhæ ʒ.2.ex aceto fiant pil. Dosis erit ʒ.1.

Alioqui impera pilulas duas communes.

℔.aloës ʒ.1.myrrhæ, ammoniaci ana ℈. 1. aut ammoniaci æquum pondus cum aloë.

Bolus armena ad ʒ.1. in vino albo tenui & aqua bugloſſi,calendulæ,acetoſæ, imperatur.

℔.aloës lotæ in aqua ſcabioſæ ʒ.2.myrrhæ lotæ in aqua acetoſæ, croci, maſtiches ana drach. 1. fiat maſſa.Meliores ſunt, quæ aliquot iam diebus confectæ,quàm quæ recentes, quia meliùs compactæ, fermentatæque ſunt.

Pompeius in ſanctuario,victo Mythridate,hoc reperit,nullo veneno lædi, qui hac antidoto vteretur. 8 Nuces duæ,ficus totidem,rutæ folia.20.ſalis granum:teruntur omnia, manè excepta deuorantur:aut conſperſa vino manè ieiunus deuoret. Ex Plinio, Dioſcoride, 9 Sereno.Aëtius alij tribuit, quàm Mythridati. Ficus diuidatur, nucleus nucis tritus indatur,folia quinque ruthæ & granum ſalis,torrefiant leuiter in igne, conſpergantur vino, & ita deuorentur.

8 Galenus huius medicamenti meminit lib. 2. de facultat.aliment.Sed cur tantas vires habeat, non alioqui expreſſit.Vt enim caricæ pingues & nuces obſtructa liberent, rutha putredini aduerſetur, videtur tamen non vſque adeo efficax eſſe antidotus.

9 Sic enim ait Serenus.

Bis denum ruthæ folium,ſalis & breue granum,
Iuglandéſque duas,totidem cum corpore ficus,
Hæc oriente die pauco conſperſa Lyæo
Sumebat,metuens dederat quæ pocula mater.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 780 sur 805

Cucumeris ſilueſtris radix in mortario teritur cũ foliis tenerioribus ſemperuiui, apij, coriandri bene triti. Mel additur, & puluis cinamomi aut 9. gran. piperis. Omnia mixta ſtanneo vaſe ſeruabis. Vtêris ieiunus caſtaneæ magnitudine ex vino tenui, albo, diluto aqua conuenienti. Poteris cum lue correptis verſari, aut iam correptus ſtatim ſaneſces.

Theriaca & mithrydatium nullis remediis cedũt. Datur bis in hebdomada 10 à ℈.1. ad ʒ.1. ex liquore conuenienti. Quales ſunt diſtillatæ aquæ, bugloſſ. borrag. melyſſophilli, calendulæ, roſmarini, maioranæ, abſynthij, violarum, roſarũ, citrei mali, limonum, acetoſæ, portulacæ, cichorij, hyperici, enulæ, raphani, ariſtolochiæ, gentianæ, laureolę, agrimoniæ, marrhubij, hyſſopi ſcabioſæ, tormentillæ, capparum, citrullorum, ſcordij, verbenacæ, iuniperi, & ſimilium. Nam & herbæ per ſe, aut earum maceratio, in vino, aceto, aut liquore conuenienti, qui peſti prodeſt, mirabiliter iuuant.

10 Iam correptis maiore quantitate datur, quia vi maiore, vt morbus depellatur, quàm vt præcaueatur, eſt opus.

Alij 11 caput egreſſuro domo præmanditur, vini odori modicũ ad ʒ.2. ſuperbibitur, atque inde os colluitur, eodémq; excepto manib⁹ facies abluitur.

11 Vnde allium theriaca ruſticorum nominatur. Sed remedij id genus prophylactici Practicis veteribus non paucis improbatur.

Vulgus enulæ radice in aceto priùs macerata, deinde linteolo conuoluta, ſæpéque inſpirata naribus rectè vtitur.

Vrina propria alij vtuntur.

Stercoris columbini ʒ.1. trita ex aqua bugloſſi.

Syrupus de acetoſa, acetoſitate citri, limonibus.

℞.cuproſæ albæ bene lotæ in ſucco limonum, & ſiccatæ in eodem ſucco ℈.1.pul.tormentillæ, rad. dictamni albi, gentianæ, enulæ, herbę turcicæ, ſcordij ana ℈.ß.fiat pul.detur cum aqua ſcordij.

In oleo ſcorpionum magna vis eſt. Nam ſi quis arterias temporum, manuum, pedum inungat, correptus pręterea occiput, gulam, pectus & vicina buboni illinat, magnum auxilium ſentit.

Fit oleum ſcorpionum ex ſcorpionibus in oleo ebullitis. Sed hoc melius. ℞.ariſtolochię, gentianę, cyperi, corticum radicum capparum ana ʒ.1.amygdalarum amararum ℔.1. conquaſſata reliqua in oleo coquantur, & aqua, ſi vis, conuenienti, vel vulgari. In colatura x. viui ſcorpiones immergantur: contineatur vas in furno piſtrinali, vnde ſubtractus panis, benè clauſum: deinde loco ſalubri ſubiecto aſſere reponatur. Vſus eſt, vt inde arterias temporum, manuum inungas.

Tapſo barbaro magna vis ineſt. Nam id animalium natura docuit contra venena poſſe. Muſtella enim decertans cum ſerpente, ſi virus ſenſit, ſtatim eam herbam quæritat & mandit, atque ita inſtaurat pugnam. Et experimento vulgi certum eſt ſuccum ex ea herba expreſſum in vino tenui & odoro, non ſolùm præſeruare, ſed liberare correptos.

Aqua è papauere rheade diſtillata maximè probatur ruſticis.

℞. electarij lætificātis Galeni ʒ.1. margaritarum ſplendidarum ℈.4. oſſis de corde cerui, coralli rub. ana ℈.ß. vnicornis Gra. 6. pul. pilularum commu-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 782 sur 805

nium ʒ.1. Omnia diſſoluantur in ſyrup.de limonibus & acetoſitate citri ana ʒ. 6. aquarum ſcabioſæ, & abſynthij ana ℥. 2. fiat potus. Puluis per ſe cum bolo armena miſceri poteſt, & in cochleari ſumi cum vino tenui & odoro.

Coriandrum præparatum ieiunis,& à cibo.

Lac,à quo extractum eſt butyrum.

Mannæ granatæ,mell.ana ℥.3.terebinthinæ.℥.1. ß.pulpæ granati acidi ℔.ß. cort. citri conditorum ℥.3.aquæ ſcabioſæ, melyſſoph.borrag. acetoſæ ana ℥.2. vini optimi ℔. ß. Per noctem diſtemperentur in liquoribus,poſtea diſtillentur in alembico.

℔. ſupradicti diſtillati ʒ. 4. transfundantur per manicam Hippocra. cum cinamomi ʒ. ß. ſacchari borraginati ℥.ß.

Ariſtolochiæ rotundæ, baccarum lauri, gentianæ,myrrhę ana ℥.ß.Omnia trita excipiantur melle. Doſis ʒ.1.ß.cum vino aut decocto berberis, paſſularum & ſimilium.

12 Superſtitioſum eſt, & è regibus Perſarum ſumptum. In hæmatite lapide inſculpatur homo genibus flexis, cinctus ſerpente, vt dextra manu caput, ſiniſtra, caudam teneat: tum in aure in annuli capſula ſubiiciatur ſerpentariæ herbæ folium: deinde lapis eadem capſula fideliter indatur.

12 Tale quippiam ſuperſtitioſum retulit Galen. de terra Lemnia,in qua Dianæ ſacræ ſigillum eſſet impreſſum.

Oleum citriorum, ſeu ex eorum granis, laudatur: grana trita ex decocto berberorum & ſyrupo de limonibus.

℔.boli armenæ ʒ.1. vini ℥. 2. aquæ acetoſ. ℥. 1. ante ſomnum & ieiuno.

℔. theriacæ veteris ʒ.1. include in cæpa, & coque cæpam in furno piſtrinali: vbi cocta fuerit, calidam iniicies in vini granatorum aut berberis ℥.4. expreſſionem bibes. Eadem cepa cum theriaca, ſucco tormentillæ iniicitur, & addita quarta parte ſyr. de limonibus propinatur herba turcica.

Ouum vtrinque perforatur, tota ſubſtantia vacuatur. In vacuam teſtam ϑ.7. croci immittuntur. Traiecto per foramina bacculo tenui ouum tectum igni aſſatur dum vehementer caleat teſta: hæc cum croco ad ſummam tenuitatem teritur, tritis æquale pondus, aut ʒ.1. theriacæ adiicitur & ʒ.2. granorum ſinapi. Tota maſſa diuiditur in duas partes æquales, vtránque partem in 7. 10. vel 11. pilulas formandam: ſi euomuerit, rurſum dato alteras: ſi non euomuerit, ſaluus eſt. Sed pòſt dabis.

℔. ſaluiæ, hyſſopi, lauendulæ, foliorum quercus, ana M.1. bulliant in pinta vini ad conſumptionem trium partium, vinum propinatur.

℔. maſtiches ʒ.1. euphorbij ʒ.ß. ſpicæ ϑ.1. fiat puluis, detur ex aqua gentianę, ſcabioſæ, aut ſimilis.

Aquarum endiuiæ, nenupharis, acetoſæ ana ℥.1. ß. aceti ʒ.2. theriacæ ϑ.1. vel ex aqua ſcordij eadem theriaca propinatur.

℔. corticum citri ℥.ß. ficus duas: ſcord. berberis ana P.1. fiat decoctio in aqua calendulæ ad ℥.3. expreſſioni adde theriacæ ʒ.1. boli armenæ ʒ.ß.

℔. ſucci acetoſæ depurati ℥.2. vini granatorum & berberis ana ℥.1. theriacæ ϑ.2. vel tryphæræ Sarracenicæ tantundem.

Ac perpetuò meminiſſe oportet, diſtinguenda inter curandum calida à frigidis, vt rectè vtaris.

Frigida, ſunt roſæ, viol. caphura, acetoſitas citri, vinum granatorum, berberorum, lac acetoſum, acetum, nenupharis flores, aqua roſarum, acetoſæ, &c. Succus limonum, citrangulorum, omphacium.

Calida, moſchus, lignum aloës, cariophylli, &c.

Trochiſci è caphura.

℞. tragacanthi albi, ſpodij electi, gummi arabici albiſſimi, ſeminis pſylij ana ʒ.ß. ſacchari candi, liquiritiæ mundæ, ſemin. cucurbitæ, citrulli, portulacæ ana ʒ.1. penidiarum ℥.ß. caphuræ ℈.1. ſucci citranguli, panis ſacchari ana quant. ſufficit, fiant trochiſci. Doſis magnitudo lupini cum iulepo Alexandrino.

℞. ſacchari roſati, triaſantali, diatragacanthi frigidi an. ℥.1. fol. auri puri numero 5. margaritarũ, hyacynthorum, oſſis de corde cerui ana Gr. 16. fiat pul.

Boli armenæ ʒ.1. ex vino tenui, oxycrato, aqua conueniente. Alij priùs abluunt: alij tritam conſpergunt aqua conuenienti, ſiccant, & tertiò ita terunt ac ſiccant.

℞. terræ ſigillatæ ʒ.2. terantur, ſuperaffundatur vinum tenue odoriferum: ſiccetur: ſecundò ac tertiò ita fiat. Deinde adde baccarum lauri tritarum ʒ.1. rad. ireos & tormentillæ ana ℈.2. cinamomi ʒ.ß. croci Gra. 6. cum acetoſitate citri fiant trochiſci ponderis ʒ.1. Dentur cum ſucco conuenienti.

℞. boli armenę, vt ſuprà deſcriptæ & præparatę ℥.1. rad. tormentillæ, tunici, diptamni, ſantalorum rub. ana ʒ.1. raſuræ eboris, ſpodij, corticum citri ana ʒ.ß. marg. ſplendidarum ℈.2. fragmentorum rubini, granati, ſmaragdi, ſapphyri, hyacynthi ana ℈.1. raſuræ cornu vnicornis ʒ.ß. fiat pul. Detur in

vino ſubtili diluto aqua acetoſæ. Alioqui addatur ſacchari albiſſimi in aqua roſarum, moſchata, vel caphurata. Diſſoluitur & ſiccatur. Doſis ad ℈.4.

℔. ſupradicti pul. ʒ.1. ſacchari ℔.1. miſce. Deinde.

℔. ſucci acetoſæ & pomorum odoriferorum ana ʒ.6. bulliant vſque ad conſumptionem tertiæ partis ſemper deſpumando: diſſoluto ſaccharo finge trochiſos ponderis ʒ.2.

Vel ad ſingulas libras ſacchari pone ʒ. 10. pulueris, & facias conditum.

℔. ſetæ nouiter tinctę ℔.1. immergatur per diem in aqu. roſar. acetoſæ, & pomorum redolentium ana ℔.1. Deinde bulliat, donec aqua rubeat: in qua diſſol. ſacch. ℔.3. & cùm fuerit debitè coctum, adde pul. ʒ.3. ſi bolos facere volueris: vel ſi opiatam, ʒ.4.

Poſſunt quoque pul. ſyrup. aut conſeruis miſceri. Syrup. de granatis acetoſis, dulcibus, limonibus, perſicis, acetoſitate citri, de prunis, de ſucco acetoſę, de ribes, berberis, de ſucco cucurbitæ, de pomis odoriferis, roſar. violatus. Iulep. de bugloſſ. borrag. melyſſophyllo, roſatus, viol. de aqua viol. borrag. ſcabioſæ, pimpinellæ, ſucco cydoniorum.

Conſeruæ ex iiſdem, & confectiones commodæ deaurantur pro diuitibus.

℔. boli armenæ, vt priùs ʒ.1. ß. cinamomi ʒ.1. rad. dictamni & tormentillæ ana ʒ. ß. radicis tunici, coriandrorum præparatorum ana ʒ.3. rhabarbari electi ʒ.2. ß. zinziberis, terræ ſigillatæ, corticum citri, ben albi & rub. corall. rubri, ſantalorum citrinorum, limaturæ eboris, margaritarũ ana ʒ.2. carabe, macis ana ʒ.1. ſeminum acetoſæ, endiuiæ, portulacę, ſpodij, ligni aloës, oſſis de corde cerui ana ℈.2.

ſetæ combuſtę ʒ.ß.auri & argenti limatorum ana ϑ.1.ambræ Gr.6. ſpicæ nardi Gr.4.moſchi Gr.1. vel inſtar loci, moſchi, caphuræ Gr.6. Si addatur vnicornis ϑ.1.melius fuerit.Fiat puluis.Diuinus appellatur à Sarracenis.

℞.tormentillæ,diptamni,tunici an.ʒ.ß.ſem.citruli,boli armenæ an.ʒ.2. oſſis de corde cerui, coralli albi & rub.trium ſantalorum an.ʒ.ß.rhabarbari ʒ.1.ß.ſpicę nardi.Gr.4.caphuræ ʒ.1.

℞.cinamomi vnc.ß.zedoariæ drach.2.boli armenę pręparatę drach 6.ſem. acetoſę & citri,corticis citri ana drach.3 rad.tunici, diptamni, tormentillæ, limaturæ eboris ana drach.1.ß. oſſis de corde cerui drach.1.fragmentorum ſmaragdi, rubini,granati & ſapphyri ana ϑ. 1. fiat puluis qui incorporetur cum conſeruę acetoſę & bugloſſ.an ʒ.3. ſacchari ℔.1.ß. vel ℔.2.

Paruulis verminoſis.

℞. centonici in aceto fortiſſimo per diem infuſi, boli armenę in aqua abſynthij infuſę an. ʒ.1. rad. diptamni,raſuræ cornu cerui aduſti, ſeminis cauliũ an.drach.2.ſem. citri,corticum citri,radicis tormentillæ,tunici,terrę ſigillatę,margaritarum ſplendidarum,coriandri pręparati ana drach.2.ß.fragmentorum ſapphyri,ſmaragdi,hyacynthi,granati an.drac. 1.corall.rub.ʒ.ß.ſetę combuſtę,ſem.plantaginis an. ϑ.2.oſſis de corde cerui, raſuræ eboris an. drach. ß. vnicornis ϑ. 1.ambræ drach.1.fiat pul.detur ſtomacho vacuo cum aqua portulacæ,vel vino lymphato cum aqua acetoſę vel portulacæ : lactantibus cum modico lactis.

℞.ſem. iuniperi drach.2.ß. cariophyllorum, ma-

cis,nucis moſchatę,zinziberis,zedoarię ana drac.2. vtriúſque ariſtolochiæ, rad.gentianæ, tormentillæ, diptamni,tunici herbæ, rad.enulæ ana drach.2. ſaluiæ,ruthæ,balſamitæ, pulegij ana drac.1. baccarum lauri,doronici Romani,ſem.acetoſæ,ſem.citri,cinamomi,macis, olibani, boli armenæ, terræ ſigillatæ, ſpodij, oſſis de corde cerui,raſuræ eboris, margaritarum,fragmentorũ ſaphyri, ſmaragdi, coralli rub. ligni aloës,ſantali rub. & moſchatellini ana vnc. ß. conſeruæ roſarum, bugloſſ. nenupharis, theriacæ ana ʒ.1.panis ſacchari ℔.3.fiat electarium cum aqua roſarum & ſcabioſæ.

Aqua mirabilis ad peſtẽ quæ deſcribitur à Gaineio libello de Peſte capite de bezoardicis.

℞. rad. tormentillæ recentis ℔.1.rad. enulæ ʒ.4. radicis berb.betonicæ.& diptamni an. ℔. ß. acetoſæ cum ſeminibus ℔.2.vel acetoſæ vnc. xx. ſeminis eiuſdem ʒ.4. bugloſſi & borraginis cum floribus roſ.rub. ſilueſtrium ana ℔.1.pimpinellæ & ſcabioſę an. ℔.ß. ſucci limonum ℔.1.theriacę ℔.ß. aquæ vitę ex optimo vino factę & ſæpiùs diſtillatæ ʒ.2. ſantali albi & rub.ſpodij,ben albi & rubri,margaritarum ſplendidarum ana vnc.1.ß. oſſis de corde cerui vnc.1. raſurę eboris ʒ.ß.croci drach.2.caphuræ vnc.2.foliorum auri ʒ.ß.folia auri in porphyro vel marmore plurimùm agitabis cum modico mellis,vt omnino coniuncta ſint, & repone in ampulla vitrea bene clauſa cum aqua vitæ. Sic dimitte per dies 15. Item margaritas tritas repone in alia ampulla cum ſupradictis, libra ſucci limonum, bene obturetur per 15.dies. Radices optimo vino lauentur, terantur, deinde ſiccentur cum herbis & floribus loco bene mundo in vmbra.Reliqua omnia reponantur in vaſe vitreato, & ſuperfundatur

aqua vitæ,ſuccus limonum &c.bene obturando,ne quid exhalet. Vas fouea tripedanea ſepelies, locus ſit humidus,calce viua inſtratus, cui inſideat vas. Deinde circundetur & cooperiatur vinaceis, vel fimo equino,aut vaccino omnino tegatur. Tum infundatur aqua, vt par ſit humiditas loci. Illîc permitte 12.dies. Sed ſæpè,vt quarto quoque die, vinacea & fimum commuta. Tota materia tranſponatur in alembicum vitreum bene ſigillatum, ne quid expiret. Fiat diſtillatio lento igne, & ſine fumo. Aqua rurſus iniiciatur in relictum magna, & iterum diſtilletur,ac tertiò ſine fæcibus diſtilletur in balneo mariæ. Reponatur fideliter vaſe vitreo. Doſis cochleare vnum.

Geſtata proſunt,carbunculus,rubinus,granatus. Hic, etſi non in pretio ſit, aliis generibus præferendus,ſapphyrus,hyacynthus,agathus,&c.

℞.aceti albi ʒ.6. aquæ roſ. & violarum an. ʒ.1.ß. caphuræ ϑ. 1. moſchi Gr. 1. ß. caphura & moſchus conterantur,cum ſpongia ſæpè odorentur.

℞.roſ.rub.℔.3. viol.℔.1.aceti fortiſſimi ℔.2.caphuræ ʒ.3.moſchi ϑ.2. conquaſſentur omnia ſimul, & ponantur in alembico vitreo, diſtillentur. Quod diſtillauerit iterum ingeratur in magma, & rurſus diſtilletur. Loco roſarum & violarum, ſi recentes haberi non poſſunt, imperabis roſa. & violarum an.℔.1. aquarum earundem an.℔.ß. Poteſt cortex citri adiici, & moſchus & caphura minore doſi tamen immitti, cum eadem calet. Diſtillata bene reponatur aqua, & inde facies abluatur, & ſpongia imbuta ſæpè inſpiretur. Poteris quoque addere ambræ,ligni aloës an.ʒ.2.aut ſolas aquas condire eiuſ-

modi aromatibus, deinde commiſce aceto albo.

Sed quia fortaſſe maculas faciei mulierum inferrent.

℔. lithargyri argenti ℔. ß. optimè teratur, decoquatur in ℔.2. aceti albi optimi vſque ad conſumptionem medietatis, ſemper cum ſpata commiſcendo. Deinde per filtrum diſtilletur,& in vaſe benè mundo reponatur.

Deinde.

℔.caphuræ ʒ.3. aluminis rochæ, boracis ana ʒ. 6.moſchi Gra.4.terantur omnia: quibus adde olei tartari ʒ.1.ß. Et omnia pone in ℔.2.aquæ roſarum. Bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, ſemper commiſcendo, & poſtea per filtrum diſtilletur, & in ampulla bene clauſa vſui reſeruetur.

Pomum hyeme ita parabis ℔. ſtyracis calamitæ, corticis citri ana ʒ.2. ben albi & rub. menthæ ſiccæ, cariophyll. ligni aloës, cardamomi, valerianæ,calami aromatici,myrtillorum ana ʒ.1. ſantalorum citrinorum, maſtiches,caphuræ ana ʒ.1.ß.macis, nucis moſchatæ, cinamomi, ambræ ana ʒ.ß. moſchi ϑ.1.ladani puriſſimi ℥.3.ß.cum aqua melyſſophyll.fi.pomum.

Æſtate verò ſic. ℔. florum nenupharis, violarum,bugloſſi, roſ. rub. ſantalorum rub. & citrinorum,ſpodij ana ℥.1.ß.caphuræ ʒ.3.corticis citri ʒ.2. macis,nucis moſchatæ, maioranæ,calendulæ,marrubij, ſtyracis calamitæ, cardamomi, maſtichis,zedoariæ,ligni aloës,cubebarum ana ʒ.ß.ambrę ϑ.1. moſchi ℥. ß. ladani ℥. 3. conquaſſentur cum aqua roſar.Poſtremò addatur ambra & moſchus,fiat pomum perforatum.

℔. salis communis vsti, marmoris albi, pumicis, corallorum alborum ana ʒ. 1. corticis citri ana ʒ.1.ß. mastichis drach.1.moschi Gra.4.fiat pul. subtilissimus.

Multa alia id genus remedia ad præseruationem faciunt, de quibus Practicos consulere potes.

CVRATIO IAM CORREPTORVM.

VIdendum imprimis, an venenum cor appetat. Celer enim morbus est, & qui naturam inopinato obsessam perimit derepente.

Videndum etiam ánne vitalis facultas deficiat. Initiò ergo vtrúnque præstandum est, tum iis quæ antidota sunt, tum motu, frictione & similibus, quæ foras euocant. Sed quia aliquantùm vigilia, motu, & frictione spirituum inanitio fit, habenda perpetuò vitæ ratio. Nam vt naturalis & animalis facultas integræ sunt, vitalis concidit. Initiò igitur detur aliquot supradictorum antidotorum. Vel.

℔. rad. tormentillæ, betonicæ, dictamni, gentianæ, morsus diaboli, cum rad. & herba croci ana ʒ.1.fiat pul. Dosis ʒ.2.cum vino aqua rosarum lymphato. Et vt sunt vires, distillatum cum vino granatorum, berberorum, aqua tormentillæ, &c. Expressiones, colatitia, alterata, vt dictum est. Tum de vacuatione cogitandum.

Phlebotomia, si omnia permittunt. Alioqui purgatio, vt in humoribus.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 791 sur 805

Hellebori ʒ.1.pomo concluditur. Pomum conuoluitur ſtuppa, aqua roſarum priùs madefacta & expreſſa,& ita in cineribus coquitur. Abiicitur helleborus.Pomum cõſperſum puluere aliquo ſalutari datur fortioribus quidem : nam debilioribus ſecũdo pomo iterum coquitur. Secundum pomum datur.Iulep è vino granatorum, berberorũ,aqua hordei cum ſaccharo,ex aquis intybi.Aqua ſaccacharata cum iulepo violat.aromatizato pul.ſupradictis.

Cibus è media materia,qui facilè coquatur.

Aër obiectus aut ſalutaris ſæpè commutatus, vt cubile molle,&c.Somno abſtineat, niſi vires diſſolutæ videantur.

Auicennæ familiare hoc erat ad peſtem alexiterium.

℥.aquæ roſarum ʒ.2.vini albi, aut clari, tenuis, odoriferi ʒ.1. boli armenæ tritæ ſubtiliſſimè ʒ.1. Si euomat,malum eſt.Sed abluatur os vino.14 Deinde repetatur antidotus. Debet enim,vt etiam non reuomat, ſæpiùs iterari. Quanquam qui retinent, ferè euadunt.

14 Vel.℥.raſuræ cornu vnicornis gran. 6. ſyrupi de limonibus ʒ.ß. aquar. oxalidis & ſcabioſæ ana ʒ.1.ß. detur potio. Pauperibus mythridatij ℈. ij. cum ʒ. iij. aquæ oxalidis ſufficient.Hæc ſubinde repetenda à purgationibus,aut iniectionibus,quia veneni frangendi, abſumendi, fugandi & educendi, potior cura eſſe debet.

Clyſteribus,balanis lenibus, 15 catharticis, quotidie aluus lenienda.

15 Longiùsprogreſſa peſtis catharticis oppugnatur vehementioribus,etiamſi illa humores conturbent,& hoc nomine videantur omittenda:leuioribus enim non cedit. Verùm nefas eſt periclitatores Empiricos conſectari:quorum alij anti-

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 792 sur 805

monium præparatum ad grana 4. vel 5. cum conſeru. bugloſſ. roſarum, aut ouo ſorbili exhibent: alij dacrydium ad gran. 6. 7. cum ʒ.1. theriacæ: vel pulueris mercurij calcinati ʒ.ß. cum aqua cardui, aut conſerua, vel opiata cardiaca. Hæc enim hypercathartica ſunt, & naturæ infenſiſſima. Itaque ſi promiſcuè humores educere velis, ſic præſcripſeris. ℞. cath. ʒ. 6. agar. trochiſcati ℈ 2. electar. diacarthami. ʒ.1. ß. ſyrup. acetoſ. ſimplic. ʒ.ß. theriaces ℈.1. cum aqua lupuli, aut ſcabioſę, vel vino albo, f. potio. Vel. ℞. diapruni ſolutiui & electar. de ſucco roſ. ana ʒ.2. ſyrup. de limonib. ʒ.ß. trochiſc. de caphura ℈.1. cum aquis ſcabioſæ & cardui f. potio. Vel.

℞. cathol. ſenn. & rh. dupl. ʒ. 6. confect. hamech ʒ.2. elect. diamargar. frigid. ℈.2. ſyrup. de ſcolopend. ʒ.ß. cum aquis bugloſſi & borraginis f. potio.

16 Epithemata cordi ex aqua roſarum, violarũ, bugloſſ. &c. cum aceto, vino granatorum, caphura, ſantalis, &c. & modico vini.

16 Hæc epithemata tum cordi, tum hepati admouentur. ℞. aquar. bugloſſ. ſcabioſ. card. bened. ana ʒ. 4. aceti roſacei ʒ. 3. electar. de gemmis ʒ.ß. caphuræ, oſſis de corde cerui ana ℈.1. theriaces veteris & mythridatij ana ʒ.1. croci gran. 4. Miſceãtur omnia pro fomento cordis tepido, cum ſpongia, vel linteolo, vel panno ſcarlatæ. Item. ℞. aquarum cichorij. oxalid. & roſar. ana ʒ. 4. vini granat. ʒ. 3. aceti roſacei ʒ.1. puluer. corall. rub. & ſantal. omnium ana ʒ.ß. Miſc. pro epithemate hepatis. Non ſunt frigida imponenda, non quæ recipiant adſtringentia multùm, quia hic repellere noxium eſt. Cæterùm ad roborandas recreandáſque vires conferent electar. vel opiatæ, ex diamargarito, diarhodo, aromatic. roſ. conſerua bugloſſ. cichorij & ſimil.

DE BVBONE.

Febri peſtilenti aliàs ſuperuenit bubo, vel etiam eam antecedit, aliàs ſuccedit eidem. Ante febrem bubonem enaſci optabilius eſt, quia naturæ valentis ſignificationem affert.

Conſtat experimento phlebotomiam nocere iam eunte bubone, & vtendum attrahentibus, cucurbitulis,cauteriis,potu bezoardico,frequẽti quidem,ſi reuomant.Iteretur tertiò.

Phelebotomia niſi quid, diſſuadeat, à vena cephalica,ſi ſub auribus ſit bubo, vel extrema manu, ſi ſub mento : aliàs ab eadem : deinde à venis linguæ fiet. Si ſub alis, à media : ſi in inguinibus, à ſaphena, ſciatica extremorum pedum ſecundum rectitudinem.Ita & cucurbitulæ.A venæ ſectione vitetur ſomnus,ne venenum intrò rapiatur.

Bezoardica.

Laudatur plurimùm theriacæ ʒ.i. Cæpa cauata concoquitur,& apponitur loco.

Alij ita coctam cæpam aceto immergunt. Alij vini granatorum, & ſyrup. de acetoſitate citri ana ʒ.i. ß. atque ita ſuccum exprimunt : cúmque ʒ.2. aquæ tormentillæ, vel ſucco propinant : materiam emplaſtri modo buboni apponunt.

℞. Valerianę ℔.ß. rad. ebuli. ʒ.3. lybiſtici cum rad. ʒ. i. Bulliant in aqua & oleo chamęmel. ana quantùm ſufficit.Deinde piſtentur cum dicto oleo, & ſuperponantur,vel addatur radix diptamni.

Diachyl.ʒ.2. ammoniaci, galbani ana ʒ.ß. cum oleo Scorpionum incorporentur.

Vtendum quoque ſanguiſugis,cucurbitulis cum ſcarificatione,&c. Alij omninò circuncidunt,& extrahunt.

Cauteria, ſi vires valent. Tenaculis etiam candentibus extrahunt.

Calcis viuæ ℔.2.cineris purgati & cribrati,aluminis rochæ ana ℔.ß.de quibus fiat lixiuium. Sed

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 794 sur 805

ita vt materia induretur, quantitate paruæ auellanę vnguento alicui miſceatur.

Catelli, 17 gallus, &c. Pulmones animalium.

17 Vt ſi viua hæc animalia per medium diſſecentur, & calidè applicentur. Alij panem è clibano calidum admouent, aut denique tale aliquid aliud, quod cutis corporis ſpiracula relaxando fuliginem, aut virus educat.

Scabioſa teritur. Tribus horis retenta carbonem curat. Lyſimachia ſimiliter.

Cum oleo de Scorpionibus anagallis malaxetur: addatur aliquid myrrhæ aut veteris theriacæ. Alioqui maturandum apoſtema. Maturatum ſagitta aperiendum, vel theriaca veteri, qua parte acuitur, & mollius eſt apoſtema. Siquidem hinç via ſit puri, fiat apertio ad modum folij myrthi, vel oliuæ. Caueantur venæ, arteriæ, nerui. Secta parte ſi dolor oriatur, lana in oui albumine intincta ponatur. Sic per diem maneat. Si dolor contingat, deterge priùs, & intinge in oui liquore, & modico olei roſacei.

Eſchara tollatur, modico butyro, oui vitello, farina triticea mixtis in vncia olei roſacei, & vitellus oui ſimul agitetur.

Carbunculus.

Carbunculus à melancholico ſanguine eſt, velut clauus quidam paruus, qui malignior factus puſtulas quaſi ab igne vrendas, eſcharam, ardorem, dolorem intolerabilem facit, rubens, viridis, niger. Parui, oblongi deteriores, vicinia liuet, ardet in partibus carnoſis & vicinis nobilium.

Bezoardica. Emittantur fœces ventris, mittatur ſanguis etiam ad lipothymiam, habita ſemper ra-

tione virium, &c. Scarifica punctim: emplaſtrum è pane medio malaxatur cum ſucco plantaginis, adhibetur, vt & cætera, quę diſcutiunt modicè & refrigerãt. Vel ex plantagine, lentibus, pane cibario coctis in aqua. Granata acida aceto cocta ad putrilaginem, & linteolo extenſa, initio ac ſtatu.

18 Liliorum radix recens emplaſtri modo: deinde ſuperpone folia caulium, betę, &c.

18 Hoc Galeni emplaſtrum eſt 14. Meth. Non vſqueadeò probatur: quia metus eſt ne vi adſtrictoria materiam venenatam intrò regerat. Attamen ſi carbo parum caleat, parum doleat, parum rubeat, apponetur.

Bonus armentorum fimus, ſiccus ex aqua ſubactus.

Quidam practici maturant. Galen. prohibet vti pus mouentibus, quia non maturant, ſed putrefaciunt.

Scabioſa, cauda equina, Sapphyrus circumagitur carbunculo, deinde retinetur è directo. Albertus Magnus multos carbones vidit vnius ſapphyri geſtatione curatos. Tapſus barbatus, Theriaca, Mythridatiũ. Sed remedia celeriter exareſcunt. Subinde itaque commutanda.

Sanguiſugę, gallinę.

Defenſiua circa locum. ℞. ol. roſ. ℥. 3. aceti roſ. ℥. 1. boli armenæ quantum ſufficit ad inſpiſſandum.

℞. vnguenti populei, olei roſati & myrtyllorum ana ʒ. 2. vini granatorum ℥. 1. ß. boli armenę, terrę ſigillatę ana quod ſufficit.

Poſſunt emplaſtra malaxari cum ſucco plantaginis.

Cotula fœtida trita circumponitur.

Jacobi Hollerii stempani, medici parsiensis celeberrimi, De morbis internis, ... - page 796 sur 805

Supra verò ſtercus humanum calidum,vel vitellus oui recens agitetur cum ſale benè trito.

Naſturtium vel vrtica cum ſale teratur,& malaxetur cum ol.liliaceo.Allium tritum per ſe,vel cum pipere,& auellanarum nucleo, detracta pelle.

Terebinthina cum nitro,carne paſſularum,cum ſale vel ſtercore paſſeris,columbarum.

Mel & ol.cum ſale trito cocta,

Cor turturis recenter detractum & deuoratum ſingulare remedium. Fotus ante ſcarificationem,& alia.Chamæmeli ℥.3. ſpicæ Celticæ ℥. 2. maioranæ ℥. 2.bulliant in aqua,cum ſpongia fiat fotus. Deinde ventoſæ affigantur cum multo igne. Fiat idem fotus,tum ſcarifica punctim, & cucurbitula apponatur,vbi res vrget.

FINIS LIBELLI DE PESTE.



